


GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 136;Leibn. Marg. 136, Stück 2, [1] - -

Leibn. Marg. 136

Niedersächsische
Landesbibliothek
Hannover


GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 136;Leibn. Marg. 136, Stück 2, [2] - -

Leibn.
1 J.42 5, 44a 7,
T. 2. S. 84.


GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 136;Leibn. Marg. 136, Stück 2, [3] - -
PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 136;Leibn. Marg. 136, Stück 2, [4] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 136;Leibn. Marg. 136, Stück 2, [5] - -

Christianus Vrstisius obyt 30 Maerty 1588 Casserius in Syntagma
tabulatis ad hunc diem

Historici

GERMANIAE HISTORICORVM, QVI POST HENRICI IIII IMPERATORIS ÆTATEM TRECENTIS ANNIS SCRIPSERVNT,

Pars altera:

Continens Dominicanorum Colmarienſium faſtos, Conradum Vecerium de Henrico VII Imp. & M. Alberti Argentinenſis Chronicon integrum, à Rudolpho primo, vſque ad Caroli quarti obitum, vnà cum aliis quibuſdam opuſculis, nuſpiam antehac impreſsis:

CHRISTIANI VRSTISII BASILIENSIS
fide & induſtria nunc primùm edita.

Cum rerum & verborum INDICE *copioſiſſimo.*



FRANCOFVRDI
Apud heredes Andreæ Wecheli,
MDLXXXV.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 136;Leibn. Marg. 136, Stück 2, [7] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 136;Leibn. Marg. 136, Stück 2, [8] - -

AMPLISSIMIS DN. CONSVLIBVS ET SENATORIBVS, CIVITATVM ARGENTINENSIS ET COLMARIENSIS, VIRIS NOBILITATE, PIETATE & PRUDENTIA ornatißimis, dominis ſuis colendis,

CHRISTIANVS VRSTISIVS MATHEMATICARVM Profeſſor, εὐζωΐαν καὶ εὐπραξίαν optat.

QVEMADMODVM in ampliſſimo hoc immortalis Dei theatro, viri nobilitate, prudentia, & pietate ſpectatiſſimi, non ſolùm infinitæ res in abditis Naturæ penetralibus latentes, quarum modum cauſſasq́; nemo mortalium aſſequi poteſt, ſed & cætera omnia quæ propalam ſpectari & percipi queunt, admiratione plena ſunt, ſic vt illorum cognitione & contemplatione hominis animus mirificè paſcatur ac delectetur: ita eorum etiam euentuum inſpectio & conſideratio, quæ ante noſtram ætatem inter mortales acciderũt, ob innumeras viciſſitudines quibus hæc vita redundat, liberales mentes incredibili voluptate perfundit. Maximè verò patriæ hiſtoriæ lectio, quæ maiorũ, quibus ortum noſtrum debemus, quæ terræ cuius gremio fouemur & alimur, quæ Reip. cuius ſub vmbra requieſcimus, res memorandas tradit, ſic animos noſtros delinit & retinet, præſertim vbi aliquod veteſtatis cognoſcendæ deſiderium anteceſſit, vt ea nunquam ſaturari poſſe videantur. Idq́; tantò magis præſtat, quò fortioribus ipſa radiis, ad caliginoſam ignorantiæ nubem depellendam, & priſcæ ætatis ſtatum ob oculos ponendum, inſtructa eſt. Eum profectò robur & æs triplex circa pectus habere oportet, quem non maiorum res afficiunt, nec domeſticæ antiquitatis cognoſcendæ deſiderium tangit.

Hæc cùm ita ſint, arbitror, viri ampliſſimi, intelligere vos, quãobrem duos hoſce libros, nunc demum è pulueribus erutos, faſtos nempe Colmarienſes & M. Albertum Argentinenſem, vobis deberi exiſtimarim, eoſdemq́; nomini veſtro inſcribere auſus fuerim: ſcilicet, quòd eorum auctores, è veſtris vrbibus ortum noménve trahentes, non Germanorum ſolùm, ſed & ſpecialiter Alſatarum, veſtrarumq́; Rerump. res plurimas, quæ à Rudolfi Habſpurgenſis ſeculo, vſq; ad Caroli quarti deceſſum, annis amplius centum, contigere, literarum monumentis bona fide commendárunt, quarum notitia, niſi illorum opera conſeruata fuiſſet, dudum obliuione ſepulta euanuiſſet. Cùm igitur & aliæ nationes maiorum ſuorum egregia facinora diſſeminare ſtudeant, exiſtimaui non ingratum vobis fore, ſi videretis eſſe nõnullos, qui in noſtræ gentis antiquitate proferenda & illuſtranda laboris aliquid impenderent, quiq́; veſtrarum Rerumpubl. ſcriptores, diutius quàm par erat à tineis corroſos, perennes reddere ſtuduiſſent: nihil dubitans, multos ex ordine veſtro Latinæ linguæ vſu inſtructos, hoſce, ſi non ſummæ, attamen haud aſpernãdæ claſſis auctores, attentiùs q́ exotericorũ hiſtorias lecturos eſſe, deq́; rerum ab ipſis traditarũ veritate omnium optimè iudicare poſſe. ἕκαστος γὰρ κρίνει καλῶς ἃ γινώσκει, καὶ τούτων ἐστὶ ἀγαθὸς κριτής.

Oro igitur, quòd auctores hos attinet, vt eos veſtra clientela nõ indignos, & quaſi è diuturno exilio reduces factos, pro veſtra virtute atque prudentia complectamini. Qui hominũ cœtibus agendo magnopere proſunt, hos meritò colimus: at & iis etiam nihil officij & amoris debemus, qui vt lucubrando atque ſcribendo perpetuò prodeſſe poſſint, adnituntur. Siquidem ſæpe dubitatum video, vtrum eo beneficio, quod per negotia agendo atque egregia multa nauãdo comparatur, an eo quod per otium contemplando atque ſcribendo præſtatur, amplius prodeſſe queamus. Me verò quòd attinet, quanta poſſum obſeruantia à veſtra amplitudine contendo, vt hocce conſilium meum, quo vos librorum iſtorum tutores publico teſtimonio conſtituere volui, ſimulq́; laborem meum, in iis proferendis & lima anagnoſtica poliendis inſumptum, æqui bonique conſulere dignemini. Deum Opt. & Max. precor, vt veſtris Rebuſpublicis benedicat, & ornamenta vobis benignè conceſſa, clementer adaugeat atq́; conſeruet. Baſileæ Heluetiorum die S. Thomæ apoſtoli, anno virginei partus M.D.XXCIV.

IN FASTOS COLMARIENSES
προύμνημα.

VETVS est illud & omnium ætatum assensu comprobatum: Dies diem docet. Vt enim id in omnibus vitæ humanæ partibus suo modo quotidiana experientia satis comprobat: ita in eo quoq; respub. literaria verum esse comperit, quòd vel indies noui ingeniorum fœtus eduntur: vel editi quidem & elaborati quõdam, sed temporum iniuria, aut hominum imperitia inuidiáve tenebris oppressi, in lucem tandem ac vitæ theatrum producuntur. Cœpti erant hi Colmariensium fasti ante trecentos penè annos, à diligenti quodam monacho ordinis Prædicatorum, eiusdem vrbis, operæpretium ducente, memoriam rerum, quæ vel in ea vrbe vel circa illo æuo contigissent, inter efflorescentis suæ domus homines conseruari, quas illiterati suis studiis & occupationibus intenti, negligere, ac temporum progressu obliuioni mandare solerent. Eos deinde cum sua ἐξηγήσει fastos (quod ex ipso exemplari haud obscurè animaduerti potuit) alij eiusdem instituti & collegij socij locupletauère, qui tamen suis quibusdam latebris occultati, in paucorum manus hactenus deuenerunt. Allatus est is mihi liber, edita Basiliensi historia, ab amico, qui eũ Dn. Nicolai Brieferi Iurisconsulti, & S. Petri Basiliensis decani, viri antiquitatis Germanicæ peritissimi, & in conquirendis huius generis scriptoribus industrij & solertis fuisse testabatur. Quem cùm percurrissem, euidenter apparuit, eodem etiam Ioannem Stumpsium, in operoso illo rerum Helueticarum volumine contexendo, ante XL. annos vsum esse: nec dubium, hunc illi à Briefero, vt & alia multa, communicatum fuisse. Etsi igitur priori parti, Annalibus nempe, minimi momenti res, nec vllo delectationis aut vtilitatis fructu commendabiles, hinc inde aspersæ fuerint, vtpote quando pluisset, quando traiectiones visæ, quando porci Colmarienses subulcum laniassent, & similia: tamen cùm de oppidorum, castrorum ac cœnobiorum in circum vicina regione ortu & incrementis, aliisq; eo seculo apud Alsatas gestis, scitu non indigna & vtilia, cõplectantur, haud aspernandos esse duxi: præsertim cum & Stumpsio vsui esse potuerint, eosq; in probatissimorum auctorum elencho, loco non indignos iudicârit. Humilibus itaq; & friuolis istis rebus, quæ fastidium parere poterãt, resectis, cæteris omnibus, etiam iis quæ vel leuis tantum pretij esse videbantur, retentis, librum in hocce Scriptorum choro comparêre volui: quod æquos & candidos omnes boni consulturos esse, confido.

CHRO-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 136,Leibn. Marg. 136, Stück 2, [10] - 4

CHRONICI DOMINICANORVM COLMARIENSIVM, PARS PRIOR,

Continens Annales variarum rerum, quæ decimo tertio post Θεοφάνίαν seculo, apud Alsatas maximè contigêre.

Anno Domini M. CC. XI.

Otho Imperator per totam Alemanniam excommunicatur.

M. CC. XII.

Passagium extitit puerorum.

Ordines Teutonicorum, Minorum & Prædicatorum oriuntur.

M. CC. XIII.

Regina Vngariæ occisa à comite recitatur.

Lutoldus episcopus Basilienſis obiit.

M. CC. XIIII.

Fridericus rex venit ad partes Alemanniæ.

M. CC. XV.

Hæretici comburuntur.

Waltherus electus Basilienſis deponitur ab honore.

M. CC. XVI.

Innocentius papa obiit.

Otho Imperator obiit.

Ordo Prædicatorum confirmatur. *Prædicatorum ordo.*

M. CC. XVII.

Facta est expeditio transmarina à rege Vngariæ & duce Austriæ.

M. CC. XVIII.

Dux Zeringiæ Bertoldus obiit.

Rex Rudolfus nascitur, Calendis Maij. *Rudolfi Habspurgij natalis.*

M. CC. XIX.

Fridericus rex pro imperiali benedictione proficiscitur Romam.

Dux Lotaringiæ cum exercitu Alsatiam ingreditur.

M. CC. XX.

Circa hunc annum destruxit miles, Curto nomine, turrim capellæ, quæ est in Ongersheim, & ædificauit castrum ex ea. Eodem anno phreneticus factus est. *Vngersheim Alsatiæ superioris.*

Henricus filius Friderici Imperatoris in regem Romanorum declaratur.

M. CC. XXI.

Fulco abbas Morbacensis obiit.

Tartari Vngariam vastauerunt. Beatus Dominicus obiit.

M. CC. XXIII.

Henricus episcopus Argentinensis obiit. Orta est pestilentia pecorum.

Eclipsis Lunæ apparuit.

M. CC. XXVI.

Ludouicus rex Franciæ obiit.

Fundata est sancta Trinitas in Argentina.

M. CC. XXVII.

Bertoldus episcopus Argentinensis Berinstein obtinuit.
Ludouicus comes Turingiæ iter transmarinum arripuit.

M. CC. XXVIII.

Bladolzheim auf der Hart. Bertoldus episcopus Argentinensis in Bladolsheim homines imper. deuicit.
Messis terminata fuit ante festum S. Ioannis baptistæ.

M. CC. XXIX.

In Argentina Guldin crematur hæreticus. Fuit is vnus de ditioribus & potentioribus ciuibus Argentinensis ciuitatis.
Conradus de Marburck prædicat.

M. CC. XXXI.

Ludouicus dux Bauariæ interficitur. Facta est persequutio hæreticorum.

M. CC. XXXII.

S. Wilhelmus miraculis claruit.
Inchoatum est claustrum sororum in Columbaria.
Tantus fuit æstus, quòd per Iulium & Augustum oua in fabulo coquerentur.

M. CC. XXXIII.

S. Elisabeta claruit. Episcopus Curiensis occiditur.
Conradus de Marburck occiditur. Translatus S. Dominicus.

M. CC. XXXIIII.

Comes in Phirt occisus Fridericus comes Phitretarum, à filio suo, dicto Grimmel/occiditur.
Hyems frigida vineas extirpauit.
Translatæ sunt sorores ad Basileam, & obtinuerunt ordinem sororum de Columbaria.

M. CC. XXXV.

Henricus rex accepit pueros à ciuitatibus.
Fridericus Imp. venit Columbariam, *in* multitudine camelorum.

M. CC. XXXVI.

Vini abundantia fuit, & quartale pro denario dabatur, quod breui post vix XVI denariis poterat comparari.

M. CC. XXXVII.

Fridericus Imperator Cunradum filium suum in regem Teutoniæ coronauit.
Gregorius IX excommunicauit Fridericum, in cœna Domini.

M. CC. XXXVIII.

Henricus de Thun episcopus Basilienſis obiit.
Colonienſis episcopus obiit: & electus est frater comitis de Hohenstraten.
Auctor de seipso. Intraui ordinem Prædicatorum, natus anno M. CC. XXI.

M. CC. XXXIX.

Terræmotus factus est mense Septembri.

M. CC. XL.

Tartari Vngariam deuastant tribus annis.

M. CC. XLI.

Eclipsis Solis accidit, nonis Octobris.
Gregorius papa obiit, & vacauit sedes per triennium.

M. CC. XLII.

Destructum est castellum Bruccum.

M. CC. XLIII.

Comes Rudolfus de Habispurch miles efficitur.

M. CC. XLIIII.

Innocentius papa obiit apud Lugdunum. Bertoldus episcopus Argentin. obiit.

M. CC. XLVI.

Henricus Lantgrauius Turingiæ in regem eligitur Romanorum.
Pugna fuit in Frăcfurt, die Oſualdi: Cōradus rex Teutoniæ victus ab episcopis.
Pugna fuit apud Veltchilchi prope Colmariam.

M. CC. XLVII.

Henricus rex obiit. Fridericus dux Austriæ occiditur.

Fratres

Fratres Prædicatores de Turego expelluntur tribus annis.

M. CC. XLVIII.

Parmenſes obſeſſi liberantur.
Sorores de Klingental obtinuerunt ordinem.
Rubeacenſes Colmarienſes vicerunt,& ceperunt multos ex eis.

M. CC. XLIX.

Lutoldus Basil.epiſcopus obiit,Bertold° ſuccedit,Nicolaus de Titinsheim obiit. *Lutoldus de Neuſchaſtel epiſcopus Baſil.*

M. CC. L.

Fridericus depoſitus Imperator obiit.
Cunradus filius Friderici,ſanctam Crucem oppidum deſtruxit.

M. CC. LII.

Multitudo paſtorum in Francia congregatur.
Frater Hugo Cardinalis, legatus, cantauit primam Miſſam in area Prædicatorum in Argentina.

M. CC. LII.

Occiſus eſt ſanctus frater Petrus ordinis Prædicatorum apud Mediolanum.
Dominæ de S.Ioanne* ſub-tilia,Colmariam ſe trãſtulerunt. Viſi ſunt tres ſoles. *Vnderlindẽ cœnobium.*

M. CC. LIII.

Canonizatus eſt S. Petrus.
In Altichilchin inuentæ ſunt duæ caluariæ habentes ſpiſſitudinem duorum digitorum.
Sorores ordinis Prędicatorum de Hůſeren apud Phaphinetum,receſſerunt,quę modò Klingentalenſes dicuntur. *Huſeren prope Pfaffenheim Alſatiæ.*
Innocentius papa moritur. Sol videbatur ſciſſus.

M. CC. LIIII.

Rex Cunradus,filius Friderici Imp.obiit: Wilhelmus de Holandia ſuccedit.
Ludouicus rex Franciæ rediit de partibus tranſmarinis.

M. CC. LV.

Frater Bertoldus de ordine Minorum ſolenniter prædicat.
Innocentius papa obiit, Alexander ſuccedit.
Deſtructum eſt caſtrum apud S. Amarinum.
Ædificatum eſt caſtrum in valle S.Amarini, ab abbate Theobaldo Morbacenſi. *S. Amarinus inter montana Voſagi.*
Deſtructum autem fuit anno 1268.

M. CC. LVI.

Wilhelmus rex morte miſerabili interiit,interfectus à Friſonibus.
Fames erat. Dux Bauariæ vxorem ſuam interfecit.
Wilihelmus librum contra Prędicatores ſcripſit,& omnes religioſos.A papa damnatur,& igni traditur in die Franciſci.

M. CC. LVII.

Richardus frater regis Angliæ donis regnum obtinuit Romanorum.
In Brusbach monte Briſgaudiæ inueniebatur argentum in magna quantitate.

M. CC. LVIII.

Combuſtum eſt monaſterium Baſilienſe, & magna pars ciuitatis, in vigilia Martini. *Summum templum Baſil.*
Rex Franciæ vincitur à paganis.

M. CC. LIX.

Virtuoſus dominus Waltherus de Horburch fuit fraudulenter à ſuis conſanguineis interfectus,in feſto S.Iacobi in meſſibus. *Walterus Horburgi dominus proximè Colmariam*
Translatæ ſunt ſorores de Hůſeren in Werrahe vallem, quæ poſtea Clingintal dicebatur: eò quòd dominus de Clingin ſororibus fratrum Prædicatorum in remedium animæ ſuæ liberè contuliſſet.

M. CC. LX.

Interfecerunt Iudæi in Wiſſenburg puerum.
Dedicata eſt eccleſia fratrum Prædicatorum in Argentina.

Henricus episcopus Argentinensis obiit.
Mulier peperit quatuor pueros in Ratsamhusen.
Ciuitas Rubeacum exusta est.

M. CC. LXI.

Flagellatores Teutoniam transiuerunt.

Ossa Gigantea. Inuenta fuerunt ossa, quæ videbantur hominum, prope castrum Hertin/ prope Basileam, magnitudinem & longitudinem nostram triginta pedum excedentia.

Fui Parisius. Fundamentum Chori nostri.

M. CC. LXII.

De Argentina fuerunt multi milites interfecti.

Ioannes Rasselman. Ioannes Scultetus in Columbaria cum multis nobilibus interfectus.
Expugnatum fuit castrum in Mülhusen.
Alsa ibidem congelata & caristia frumenti.

M. CC. LXIII.

Canonici Lutenbacenses castrum sibi vicinum per violentiam destruxerunt.
D. Waltherus de Geroltsecke episcopus Argentinensis obiit.

M. CC. LXIIII.

Cometes. Cometa apparuit in oriente, quadraginta diebus, circa Kalen. Augusti, duabus horis ante ortum Solis. Fuit principio magnus & clarus, comam habens longam & latam, quæ de die in diem cœpit deficere, Soli adiungi, & ad nihilum deuenire.

M. CC. LXV.

Castrum & castellum Burcdorf, quidam ex ciuibus tradiderunt comiti de Habspurch.

Aqua quæ fluit per ciuitatem Basiliensem & dicitur Birsich/ inundauit, & plurima deuastauit.

Mappam mundi descripsi in pelles duodecim pergameni.

M. CC. LXVI.

Claustrum & villam Luceriam ventus siue turbo pro magna parte destruxit, & pinnam templi in terram à longe deportauit.

Achilles von Altschwyler. Frater Achilles quondam Prior, prædicator generalis, incœpit crucem ad transmarinas partes prædicare.

Scalarij & monachi milites, curiam habuerunt Basileæ.

M. CC. LXVII.

Conr. Wernherm de Hadstatt. Conradus Wernherus de Hadstat ordinem Teutonicorum ingressus. Cuius receptioni multi nobiles ex Alsatia interfuerunt, in castro Bücheim.

Ex Alsatia plus quàm quingenti peregrinati sunt in Quadragesima ad partes transmarinas.

Eclipsis Solis, vigilia Vrbani, prædicta à fratre Godfrido Astronomo ordinis Prædicatorum in Vormatia.

Orta est stella in ortu Solis, pulchra & magna, prope Lunam, ea existente decima octaua, in mense Iulij XVIII, quæ magno impetu progressa de Luna versus Orientem ad medietatem hemisphærij, relinquens post se comam siue nubem albam, vel nubem incensam, & minorem sequentem, quæ pariter esse desierunt. Annus bonus & in omnibus abundans.

M. CC. LXVIII.

Hertenberg prope Hertē. Episcopus Basilensis expugnauit Hertinberch & Bladolzheim/ quæ tunc erant comitis Rudolfi.

**d. 10 Maij.* Fui in Vrania, *festo Gordiani & Epimachi, cecidit Risina magna prope villam Altorf/ & secum duxit lapidem, qui habebat duodecim pedes in latitudine, & tredecim in lōgitudine, quæ ecclesiam & multos penè homines deleuerat cum prædicante. Septem autem vaccas & arbores multas deuastauit.

Circa Columbariam non pluit duodecim septimanis, videlicet, à festo Mathię, vsq; ad festum Septem fratrum, fuitq; calor maximus.

Rhenus creuit adeò quòd omnes pontes destruxit.

M. CC. LXIX.

Comes

Comes Rodolphus de Habiſpurch & ciues Columbarienſes, expugnârunt caſtrum Richenſtein/& ceperunt duos dominos caſtri, dictos Geſelin. Fecit & in Argentina milites plures. *Reichēſtein in Alſatia prope Reſchenweir.*

Epiſcopus Baſilienſis emit à comite Gotfrido cognato ſuo, pro CCLX marcis caſtrum Biedertan.

Eccleſia ſororum de ſancto Ioanne in Columbaria, conſecratur.

M. CC. LXX.

In Than fotus fuit pulliculus quatuor pedes habens, ex ouo gallinæ.

Per Baſileam tranſiuit quidam Stochilinus, qui dicebat ſe eſſe Conradinum, filiū regis Conradi, quē Carolus frater regis Franciæ cū tribus nobilibus fecit decollari.

Comes Phitretarum cepit fratrē ſuum, nomine Greuelinum, & procuratorem ſuum Luzardum de Senhen/ & extorſit ab eis magnam pecuniam.

Comes Rudolphus de Habſpurc & abbas S. Galli exercitum magnum congregantes, venerunt in Seckingen / vt ciuitatem Baſilienſem tribus diebus obſiderent, ſed minimè potuerunt.

Domina comitis Gotfridi, feſto Margaretæ, filium peperit. *Gotfridus comes de Habſpurch dominus in Lauffenberg.*

Eclipſes Lunæ in crepuſculo, ſecunda feria poſt Palmarum, & Kal. Auguſti.

Rex Franciæ cū filio cruce ſignati, imperfecto opere in Tunis pariter perierunt.

Caput S. Pantali epiſcopi Baſiliēſis, qui cum S. Vrſula & ſodalibus Coloniæ fuit decollatus, à viro prouido atq; diſcreto abbate..... in Baſileam delatum, ab Henrico epiſcopo Baſilienſi receptum eſt cum magna reuerentia. *Caput S. Pantali.*

Translati ſunt ad fratres Friburgenſes de Baſilienſibus. *Dominicani Friburgū*

Viri duo religioſi Arnaldus & Tietmarus in ruſſis cappis venerunt in Sueuiam, & quædam contra fidem catholicam diſſerebant.

M. CC. LXXI.

Epiſcopus Argentinenſis & Baſil. Henricus Mülhuſen obſederunt ſex diebus, circa feſtum apoſtolorum Petri & Pauli. Et frumentum quod vendebatur in principio obſidionis 30 ſolidis, dabatur circa finem 30 denariis, vel 17 voluntariè. *Mulhuſium*

Dominus Henricus epiſcopus Baſilienſis emit à comite Phitretarum Vltico & filio eius comitatum Phitretarum pro mille marcis, & ab eo in feodum receperunt. *Comitatus Phitretarū feodum ab epiſcopo Baſil.*

Lupi in Vffholtz plures pueros comederunt.

Fratres S. Auguſtini in Gebwilre valle, in qua ante paucos annos ciuitas inchoata fuerat, ſuum Capitulum celebrauerunt. *Gebwiler oppidum ditionis Morbacenſis.*

Comes Rud. de Habſpurc poſuit exactionem ſuper homines ſuos aduocatitios, & accepit ab eis XX mille quartalia frumenti.

Milites Stelliferi expulſi de Baſilea hinc inde vagabantur.

Gregorius duodecimus electus in feſto Ægidij.

Comes Gotfridus de Laufenberck obiit.

Comes de Friburck obiit.

Comes Rudolfus combuſſit monaſterium Grandis vallis, & plures villas.

De Richen ruſtici interfecerunt nobilem virum Wernherum militem Baſilienſem, dictum de Argentina. *Wernherus de Argentina miles.*

Dominus epiſcopus Baſilienſis dedit caſtrum ..... cum quadraginta marcarum redditibus pro caſtro Tüffenſtein/ domino de Tüffenſtein. *Tuffenſtein caſtrum.*

Mures frumenta deuaſtant: cariſtia magna.

M. CC. LXXII.

Tempus nebuloſum à XV calendas Septembris vſq; Hilarij: rarò apparuerunt Sol vel Luna. Aura temperata.

Comes Rudolfus de Habſpurc caſtrū Tüffenſtein obſedit, & funditùs deſtruxit.

Caſtrum Werra reædificatur, contra voluntatem ſororum de Clingental/ ab epiſcopo Baſilienſi Henrico. *Werra caſtrum Hercyniæ ſylua.*

Iohannes miles de Lanſere à ſeruis ſuis occiditur.

In Wadwir & vicinis villis lupi plus quàm XL pueros comederunt. *Bellum inter R. Habſpurgium & epiſcopum Baſil.*

In caſtro Wolfach gallina quotidie penè duo oua poſuit, cum duobus vitellis.

Comes Rudolfus de Habſpurc cum exercitu veniens prope Friburgum, poſt

festum S. Margaretæ homines & messes nimis grauiter deuastauit. Volens autem ciues de Nuwenburck lædere, non potuit: quòd dominus Basilienſis affuit eis præsidio festinanter.

Post plures dies episcopus Rhenum transiens, comiti Rudolfo plures villas deuastauit, plures etiam igne cremauit: cœmiterium Richisheim prorsus deleuit.

Comes Rudolfus congregato exercitu venit prope Basileam, villam ibidem succendit, & prædam Seconium deduxit. Basilienses ipsum insequuti, ipsi nocere minime poterant vel audebant.

Sacconium opp. ad Rhenum conflagrat.

Die octaua Laurentij ortus est ignis in domo quadam & totum Seconium præter ecclesiam S. Petri, & domos vicinas quatuor, penitus concremauit. Ipso autem die venit episcopus Basilienſis cum suis, oppidum expugnauit, & omnia quę in eo reperit demolitus est.

Castrum Othmarsheim ciues Nuwenburgenses igne penitus deleuerunt.

Sitzenkilch

Clauſtrum Sicikilchen exercitus comitis Rudolfi igne suppoſito destruxit.

Gutnow cœnob. mulierum iuxta Neoburgum Brisgoiæ.

Clauſtrum Gůtnowe comes Henricus, frater comitis Friburgenſis pro ablutione reddituum suorum penitus deuastauit.

Porta crucis, nunc S. Ioannis.

Suburbium Basilienſe prope portam crucis, comes Rudolfus insequente nocte Bartolomeum per flammam deuorauit.

Frigus fuit magnum tribus septimanis, & præcipuè tribus diebus ante natiuitatem Domini. Congelabatur enim sacramentũ dominici sanguinis ante eleuationem Euchariſtiæ. Fons congelatus in Sultzmatin, & puteus in Rubiaca. Frigus autem in natiuitate Domini soluebatur.

M. CC. LXXIII.

Vigilia Silueſtri, ruſticus quidam, Lupus nomine & re, tradidit castrum Werra comiti Rudolfo, & captus fuit in eo dominus de Rötelheim clericus, filius sororis episcopi Basilienſis, & alij multi.

Homines abbatis S. Galli acceperunt comitem Rudolfum in aduocatum.

Obiit episcopus Curienſis, quondam frater ordinis Prædicatorum.

Busesheim contra Brisacum.

Episcopus Basilienſis ædificauit castrum in Bůsesheim / & castrum ..... Marschalcus interficitur.

Circa festum S. Dominici fratres Prædicatores perfecerunt suum campanile.

Basilea obsessa.

Comes Rudolfus de Habspurc obsedit Basileam tribus diebus cũ potentia magna, circa festum S. Margaretæ.

Vallis S. Gregorij à comite Rudolfo deuastatur.

In vigilia S. Laurentij deprædatus est comes Rudolfus villam Clingin, & castrum penè ceperat, & equitauit cum exercitu prope Basileam, & ciues non audebant prohibere eum.

In festo S. Mauritij factæ sunt treugæ, vsq; ad festum S. Galli, inter Basilienſem episcopum, & comitem Rud. de Habspurc.

Comes Rudolfus de Habspurc in regem eligitur Romanorum.

Milites Stelliferi intrauerunt Basileam.

Exercitus comitis Rudolfi, quo Basileam obsidere voluerat, redit ad sua. Episcopus Basilienſis congregationem suam, qua obsidionem prohibere voluit, dimisit.

Sopita est controuersia inter Prædicatores & Minores, propter hæresim quæ orta fuit in Rhetia prope Augustam.

Tempus vindemiarum fuit siccum & amœnum: parum vini creuit, quòd vineę circa natiuitatem Domini frigore perierant.

M. CC. LXXIIII.

Rudolfus Basileæ honorificè receptus.

Rudolfus rex Romanorum venit Basileam, sabbato ad vesperas, in octaua Epiphaniæ, scilicet idibus Ianuarij, G litera dominicali. Receptus est ab episcopo Basilienſi, præsentibus fratribus Prædicatoribus XLII, fratribus Minoribus XXXVI, saccatis XII, & fratribus beatæ Mariæ virginis VIII, totaq; multitudine ciuitatis, virorum pariter atq; mulierum. Venit etiam rex cum centum militibus & multis aliis, introduxit Stelliferos, cum magna gloria & honore.

Zafuſenses se mutuò necauerunt.

Filiæ

Filiæ quatuor Rudolfi, festo Purificationis, missam audiuerunt in presbytorio fratrum Prædicatorum, & candelas maximas obtulerunt.

Hyems calida fuit valde.

Episcopus Constantiensis obiit in quadragesima.

In cœna Domini natus puer prope Lauffinberck habens manus & pedes anseris, & caput monstrosum per omnia.

Dominabus de S. Marco furatæ fuerunt reliquiæ à quodam monacho.

Decimo calendas Aprilis fuit pascha Iudæorum.

In claustro Interlacensi exoculatus fuit quidam canonicus, à tribus conuersis. *Hinderlappen in Helueti.*

Iuuenis quidam, quòd virginem vi cognouit, viuus sepelitur in Columbaria.

Anniuersarium domini Nicolai de Titinsheim. x v calend. Iunij translata fuerunt ossa eius de claustro Isteín / ad fratres Prædicatores, & ibidem in cœmiterio Basileæ solenniter tumulata.

Basileam venit equus venalis duorum annorum, qui altitudine viros non paucos superabat. Æstimabatur c c marcis: venditus esset c marcis.

Ceræ & mellis copia.

Sorores in Clingental vendiderunt regi Rudolpho, quod dominus de Clingin in Werra dederat ad emendum.

Item festo S. Margaretę comes Ludouicus de Froburck / dedit omnia castra sua regi Rudolfo, tali conditione, quòd pro eo restitueret vniuersis. *Lud. comes Froburgęsis cedit bonis.*

In octaua S. Laurentij, G litera dominicali, Luna duodecima, translatæ sunt duodecim sorores de Clingental / & cœperũt ædificare dormitorium cum lapidibus, magnum & pulchrum prope Rhenum Basileæ, & intra x i i i septimanas, hoc est festo Martini tectum eius vidimus consummatum. *Primordia cœnobij Clingental Basilea.*

Rex Rudolfus fecit nouam monetam, imprimens numisma regis coronati.

Henricus episcopus Basilienſis obiit, octaua natiuitatis Mariæ.

Festo S. Martini cœpit vindemia.

Episcopus Argentinensis præcepit aduocato in Rubiaca, vt confiscaret res ecclesię Marbacensis, & solueret debita, quòd abbas & canonici in solutione debitorum non poterant concordare.

Filia regis Rudolphi, ducissa Bauariæ, peperit filium, circa quartum nonas Octobris.

In episcopatu Basilienſi, in valle Susinga, quæ est prope Monasterium, reperiuntur capitones sine viscositate: & coniunguntur quatuor episcopatus ibidem.

M. CC. LXXV.

Infra octauam natiuitatis Domini, conuenerunt dux de Teck / cancellarius regis Rudolfi, archidiaconus Basiliẽsis, electus episcopus, & plures alij in Basilea, prępparantes iter ad pontificem Romanum, Gregorium papam, vt rex in Imperatorem consecretur. *Cæsaris ad papam legatio.*

Domus in Altkilch cecidit, & decem homines interfecit.

Comes Vlricus de Phitreto obiit, vigilia Purificationis. *Vlricus comes in Pfirt*

Infra dominicam Paschæ venit legatus Basileam.

Penuria frumenti fuit Basileæ. Quartale frumenti decem solidis vendebatur.

Prior Prædicatorum Basilienſium, festo crucis inuentæ, crucem ad transmarinas partes prædicauit.

Rudolfus rex in festo pentecostes in Wirciburck curiam celebrauit: regem Bohemiæ secundariò citauit. *Conuentus imperij Herbipoli.*

Festo Petri & Pauli Rhenus pontem Basilienſem destruxit, submersis plus minus centum hominibus.

Tertio nonas Augusti, vẽtus validissimus, qui vineas & arbores deuastauit, ramos ad tria milliaria, puerum cum cunabulo in villa Hercheim deportauit.

Rudolfus rex Friburgum obsedit, octauo calend. Septembris.

Pridie nonas Maij, venit Basileam presbyter Cardinalis de Capua, receptus à rege & episcopo Legato Lombardiæ, à clero & totius ciuitatis populo. *Cardinalis Capuanus Basilea.*

Pontificis & Cæsaris congressus Lausanna.

Pridie nonas Octobris, Gregorius papa venit Lausannam. Rex Rudolfus venit ad eum festo Lucæ, cum regina & penè cũ liberis suis vniuersis. Rex accepit crucem & regina, & comes Phitretensis, & comitissa, & penè nobiles qui ad curiam papę peruenerant vniuersi. Rex plus quàm DCCCC marcas expenderat in vestes pretiosas. Papa regi consuluerat, vt Romam, ad festum Pentecostes, cum duobus millibus militum veniret, vt eum in Imperatorem Romanorum solenniter coronaret.

Henricus de Isna Franciscanus, episcopus Basil.

Papa fratrem Henricum ordinis Minorum in episcopum Basiliensem cõstituit & consecrauit Lausannæ. Eundem legatum Teutoniæ super congreganda decima clericorum constituit, & vt XII millia marcarum regi Rudolfo daret, postquã montana transiret. Cruce signatis Papa dixit, vt post duos menses à festo Purificationis pariter transfretarent.

Fratres Minores quendam Abbatem Cistercienſem incarcerauerunt, pœnisq; maximis afflixerunt. Cistertienses Capitulo generali contra statuerunt, ne vllus Minorum recipiatur hospitio in claustris vel grangiis suis, nec Missa vel prædicatio eorum audiatur.

Sultzbach Alsatiæ.

Castellum **Sultzbach** in valle Gregorij, muris & fossato cingitur, festo S. Lucæ.

Henricus episcopus Basilienſis venit Basileam, festo Dionysij, à papa Gregorio confirmatus, prandium fecit in domo Prędicatorum. Episcopus primam suam Missam celebrauit & synodum.

Supplicium falsarij.

Falsarius monetæ coctus in caldario Columbariæ.

M. CC. LXXVI.

Cuntzo Textor de Senhen vixit annis CX, obiit M.CC.LXXVII.

Dux Lotaringiæ victus à comite Gemini pontis: vtrunque ceciderunt multi & equi & homines.

Milites regis Rudolphi aduersariorum multos ceperunt, plurimos occiderunt in Lombardia prope Mediolanum. Ex captiuis plures decapitati, ignorãtibus stipendiariis: dolentes ob hoc, diutius ibidem manere noluerunt.

Augustinenses Basileæ ædificant.

Fratres sancti Augustini de **Mülhusen** se transtulerunt ad Basileam.

Destructa fuit domus S. Augustini in **Nüwenburc** à populo, rege minime prohibente.

Gregorius papa XII, obiit, infra octauas Epiphaniæ.

Innocentius papa. Carolus, Rudolfi F. nascitur.

Frater Petrus de Tarantasio, ordinis Prædicatorum, archiepiscopus Lugdunensis, in Papam eligitur, Innocentius dictus.

Regina regis Rudolphi filium peperit elegantem in **Reinfelden**/ festo Valentini: hic breue tempus vixit.

In Turego lupa domestica peperit duos lupos rufos, duos veltres albos, & tres catulos maculosos generum diuersorum.

In Olsperc ordinis Cistercienſis soror extitit, quæ sine potu vndecim annis permansit.

In Sultz prope Rubeacum decoctus fuit monetarius, seruus domini Ioannis de **Jungholtz**.

In **Laufenberck** gallus magnus ex Italia, sub cuius ventre gallina transibat.

Rex obsedit dominum de **Fleckenstein**/ pro eo quòd ceperat episcopum Spirensem, pro pecunia quam pro adiutorio promiserat. Dominus de **Fleckenstein** se & sua in regis tradidit potestatem.

Obitus filioli regij.

Carolus Rudolfi regis filius, natus festo Valentini, hoc anno. Sepultus in medio chori maioris ecclesię Basilienſis: & interfuerunt exequiis eius omnes religiosi & clerici, minores pariterq; maiores, milites vniuersi, & ex ciuibus honestiores multi: mulieres multæ & regina cum pluribus dominabus. Fuit & feretrum coopertum nobili Baldico, quod ecclesiæ reliquerunt.

Frater Emundus, quondam prouincialis Teutoniæ Prædicatorum, à rege Rudolfo mittitur ad Curiam, ad occulta negotia pertractanda.

Porcus spinosus, fortè hermaceus.

Regina fecit adduci in hortum Prædicatorum in Basilea porcum spinosum, vt viderent in eo Dei mirabilem creaturam.

Pridie calendas Iunij, comes Theobaldus de Phitreto fecit curiam magnam, cui

cui interfuit rex & regina, dux Lotaringiæ, & milites multi.

VII nonas Iunij prædicauit frater Eberhardus, ordinis Prædicatorum in Basilea, & receperunt ab eo ad partes transmarinas multi crucem Domini gloriosam.

In **Notwilre** soror inclusa tres pueros vno die peperit, & quarto die quartum puerum prioribus addebat. *Fœcunda monialis.*

Rex Rudolphus ad Capitulum Prædicatorum Pisis celebratum, misit XXX marcas.

Minores Basileæ capitulum celebrabant, & regina X marcas eis pro seruitio ministrauit.

Quarto nonas Augusti visa sunt de dormitorio Prædicatorum lumina multa, per modum pugnantium discurrentia.

In festo Dominici præparauit Rudolfus rex expeditionem suam contra regem Bohemorum.

Fraga, quæ **Hindber** vocantur, & botros comédi in assumptione beatæ Virginis, & eodem die fructum & flores plures arbores habuerunt.

In castro **Reginsperg** crystallum vidi, quem leuare poteram cum labore.

Adrianus papa moritur: Ioannes papa eligitur.

Nono calendas Octobris, obiit aduocatissa Alsatiæ, filia comitis Phitretarum, in castro **Plixeberg**/vxor Conradi Wernheri; sepulta in cœmiterio S. Ioannis sub-tilia in Columbaria. *Aduocatissa Alsatiæ.*

XV calend. Octob. episcopus Basilienſis venit infirmus de curia Romana, & de familia sua nouem perierunt.

Episcopus Basilienſis visitauit canonicos sancti Leonhardi, de regula sancti Augustini, & vnum ex eis causſa correctionis misit ad monasterium Interlacense, secundum ad monasterium Parisiense, tertium verò Bellen, quartum misit Argentinam ad sanctum Arbogastum. Præposito verò nomen mutauit, & Priorem nominauit, & ei Procuratorem adiunxit, sine cuius licentia vel scitu de rebus monasterij nihil poterat ordinare. *Reformatur cœnobium Leonhardinum Basileæ*

In vigilia S. Clementis, infra matutinas Prædicatorum Basileæ, fuit eclipsis Lunæ, quam frater iuuenis eiusdem ordinis prædixit, & fratribus ostendit.

Crastino S. Catharinæ, facta est cõpositio inter regẽ Bohemiæ & regem Rom.

In **Rinfelden** Rhenus opertus extitit glacie, & via patuit cuilibet transeunti. Frigus solutum fuit festo Hilarij.

Natiuitas Domini feria sexta fuit. Episcopus Basilienſis cum familia carnes comedit: qui carnes comedere nolebant; habebant pisces magnos.

M. CC. LXXVII.

Regina Teutoniæ tempore Quadragesimæ pluribus diebus cum sex tantum dominabus in clausſtro **Clingintal** morabatur.

Prope Basileã foditur argentũ, & ferrum, & plumbũ, & aurũ inuenitur in aquis.

In montibus vallis Werræ frequentauerunt ecclesias in circulis, propter niues, die annunciationis Mariæ.

Post Pascha regina de **Rinfelden** proficiscens venit Constantiã, inde Bauariam. Sequebatur aũt ipsam Henricus episcopus Basil. circa ascensionem Dñi cũ equis LXX. *Regina Rom. in Austriam abit.*

In **Gowenstein** cornua duo cerui longitudine trium pedum, ex quibus XVI cornua processerunt.

In Vrania nigromanticus quidam cum quibusdam rusticis voluit artem suam exercere pro pecunia. Interim grando vallem maximis lapidibus impetebat. Vnde armata manu montes ascenderunt, & ipsum cum discipulis suis ter violenter de propriis finibus eiecerunt. *Pseudomagus.*

Comes Eberhardus ciuitatem **Friburg** in **Oechland** dedit regi Rudolfo pro tribus millibus marcis: pro qua comes Sabaudię IX millia dedisset, si Rudolfus rex vendere sibi promisisset. *Friburgum Nutthonum à Rudolfo emptum.*

In villa Cella puella octauo anno ætatis suæ puerum peperit.

In **Nollwilre**/castro prope **Sultz**/inuenta est caluaria serpentis magni, & lingua eius vulgò **Naterzunge**: datur regi Rudolfo pro clenodio: cuius vis toxicum prodere.

Regina Teutoniæ in Vienna recipitur.

In Austria rex Rudolfus nouã exactionem adinuenit, & à quolibet aratro quinque solidos postulauit.

Comitem de Hohinberck cognatum regis dominus Haginecke in regis præsentia vulnerauit.

Noua retia inuenta prope Constantiam, per quæ pisces plurimi capiebantur.

Bellum Lotaringo illatum. Episcopus Metensis & Argentinensis ducem Lotaringiæ impugnant. Dux duodecim currus episcopo Argentinensi abstulit: postea res composita est.

Episcopus Argentinensis de ciuibus in Sultz LXXX marcas accipiebat, qui antecessoribus suis cum murmure vix LX marcas soluebant.

Eps Colonienſis cũ duodecim aliis coniurantes, impugnarunt comitẽ de Gülch.

Annus in omnibus abundãs, excepto lino. Quartale hordei tribus solidis: auenæ, octodecim denariis: siligo, quatuor solidis: Triticum, sex solidis.

Viridarium S. Petri Basilien. Canonici S. Petri Basil. aream, quæ sita est ex opposito monasterij S. Petri, plantationibus arborum repleuerunt.

In Sultz quædam meretrices domesticæ à meretricibus syluestribus baculis expulsæ.

Albertus Magnus lector Coloniæ.

Clericus vagus Basileæ serpentes capiebat, ad libitum eis vtebatur, & mirabilia faciebat.

procurator s. iudex. In Senheim Henricus procurator Hospitale pauperum inchoauit.

Ioannes 21 papa magus Ioannes papa Magus, in omnibus disciplinis instructus, religiosis infestus, contemnens decreta Concilij generalis, obiit hoc anno.

Nicolaus papa electus est, dictus Caietanus, diu discordantibus Cardinalibus.

M. CC. LXXVIII.

Episcopus Basilienſis & aduocatus Alsatię cum exercitu ad regem Rudolfum in Austriam perrexerunt, in mense Iulio.

Comes Iuliacensis occisus. XVI calend. Aprilis, interfectus est comes de Gülich, in ciuitate quæ dicitur Aquisgranum, cum duobus filiis, & CCC militibus, & cum alia familia sua multa.

Rex Bohemiæ promisit, se pecuniam magnam Teutoniæ principibus daturum, vt pro se contra regem Rudolfum pro viribus pugnarent.

Contra Rudolfum arma ab Otto caro sumpta Rex Bohemiæ X millia militum congregauit, vt regem Rudolfum de Austrię finibus extirparet. Sed Domino dante principes exercitus incœperunt fortiter discordare, & sic fuit eorum congregatio dissipata.

Dominus papa excommunicauit omnes aduersarios regis Rudolfi, & ipsum Imperatorem publicè nominauit.

Cœnobium sub tilia. Sorores de sancto Ioanne, ordinis Prędicatorum muro se cinxerunt, cuius altitudo pedes XX noscitur habuisse: & quercus ex qua sedes ecclesiæ parabantur dominarum, in circumferentia pedes XXIIII comprehendit.

Ciues ciuitatis quæ dicitur Aquisgranum, castrum quoddam cum hominibus ceperunt, ex quibus XV gladiis occiderunt, reliquos verò carceri deputârunt.

Horburgenses domini. Domini de Horburc, filij sororis comitis Phitretarum, cognato suo reconciliantur, & in Alsatiam reuertuntur.

Obiit comes de Werde.

Rusticus quidam de Villingen candens ferrum portauit nuda manu, sine corporis læsione.

Ottocarus Bohemus in prælio occumbit. Rex Bohemiæ pugnauit cum rege Romanorum prope Viennam & interfectus est, ipse & cum eo XIIII millia hominum, vt communiter dicebatur.

Eckerch in valle Lebotiana Alsatiæ. Interfectus est dominus de Echerich, & dominus de Apiaco.

Obiit archiepiscopus Cantuariensis, cardinalis, ordinis Prædicatorum.

Obiit frater Probus, prouincialis de ordine Minorum.

Dominus papa factus est perpetuus senator Romanus: & Carolus cessit ei, & reliquit ei omnia quæ habuerat & spectabant ad Sedem.

Prædicatores Colmariam. Dominus de Gliers vallem Sergowe deprædatur, & tres nobiles interfecit.

Festo Simonis & Iudę intrauit conuentus fratrum ordinis Prædicatorum in Columbariam, in domum suam. Receptus fuit à Canonicis, à dominis S. Ioan. Baptistæ,

& ab

& ab vniuersitate ciuitatis laudabiliter & honestè.

Destructum fuit Zeringen nouiter ædificatum, & turris prope Brisacum, & Coliberc. *Zeringa proximè Friburgũ Brisgoia.*

Mures fuerunt multæ & annus in omnibus abundans.

Comes Egino de Friburc, ciuibus de Offenburc equos viginti prope portam ciuitatis abstulit. Ciues autem persequentes congressi sunt cum eo, & ex vtraque parte plures vulnera acceperunt.

Comes Phitretarum cepit abbatem de Luxouio.

Episcopus Argentinensis fossato diuisit nouum castrum ab antiquo, in villa Rubeacensi. *Castrum Rubeaquense.*

Hyems calida fuit.

In Carinthia tanta fames extitit, vt homines carnes humanas comederent, & fame plurimi perirent.

M. CC. LXXIX.

Hoc anno dominus Sigfridus, dictus de Gundoltzheim venit de domino Rudolfo rege, qui tunc temporis extitit in Vienna, retulitq; de eo prospera cum fortuna.

Scultetus hic Sigfridus ædificauit castrum in Hohenac, in crastino Purificationis, rege Rudolfo permittente. Et tertia die fracta est Columbarienſium melior campanarum. *Hohenac castrum.*

Eodem tempore papalis litera venit in Columbariã, in qua continebatur, quòd deberet perfidis Iudæis, Prior prouincialis Teutonię cum fratribus suis, fidem Catholicam fideliter prædicare.

Post Mathiæ venit aduocatus Alsatiæ, Conradus Wernherus à rege, qui tunc temporis morabatur in Vienna.

Eodem tempore dabatur in Columbaria siligo pro XVII denariis, hordeũ pro XVIII denariis, auena pro XIX den. frumentum pro XXX denariis.

Dominus de Rapoltzstein castrum Hohenac & Minnewiler cognatis suis abstulit fraudulenter, & in Columbariam transferebat.

Magister Rudigerus de Consheim, præpositus Columbarienſis, vir diuitiis & scientia clarus, obiit, circa festum Gregorij papæ.

XVIII cal. Maij vineæ & nuces perierunt frigore.

Longitudo hæc sumpta LX vicibus, facit spissitudinem arboris, quæ est in Sigoltzheim supra fontem, prope curiam & capellam S. Mauritij. *Insignis arbor.*

Lantfridus de Landisperc suffocatus fuit in tormento Argentinæ, in anniuersario patris sui, qui fuit in præcedenti tricesimo anno in eadem ciuitate, & in eodem die hastiludio interfectus à comite Friburgensi.

Filius regis Rudolfi maior venit in Ensisheim, XIIII calend. Iunij, conuocauitque sculetos ciuitatis, & deliberauit cum eis, quomodo patri suo milites mitterent in armis præparatos. *Albertus Cæs. F. Ensisheimium venit.*

Conradus de Liechtenberck episcopus Argentinensis castellũ Türlac per ignem destruxit, & quæ in eo reperit, deportauit. *Durlacum marchionũ Badensium.*

Dominus de gemino ponte castellum propriũ, nomine Copinheim / per ignem deuastauit. Abbatissa de S. Cruce obiit, octauo idus Iunij.

Crastino Barnabæ apostoli cecidit grãdo cum magnis lapidibus, quorum multi habebãt magnitudinem ouorum: destruxit quasdam domos latericias, & damnum diuersis locis Alsatiæ dedit.

Per ignem Iudæorum consumitur synagoga.

Filius Rudolfi regis Turicensium est pecora deprædatus.

Episcopus Basil. venit à rege ex Austria Basileam, & celebrauit curiã magnam.

Interficitur abbas Heremitarum fulmine, & cum eo plures monachi grauissimè puniuntur. *Ensidlem in Helueti a.*

Eiiciuntur de Columbaria, qui dicebantur Scultetum interficere voluisse: vnus ex iis postea fuit rotatus.

In Ongersheim fuit mulier tabernaria, de qua Physicus eiecit infra decẽnium tres cattas. Cœmiterium inchoatur in Wintzenheim.

Wintzenheim.

Interfectus fuit sicultetus, de Aquisgrano in ecclesia cum quodam perfido, à procuratore regis Rudolfi: pro eo quòd dominum de Gûlch comitem cum suis sociis miserabiliter occidisset.

Dux Brabantiæ cum exercitu magno de voluntate regis Rudolfi venit ad terram inferiorem, ibiq; dicebatur castra plurima destruxisse.

Filius Cæsarii Friburgẽsibus infestus.

Infra octauam Assumptionis, congregauit filius regis Rudolfi plus q̃ xx comites & dominos multos, & exercitũ magnum, vt destrueret suburbium Friburgense, pro eo quòd iuuissent dominum suum comitem Gebirhardum de Friburgo, qui eo tempore ciuitates imperij pro suis viribus impugnabat.

Turckheim. Wiler.

Domini de Girsperch in vigilia S. Matthei Türinchen ceperunt, & oppidum Wilre per ignem penitus destruxerunt.

Frigore hoc anno periêre fructus. Vindemia fuit quasi nulla: vix enim decimam partem vini quam consueuerunt, protulerunt.

Indultum est in ecclesia fratribus Minoribus in serico ministrare.

Clarissarũ plantatio in minore Basilea.

Eps Basil. sorores de S. Clara, vel ordinis fratrum Minorũ, transtulit trans Rhenum in claustrũ Saccitarum. De Saccitis aũt quinq; recepit in ordinẽ Minorũ: prouincialẽ verò eorũ fecit præpositũ apud canonicos S. Leonhardi: reliquis aũt saccitis prout potuit, prouidebat.

Eps Basil. in ecclesia fratrũ Prædic. Basileæ clericos consecrauit.

Episcopus Colonien. vicit in prælio dñm de Spanheim/& cepit quatuor comites.

In ciuitatem Bernensem Burgundiæ aues ciconiæ nouiter venerunt.

Nidermunster.

In Nidira mũnster claustro nigrarum monialiũ, furtim sublata fuit corona crucifixi, cum reliquiis multis. Fur in breui comprehenditur ac supplicio condemnatur.

Obiit frater Otto, dictus de inferno, frater ordinis Prædicatorũ, vir deuotus, Deo ac hominibus dilectus: cui Dominus conflictum regis Bohemiæ & regis Teutoniæ in spiritu ostendit, & regem Bohemiæ grauissimè vulneratum.

In Zabernia plures quàm LIIII homines, muro super eos cadente, perierunt.

Baronissa de Rapoltstein.

Domina de Rapoltzstein / dicta de Froburch / in Paradis efficitur monialis, prope Schafusiam.

Opposuerunt se domino Basilien si, dominus prępositus Maguntinus, dominus de Rötilheim / cum militum multitudine copiosa.

In Rubiaca soror quædam fuit accusata, quòd imaginẽ ceream baptizasset. Cùm id ipsa negasset, ipsam ad campum duxerunt rustici, & ipsam ignibus cremassent, si fratres eam non ex eorum manibus liberassent.

M. CC. LXXX.

Interfectus fuit sicultetus Iohannes de Keisersperch.

Captus est dominus de Girsperch / plebanus de Lagilnheim. Item captus est de Nortgassen/plebanus de Ostein.

XVI calend. Aprilis, litera dominicali F, dominica, nocte quæ est ante feriam secundam, passa est Luna eclipsin.

Domini de Nortgassen ceperunt dominum de Hunnewilre.

Columbarienses ceperunt clericum domini de Girsperch/& clericum domini de Nortgassen/& quatuor de Sultzmatin.

Interdictũ ecclesiasticũ Colmariæ.

Episcopus Basiliẽsis venit Columbariam, petiuitq; à ciuibus, vt clericum suum domini de Nortgassen/suæ redderent libertati. Ciues autem suis precibus acquiescere noluerũt. Interdicta igitur sunt diuina Colũbarien sibus, propter captiuitatẽ clericorũ.

Nonis Aprilis fuit episcopus Argentinen sis in Rubiaca cum c phaleratis equis, & ciuitates imperij cum eo, vt expugnaret dominum de Lobigasse, propter captiuos Argentinenses. Qui timore coactus se captiuum tradidit, & reddidit captiuatos.

XII calend. Maij, consecrauit dominus Henricus episcopus Basiliẽsis ordinis fratrum Minorum, chrisma in Peris apud Cistercienses & clericos regulares.

Inimicitia inter Rapoltsteinũ & Colmariam.

Dominus de Rapoltzstein prædam magnã de episcopatu, de pecoribus & iumentis accepit, & plures homines interfecit.

Dominus de Rapoltzstein diffidauit Columbarienses, & burgenses eorum exterio

Henricus

res quos poterat captiuauit.

Henricus episcopus Basilienſis emit propugnaculum, quod est situm prope Rubiacum.

Indulta sunt Columbarienſibus diuina,& incœperunt octauo calendas Augusti celebrare.

Dominus Basilienſis iuit in Austriam ad regem cum multis militibus.

Cessauit concursus in Lebertal ad sanctum Egidium,& factus est in Argẽtinam: eò quòd(vt dicebatur)B. Virgo miracula plurima perpetrasset.

Fratribus Prædicatoribus in Columbaria tria altaria sunt consecrata.Fratres iidem apud Turicenſes prouinciale Capitulum tenuerunt.

Fratres Minores laborauerunt vt canonissæ de Seconis mutarentur in sorores S.Claræ:sed obtinere minime potuerunt. *Mmoritæ Seckingenſibus monialibus insidiantur.*

VII calendas Nouembris fuit terræmotus.

Frater Albertus, ordinis Prædicatorum lector generalis, quondam episcopus Ratisponenſis,philosophus,obiit. *Alberti Magni obitus.*

Comes Theobaldus Phitretenſis cepit filium fratris sui.

M. CC. LXXXI.

Soror Helwigis,prioriſſa sororum in Columbaria de sancto Ioanne,obiit,VI idus Februarij.

Dominus de Ochſenſtein/filius sororis Rudolphi regis,aduocatus terræ, deposuit Scultetum Columbarienſem Sigfridum, cum multorum lætitia quos creditur, perturbasse. *Ochſenſteinius præses Alſatiæ.*

Aqua transiens castellum Sultze,magnum damnum ibidem fecit.In Gebwilre magna pars montis propter aquam cecidit. Et torrentes per Alsatiæ mõtana in vineis & agris magnum damnum intulerunt.

XII Kal.Martij,frater Reinherus ordinis Prædicatorum,octogesimo anno ætatis & quinquagesimo septimo anno,quibus in ordine laudabiliter vixerat,& quadragesimo tertio quibus sororibus de S.Ioanne præfuerat,& eas verbo & exemplo docuerat,in Domino requieuit.

Guntrannus de Girsperc capitur fraudulenter.

Episcopus Argentinenſis congregata militum multitudine, domino de Badin quoddam oppidum noscitur obsedisse. Episcopus verò Basil. sibi quinquaginta milites in auxilium transmittebat. Plures autem ex eis à Marggrauio capiuntur, propter quod pax eorum pristina reformatur. *Bellum contra Marchiones Badenſes.*

Regina Rudolfi regis in Nenna moritur,& aliquot centum equis Basileam ducitur,ibiq; à tribus episcopis,& ducentis mille clericis,& multitudine ciuitatis hominum,in vigilia S.Benedicti,cum gloria maxima sepelitur. *Regina Roman. obitus.*

Filia regis Rudolfi Lombardiam mittitur, à ciuitatibus multis muneribus recipitur,ac filio regis Caroli matrimonio copulatur. *Clementia filia Rudolfi.*

Rex Vngariæ Christianam vxorem repudiauit, Cumanam duxit, Christianis odiosus efficitur,à suis capitur,sed postea liberatur.

Dominus Simon Francigena,legatus Franciæ,presbyter Cardinalis,eligitur in Papam,Martinusq; nominatur. *Martinus 4 Pont.*

Nix in vigilia Purificationis magnæ profunditatis cecidit,quę homines,animalia syluestria perturbauit,& vsq; ad festum S.Gregorij perdurauit.

Dominus de Meienhen castrum suum quod habuit Meienhen dedit in Argentinenſis episcopi potestatem,& postea recepit illud feudum perpetuum,& episcopus fecit eum Scultetum villæ memoratæ. *Nobilis in Meienheim infra Enſisheim.*

Antiquæ mulieres obierunt, scilicet comitissa de Richenberc, domina de Rapoltzstein,& aliæ plures. *Comitiſſa de Reschenberg.*

Confluentini domino suo episcopo Treuirenſi noluerunt obedire,insuper eum occidere voluerunt.

Ciues de Prumino præpositum suum gladiis occiderunt. Regiq; Franciæ nequiter opposuerunt,propter quod ex eis DLX creditur occidisse.

Grandomagna cecidit circa Kentzingen, XV Kal. Iunij, fecitque damnum magnum,ouesq; centum vel amplius interfecit.

Domini de Gyrsperck castrum ædificârunt in monte, qui dicitur.....sed homines episcopi Argentinensis subitò destruxerunt.

Episcopus Argentinensis congregata hominum multitudine dominos de Rapoltzstein si potuisset, libentissimè perturbasset.

Quarto Kal. Augusti, Wernherus dictus Walch miles, & Cunradus miles dictus de Nortgassen/ sunt à Columbarienſibus interfecti.

Patriarcham Mediolanenses interfecerunt, & cum eo quingentos viros.

Hospitalarij S. Ioannis conflictum habebant magnum cum Saracenis in transmarinis partibus, & pauci ex eis, multos Sarracenorum ceperunt, & plurimos occiderunt.

Multi ignobiles facti milites in Argentina.

Sorores pœnitentes de claustro suo se mutuò turpiter eiecerunt.

Inclusa de Tübilsheim se transtulit in Cazintal.

Mediolanenses de ciuibus, quos eiecerant, quingentos vel amplius occiderunt.

Friburgum Brisgoia obsessum. Nonis Octobris, secunda feria, obsedit rex Rudolfus comitem & ciuitatem Friburgensem, cum tribus exercitibus, hominum multitudine copiosa.

Mindæ fuit fratrum Prædicatorum Capitulum celebratum.

Adelnhausen iuxta Friburgum. Exercitus regis Rudolfi destruxit claustrum dominarum de Adilnhusen/ propter quod dedit eis Rex trecentas viginti marcas.

Rex Rudolfus expendit in Columbaria in victualibus infra quindecim dies, mille ducentas marcas.

Hermaphroditus exoculatur in Brisaco, quòd violenter voluit cognoscere mulierem.

Comes Sabaudiæ regem Rudolfum hostiliter impugnauit. Comes autem de N. comitem Sabaudiæ læsit, propter quòd comes regem Rudolfum desiit impugnare.

Quartale frumenti pro septendecim solidis dabatur, quartale vini, pro denariis nouem.

Landsperg castrum. Festo S. Nicolai Landisperch castrum Sculteti de Columbaria, per aduocatum Alsatiæ & Columbarienses obsidetur, & res eius diripiuntur.

Vigilia Simonis & Iudæ, rex Rudolfus in Rapoltzstein cum suis consanguineis pernoctauit.

Omnes piscatores haleces capientes submersi tempestate, sæuissima perierunt.

Interfectus fuit Dominus de Meienheim in Phaphinheim.

M. CC. LXXXII.

Hartmannus F. regis in Rheno submersus. Filius Rudolfi regis, Landgrauius Alsatiæ submersus fuit in Rheno, prope Rinaugiam, & sepultus fuit in Basilea à quatuor episcopis & hominibus multis cum humana gloria copiosa.

Ciues Rubiacenses, cum cæteris hominibus episcopi Argent. deliberauerunt, vt ei amplius non seruirent, nisi sub certa pecuniæ quantitate.

Nix prodigiosa. Nix intra octauam Epiphaniæ cecidit, tantæ spissitudinis, qualis intra triginta annos in Alsatiæ finibus non credebatur cecidisse. Plures homines dicebãtur in ea frigore periisse.

Papa Martinus renouauit fratribus Minoribus & Prædicatoribus authoritatem confessiones audiendi, pariterq; prædicandi.

Ciues Mülnhusenses mutuò se vulneribus affecerunt.

M. CC. LXXXIII.

Hyems calida fuit.

Albertum dux Austria Rex Rudolfus filium suum ducem Austriæ fecit.

Rex Rudolfus emit ius seu aduocatiam dominorum de Liechtenberg/ quam habebant super ciuitatem Argentinensem.

Episcopus Argentinensis coegit Rubeacenses sibi reddere, quæ dederat eis suæ priuilegia libertatis.

Festo Gregorij frumentum in Alsatia floruit.

Eodem festo, episcopus Basilienſis, episcopus Argentinẽsis & rex Rudolfus adiutor

iutor eorum, obsedit **Bruñtrut** sex septimanis, & Melan castrum cœpit ac destruxit, & **Brunnetrut** fuit episcopo Basilienſi cum villis adiacentibus restitutum. *Purrentrutum obsessum.* *Mylan castrum.*

Pridie nonas Iunij, interfectus fuit Friburgi venerabilis Commendator Teutoniæ ordinis, Guntrannus dictus de Biseche, ab apostata ordinis sui, sculteti Friburgensis filio. *Omnis apostata persequutor sui ordinis.*

Tres domini de **Rapoltſtein** filij, viam carnis ingressi sunt vniuersæ.

Kalendis Iunij, fraga, cerasa, pisa matura in Alsatia vendebantur.

Fratres Minores plus quàm xxxi virgines, & quasdam viduas congregauerunt, & in claustrum **Alaſpach**/quod eis emerunt pro mille trecentis marcis, xv Kal. Augusti cum pompa & maxima gloria incluserunt. *Alenſpach cœnobium prope Kerſerſpergum oppidum.*

Pridie nonas Iunij, obsedit Rudolfus rex **Petterlingen**.

Vigilia S. Galli, domini Richardi de Lobigasse, & plures domus fratrũ suorum fuerunt destructæ, seu funditùs demolitæ, per suos consanguineos & affines.

Rudolfus rex obsedit Paterniacũ, & ædificauit circa munitiones & domos, intendens eos cogere per alimentorum penuriam tradere ciuitatem. *Paterniacũ Sabaudiæ comitis opp. obſeſſum.*

Circa Moguntiam nutrix pueri cuiusdam militis, vendidit eum Iudeis, vt interficerent eum: propter quod nutrix & Iudæi plures à Christianis fuerunt turpiter interfecti.

Rudolfus rex circa natiuitatẽ Domini inter ipsum & comitem Sabaudiæ compositionem fecit. *Pax inter Cæſarem & Sabaudum.*

Obiit figulus in **Slezistatt**/qui primus in Alsatia vitro vasa fictilia vestiebat.

Obiit frater Conradus Wernherus de **Hadistatt**/frater ordinis Teutonici.

M. CC. LXXX IIII.

Rex Rudolphus vxorem Gallicam duxit, in Romatico monte, festo S. Agathæ, & necessaria ministrauit superuenientibus abundanter. *Cæſaris ſecũda nuptia.*

Regina regis Rudolphi venit in Colũbariam in Carnispriuio, sc. Cathedra Petri, recepta à religiosis fuit, à clericis & militibus & ciuibus communiter gloriosè. Ciues dederunt ei expensas pluribus diebus, & insuper pro clenodiis centum libras. *Regina Colmariæ.*

Henricus episcopus Basilienſis celebrauit ordines in Columbaria, tertio non. Mart. quatuor temporum, & plurimos consecrauit.

Comes Ebirhardus, frater episcopi Constan. & frater comitis Gotfridi de **Lauffenberch** virtuosus, obiit ante tempus. *Eberhardus comes de Habſpurg.*

Rudolfus rex Alsatiam & Mulnhusenses reconciliauit, & exercitum congregauit vt Colonienſem episcopum impugnaret.

Fratres Minores Capitulum generale in Argentina celebrârunt. Chorũ suum recenter consummatum consecrauerunt, quatuor episcopos ibidem habuerunt, & illic homines plurimi conuenerunt.

Henricus episcopus Basil. ordinis fratrum Minorum celebrauit ordines in Columbaria, in ecclesia fratrum Minorum, x Kalen. Iunij, & habuit in comitatu suo Æthiopem indutum vestibus albis, & nanum scilicet **Ritter Conrad**/cuius longitudo ad tres pedes minime poterat peruenire. *Nanus tripedalis.*

Comes de Friburgo reconciliatus est cum ciuibus Friburgensibus, tali conditione, quòd præter redditus quos habebat de ciuitate, singulis annis centum marcas argenti sibi suisq; successoribus darent. Insuper deberent eum antiquorum suorum iura liberè possidere. *Tranſactio inter comitẽ Friburg. & oppidanos.*

Fulgur in ecclesia **Slezistatt** in ecclesia sanctæ Fidei, tres homines interfecit.

Milites Alsatiæ, in festo S. Iacobi ad regem Teutoniæ in Moguntiam descenderunt, vt pro rebus imperij fortiter pugnarent.

Circa Pragam Bohemiæ metropolim multi homines fame mortui. *Fames.*

In Alsatia quartale frumenti pro libra, & quartale vini pro duobus solidis dabatur.

Chorus in **Rapoltswir** inchoatus fuit.

Minores emerunt claustrum **Alaſpach** sororibus suis pro M.C C. marcis.

Mel in Alsatiæ finibus pluebat, vnde multi olera seu fructus comedere recusabant. Pestilentia in locis pluribus sequebatur.

Comes montis Beligardi obiit, & episcopatui Basilienſi trecentarum marcarum redditus dereliquit.

Friſiorum cladeſ. Filius domini Wilhelmi regis Romanorum vindicauit ſe de Friſonibus, & interfecit ex eis mille quadringentos viros, & accepit corpus patris ſui de eorum manibus violenter.

N. de Hohenſtein præſes Alſatiæ. Dominus de Hohenſtein aduocatus Alſatiæ, ſororibus de S. Ioanne octo vini vaſa violenter abſtulit.

Dominus Conradus Wernherus exuſſit dominis de Gyrſperc caſtrum, quod nouiter conſtruxerant in monte.

Rex Arragonum & ciues Meſſanæ Carolum fratrem regis Franciæ de ſuis finibus turpiter expulerunt.

Ordo Prædicatorum in Seleciſtat chorum ſuum anno præcedenti conſummauit. Iidem fratres ſequenti anno ſedes in choro poſuerunt, & intrauerunt.

Rhenis pontium ſtructura. Obiit mulier, quæ recordabatur, nullum pontem Rheni poſt Conſtantiam tranſiuiſſe.

XVII Kal. Decemb. Venus & Mercurius ſimul fuerunt.

Ciues Friburgenſes comiti, domino ſuo, pro modica emenda viginti millia marcarum tradiderunt.

Item comes de Rapreſwir obiit.

Wernherus archiepiſcopus Moguntinus obiit, qui mille quingentas marcas ſuis poſteris dereliquit.

Meſſis inchoata fuit, feſto ſanctorum Petri & Pauli. Eodem die Curiam habuit rex Rudolfus in Baſilea cum gloria dominorum.

Vrbes ad Rhenum Cæſari denuo iurant. Rex Rudolfus, circa Iacobi feſtum, ciues Rheni ciuitatum, Wormatiam conuocauit, iuramenta primò facta, ſecundariò per iuramenti vinculum confirmauit.

Rex Arragonum Petrus, principem filium regis Caroli cepit, & ex eis multitudinem hominum interfecit.

Papa Cardinalem legatum in Franciam miſit, qui clericorum ac religioſorum decimam regi Carolo faceret præſentari.

Comes Reinhardus de Mümpelgart / tres de ciuibus ſuis cepit, qui ſe de captiuitate cum XL librarum millibus redemerunt.

Rex Rud. ciuitatem Herbipolenſem obſidere voluiſſet. Ciues autem ei ſex marcarum argenti millia tradiderunt, quæ eum ab eis fugere coëgerunt.

Caſtra Waldeck in Sueuia demolita. Rex Rudolfus circa feſtum S. Martini, quinq; caſtra ſc. Waldeche, prædonum Sueuiæ, cum magna potentia dicitur obſediſſe, ea ſubitò cepiſſe, & per violentiam deſtruxiſſe.

Hohenſteinius Alſatiæ præſes. Eckirch. Dominus de Hohenſtein aduocatus Alſatiæ, caſtrum Echirc potenter obſedit, ſpacio breui temporis expugnauit, & in poteſtatem ſibi propriam deportauit. Ideò verò dicitur expugnaſſe, quia ſuum cognatum, Iohannem de Echirc, qui cõſanguineos ſuos honore ac diuitiis præcellebat, fraudulenter occiderunt.

Ochſenſtein caſtrum. Poſthæc idem aduocatus Alſatiæ, cum epiſcopi Argentinenſis adiutorio Ochſenſtein caſtrum potenter expugnabat, & funditus euertebat.

Bonum vinum creuit in bona quantitate, ſed non videbatur durabile.

Ante feſtum Clementis fuit aura pulchra, dulcis & amœna, & quaſi ſine pluuia per quatuordecim ſeptimanas.

Prima Morbacenſium ſedes. Feſto S. Catharinæ cecidit tectũ Capellæ, quæ ſita eſt ſupra vineta, prope Morbacum, vbi & primitùs ſe receperant monachi Morbacenſes, & ad quem locum omnia eorum ſunt priuilegia & dignitates impetrata.

Ciues Columbarienſes regi Rudolfo vno anno librarum XXX millia tranſmirunt. XVII Cal..... oppoſuerunt ſe Columbarienſes regi Rudolfo, quia triceſimam rerum ſuarum ſibi dare noluerunt.

M. CC. LXXXV.

Gebwiler oppidum ſuperioris Alſatiæ. Kalendis Aprilis, Abbas Morbacenſis ciuitatem ſuam Gebwilre latenter cepit, & res & eorum corpora in totum confiſcauit.

Ciuitas Friburgenſis in Orlandin & Bernenſis obedire regi Rudolfo minimè voluerunt.

Ciuitas

Ciuitas Bernenſis fuit ab igne penè totaliter deuorata.

Papa Martinus obijt.

Inſtitit anguillis, mortem guſtauit in illis,
Aſſas & coctas martyriſauit eas.

Nonis Maij, ciues Columbarienſes regi Rudolfo ſe primitùs oppoſuerunt, & per ignem Theinheim villam & quaſdam alias deſtruxerunt. *Colmarienſes Cæſari ſe opponunt.*

Circa feſtum Pentecoſtes, ciues de Haginogia, aduocatũ terræ, filium ſororis regis Rudolfi, de caſtro quod eſt in ciuitate turpiter expulerunt, & poſtea regi ſeruire minimè voluerunt.

Rudolfus rex obſedit Columbarienſes, decimo octauo Kal. Iulij, quinq; diebus. *Colmaria obſeſſa, & ad officium redacta.*

Ciues Columbarienſes poſuerunt ſuper ſe c c marcas, duoq; millia marcarum & milites, qui ſe Columbarienſibus non oppoſuerunt, vel in obſidione eorundem non fideliter adiuuerunt, cum ciuibus exactionibus grauabantur.

Epiſcopus Argentinenſis terram ducis Lotharingię pluries intrauit, & eum enormiter ſpoliauit.

Domini de Waſſilnheim ceperunt hoſpitem prædicatorum de Eginsheim, & eum ad terram Franciæ tranſtulerunt. (ter.

Nocte Nicolai fugerũt captiui, quos Domini de Waſſelnheim ceperãt fraudulẽ-

De poteſtate Rodolfi regis fugit Iudæus captiuus, qui ei mille quingentas tradere promittebat marcas.

Abbas Morbacenſis dictus de Steinebrunne, obijt circa feſtum Luciæ, qui deſtructor Religionis & diſſipator enormis rerum ſui Monaſterij dicebatur. *Berchtoldus Abbas Morbacẽſis natus è dynaſtis à Steinenbrun.*

Ciues de Zouingen Rudolfum regem pro Domino ſuo acceperunt.

Petrus rex Arragonum mortuus.

Richardus de Lobigaſſe quoſdã milites de Baſilea voluit occidere fraudulenter. *Zofingen Ergoia oppidum.*

Regem Rudolfum filij eius impetebant pro multis millibus marcarum.

Ipſe autem de conſilio nobilium obligauit eis quaſdam Imperij ciuitates.

Moniales Ciſtertienſis ordinis de clauſtro Hirſin receſſerunt.

M. CC. LXXXVI.

Die Paſchæ quidam ciuium Columbarienſium ſeruos Sculteti vulnerauerunt, & eos in clauſtrum Minorum per violentiam coegerunt. Propter hoc fuerunt illi ciues eiecti de ciuitate, & eorum domus deſtructæ, & eorũ res à iudicibus confiſcatæ.

Sorores de S. Ioanne, ſub-tilia, ordinis Prędicatorum, contra libertatem Religioſorum LX marcas dare à ciuibus cogebantur.

Philippi & Iacobi ciues Argent. in aquis & nauibus ludos exercuerunt, ad ſpectaculum verò venientes ſupra pontem ſe receperunt, & eo cadente plures miſerabiliter perierunt. *Cadit Argẽtina pons Rheni.*

Rex Rudolfus obſedit oppidum Lůterburg, Epiſcopi Spirenſis, aliquot ſeptimanis: qui reſiſtere regi non valentes, ſe regis gratiæ tradiderunt. *Luterburg oppidum.*

Epiſcopus Treuerenſis obijt.

Capella in Hugshouen, reædificatur à venerabili Abbate, Conrado de Dickere, quæ anno M. C. LXXXVI, fuerat inchoata. Ipſum autem Monaſterium fuit inchoatum à Wernhero comite de Ortiberch, dicto de Hurningen, cuius longitudo octo pedum depicta communium, in eodem monaſterio reperitur. *Cœnobium Hugeshofen in Valle Wleriana.*

Rex Rudolfus miſit Henricum epiſcopum Baſil. ordinis fratrum Minorum, ad Papam, ad diuerſa negotia terminanda. Papa verò Epiſcopum Baſil. Archiepiſcopum Maguntinum, præpoſitum verò Maguntinum ſc. Diuitem, Epiſcopũ Baſil. faciebat. *Petrus Reich, epiſcopus Baſileenſis.*

Domini de Liechtenberg curiam prope Liechtenberg celebrabant, ad quam per ſe & per alios plurimos inuitabant.

Eodem tempore Legatus à latere domini Papæ miſſus, cum plenaria poteſtate Baſileam venit, & dominum Baſilienſem in epiſcopum electum conſecrauit.

Turegum exuſta eſt pro tertia parte, propter eorum ſuperbiam: vt per obſeſſum Diabolus recitauit. *Tigurum conflagrat.*

Henricus epiſcopus Baſilienſis, factus archiepiſcopus Moguntinus, receptus eſt contra ſpem à ſuis ſubditis gloriosè.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 136;Leibn. Marg. 136, Stück 2, [27] - 21

Comes Wirtenbergicus R. regi supplex. Rudolfus rex duo castra fortia domini de **Wirtenberck** noscitur obsedisse, & ea in breui tempore intelleximus expugnasse. Ipse etiam dominus de **Wirtenberck** cognatus regis obsessus, de castro descendit, & ad pedes aduolutus, se & sua tradidit in regiam potestatem.

Post festum S. Margaretę noua de Friderico Imp. peregrini in Alsatiã retulerũt.

Stutgardia. Rex Rudolfus obsedit plus quàm xx septimanis castellum, quod dicitur **Stutgart**/quod situm est prope **Eßlingen**. Et tædio affectus rex, composuit cum domino de **Wirtenberck**/& ad legatum in Spiram venire disposuit festinanter.

Sorores Pœnitentes. In die Animarum, venit Legatus Columbariam.

Commissæ sunt sorores, quæ dicuntur Pœnitentes, fratribus Prædicatoribus ad regendum.

Legatus Teutoniæ in Metim se transferebat, quia furorem Teutonicorum non immeritò metuebat.

Glacies quæ fluxit in Rheno, CXV naues submersit, & villas aliquas deuastauit.

M. CC. LXXXVII.

Legatus, à latere domini Papæ missus, concilium XVII calendas Aprilis celebrare voluisset: sed per appellationem episcopi Colonienſis, & episcopi Tullenſis, Probi nomine, ordinis Minorum, fuit totaliter interruptum.

S. Hippolytum Alsatia. XVI calend. Aprilis, dominus de **Rapoltzstein**/villam S. Hippolyti cum exercitu introiuit, eamq; & ecclesiã ignibus deuastauit. Clericus de ecclesia saltauit, & confractus periit in instanti.

Honorius papa obiit.

Dominus de **Rapoltzstein** cum exercitu terram Gallicorum intrauit, & CXX villas exussit, eorum res totaliter deprædatus.

Sexto idus Maij, dominus de Baldecke vxorem duxit: & ciues Columbarienses res domini de **Rapoltzstein** communiter inuaserunt.

Rapoltzteinius & Horburgensis inter se dimicant. Dominus de **Rapoltzstein** dominum de **Horburch** viriliter impugnauit, atq; ad **Cellisberch** peruenit, vt captiuos sua potentia liberaret. Dominus autem de **Horburch** cum balistariis de **Cellisberch** descendit, eiq; octo equos interfecit, & plus quàm viginti vnum equites vulnerauit.

Portæ fratrum Prædicatorum in Argentina à ciuibus claudebantur: volebant eos cogere, vt suam per omnia facerent voluntatem.

Rudolfus rex **Rapoltzstein** tribus diebus obsedit, sed ab obsidione recessit: quòd eum sui morti tradere voluissent.

Episcopus Probus nomine, ordinis Minorum, fuit excommunicatus in Argentina, in dedicatione ecclesiæ maioris, à Gordiano ordinis fratrum Minorum.

Pugna prope Pourrentrutum. Prope **Brunnentrut** fuerunt de hominibus Basilienſis episcopi quidam interfecti, & plus quàm duodecim milites captiuati.

Gemar. Rudolfus rex, cum ciuitatibus vicinis, castrum ligneum in Gemar, ad obsidendum castrum **Rapoltzstein**/noscitur construxisse.

Dominus de **Rapoltzstein** homines domini **Horburch** & multos de **Sigoltzheim** cepit & sine pugna ad propria perducebat, & duo marcarum soluere potuerunt.

Episcopus Metẽsis contra Barensem comitẽ. Episcopus Metensis omnes penè Rheni episcopos, & omnes dominos quos poterat pretio conducebat, & congregauit exercitum magnum, sc. quatuor millium militum & cẽtum equos phaleratos. Omni die quinquaginta vasa vini, & septingentas libras Metensis monetæ stipendiariis ministrauit, & coegit comitem Barensem eius misericordiam suppliciter inuocare.

Consules Argentinenses ciues suos equos habere bis mille præcepere.

Obiit Cuonradus de **Wirziburch**/in Teutonico multorum bonorum dictaminum compilator.

Eclipsis Lunæ fuit, vndecimo Kalendas Nouembris media nocte, & Iris insequenti, seu in crepusculo videbatur.

Abbatissa Seconensis, quæ & procuratrix clausstri vallis Masonis, in dominam clausstri montis Romatici sublimatur.

Episcopus Basilienſis Episcopus Basilienſis terram comitis montis Belgardi potenter intrauit, pluresque

que villas deuastauit. Comes verò de militibus episcopi plus quinquaginta de nobilioribus ac ditioribus captiuauit.

M. CC. LXXXVIII.

Expulit abbas Morbacensis omnes nobiles de castello Gebwilre/ pro eo quòd se mutuo vulnerauerant fraudulenter.

Regis Rudolphi filius, Lantgrauius Alsatiæ, cum centum equis in curia sororum de Columbaria sub tilia, requieuit.

Vndecimo Kal. Febr. multæ aues prope montem Bilgardis conuenerunt, contra se pugnauerunt, & plus quàm trecentæ (vt dicebatur à pluribus) perierũt. Similiter & porci domestici circa eundem locum plurimi conuenerunt, & se mutuis morsibus occiderunt.

Iudæi dederunt regi Rudolpho x x millia marcarum, vt illis de Wessila & de Popardia iudicaret.

Circa Purificationis venit ventus, qui magnam syluam sub Hohinnac radicitus deuastauit.

Idem ventus Flandriam Oceano inundauit, ad tria magna miliaria, & plus quàm l millia hominum interfecit.

Rex Rudolfus congregauit exercitum, vt obsessum castrum Maguntinensi domino archiepiscopo liberaret.

Obiit frater Henricus, ordinis Minorum, archiepiscopus Maguntinus, XIIII Kalend. Aprilis. *Hẽrici Gurtelknopf Moguntinũ obitus.*

Kalen. Aprilis, rex Rudolfus episcopus Argentinensis, & ciues Argent. & domini terræ, in Columbaria pacis fœdera iurauerunt. Inter ciues Argent. & fratres Prædicatores componere voluissent. *Regu & Alsatarum conuentus Colmariæ.*

Regem Rudolfum legatus Franciæ visitauit.

Circa Kalend. Martij tantum frigus fuit, vt infra Basileam clauserit glacies aquas Rheni, & vinum congelabatur in ecclesiis, in calicibus & ampullis.

Dominus Ieronymus cardinalis & proutisor ordinis Minorum, in papam circa principium medium quadragesimæ consecratur. *Nicolaus 4 papa.*

Vxorem dominus de Baldecke duxit, curiam magnam in Basilea celebrauit, in qua plus quàm DCC marcas creditur expendisse. *Nuptiæ D. de Baldeck.*

XVII Kalend. Maij, nocte perierunt vites.

Iudæa iuuẽcula de antiquo Iudæo in Rubiaca quatuor pueros noscitur peperisse.

Dedicata fuit in Wissenburck area fratrum Prædicatorum. *Prædicatores in Weissenburg.*

Circa nonas Iunij, obsedit rex Rudolfus Bernensem Burgundiæ ciuitatem. *Berna obsessa.*

Octaua Epiphaniæ venit mercator Basileam, ducens secum vinum Græcum seu Cypri, deditq; bicarium illius vini pro quinq; solidis, quartale pro libra, quod vsq; ad illud tempus fuerat inauditum.

Captus est dominus archiepiscopus Colonienſis.

Rex Rudolfus obsedit montem Beligardi, circa Kalendas Iulij. *Morsbelgardi.*

VI Idus Iulij, cecidit grando magna, & fecit damnum in diuersis locis. Et fulgur exussit tectum castri, quod dicitur der Stein in Rapoltzstein / & tecta in Türncheim deuastauit.

Mulier puerum cum quatuor dentibus pariebat.

Rudolfus rex Romanorum terram Gallicorum circa Brunnendrut plus quàm tribus septimanis cum x x millibus hominum deuastauit. *Burgundi bello à Cæsare petiti.*

Rex Rudolfus secundariò Bernenses dicitur obsedisse. *Bernaq; iterũ obsessa.*

Inclusæ de Katzintal / in Amilißwilre se circa festum Omnium sanctorum transtulerunt, & moniales se postea vocauerunt. *Cœnobium in Atherschweir.*

Dominus Hermannus de Rapoltzstein / obsedit Hohinnac castrum, & per promissiones obtinuit fraudulenter. Idem obsedit castrum in Minrewire / & cum existentes in eo retinere non possent, sub conditionibus tradiderunt. *Hohenac castrum.*

M. CC. LXXXIX.

Alsa circa Herinkein & alias villas vicinas, circa Epiphaniam domini inundabat. *Hercken.*

Conuentus Egrensis. Episcopus Curiensis à regis Rudolfi filio captiuatur.

Rex Rudolfus circa Quadragesimam in Egra ciuitate, prope Bohemiam curiam celebrauit.

Sifridus miles, quondã Sculteus Columb. VI cal. Aprilis interficitur, à Susingo.

Ciues Bernenses obsessi, regi Rudolfo se sub conditione amicabili noluerunt tradere.

Quarto Kalen. Maij venit Rudolfus rex Romanorum in Columbariam & duxit secum Camelum animal magnum, trium annorum, altitudinis inconsuetæ.

Rudolfus Colmariæ. Eodem die venit frater Mumio, magister ordinis Prædicatorum, in Columbariam, festinans ire in Treuirim ad Capitulum generale. Rex verò Rudolfus ob reuerentiam magistri comedit in domo fratrum Prædicatorum, festo S. Petri martyris & prędicatoris, & fecit eis & dominabus quibusdam & dominis multis conuiuium magnum & bonum, & fratribus prædicatoribus inconsuetum.

Girspergenses proscripti. Eadem die proscripsit dominos de Gyrsperch, eò quòd occiderunt, Sifridũ militem de Gundolzheim fraudulenter.

Ludouicus de Honberg comes, occisus. Eodem septimana occisus est, comes de Honberch, cognatus regis à ciuibus Bernensibus violenter.

Gyrsperch castrum à Colmariensibus obsidetur.

Ciuitas Rotwilensis exuritur.

Ciues Bernenses cum rege Rudolfo composuerunt, & se in suam potestatem voluntariè tradiderunt.

Grando magna circa Basileã fuit, quę frumentum, fructus & vineas deuastauit.

Dominus de Baldecke, de procuratione à rege sibi commissa, à regis filio remouetur.

In Treuerim DCC fratres venisse ad Capitulum referuntur, fratrũ serui trecẽti.

Castrum Ermisbuche, D. comitis Phitretarũ, primo Kal. Maij à dominis..... arripitur fraudulenter.

Rex Angliæ fratribus Prędicatoribus, qui venerunt in Treuerim ad Capitulum generale tribus diebus abundanter necessaria ministrauit.

Dockẽburg. Filius regis Rudolfi castrum Dochinberck, abbatis S. Galli, creditur expugnasse.

In Lombardia fratres Minores habuerunt Capitulum, & venit illuc papa Nicolaus frater ordinis ipsorum, cum fratribus DCCC.

Papa Nicolaus expellitur de Roma, quia filium Caroli in regem, eis contradicentibus consecrauit, & cum illo pars Papæ: vbi ex vtraq; parte plus quàm D numero perierunt.

Episcopus Colonienſis à captiuitate liberatur.

Rex Rudolfus pro triginta libris argenti caueam in Basilea aui Psittaco comparauit.

**fortè Lotaringen.* Episcopus Metensis cepit comites ducis de *Liningen.

Terræmotus factus vno die quinquies.

Cœnobium in Ammerschweier. Inclusæ in Katzental se in Amerschwiler transtulerunt, & ibidem claustrũ construxerunt, & eodẽ anno in Capitulo Treuerensi fratribus Prędicatoribus in Columbaria committuntur. In festo Catharinę primã missam in area propria decantauerũt.

Nebelring, factus nobilium. Milites Alsatiæ, qui parem vestem tribus annis penè tulerant, & se Nebelringin nominauerant, ad regis præsentiam citantur.

Inclusæ in Suntheim aream in Gebwiler centum marcis comparârunt.

Sorores sub-Tilia tertiam domum claustri sui perfecerunt magnis expensis.

Hyems mirè calida. Hyems calida. Herbæ, flores, arbores flores & folia ante natiuitatem Domini produxerũt. Venatores tum fraga in Alsatia inuenerunt. Picę cum gallinis ante trium regũ protulerunt: vites floruerunt ante Hilarij: arbores folia antiqua retinuerunt, donec recentia prodierunt. Pueri in Egisheim in profluente balneabant.

M. CC. XC.

Girspergenses proscripti Cæsari se dedunt. Rudolfus rex dederat in purificatione suffodientibus castrum Girsperck mille nongentas libras, præter victum. Crastino Agathæ, domini de Girsperck, se & castrũ domino aduocato terræ, sine gratia cõmiserunt: sed semi eorũ sub gratia recipiuntur.

Henricus

Henricus Dux Bauariæ, amicus fratrum prædicatorum, obijt.

Rudolfus rex in Thuringia fuit, & in ea magnam dignitatem pretio comparauit.

Fratres Minores in Columbaria Capitulum celebrauerunt, & Domini terræ eis plura seruitia ministrabant.

Dux Alsatiæ Rudolfus, filius regis Rudolfi, obijt, & in Praga Bohemorum sepelitur. *Rudolfus Cæsaris F. morstur.*

Lector fratrum Minorum de Basilea, fecit capi in Columbaria in Capitulo suo, duas Beginas & duos Beghardos, & in Basilea plures, quos hæreticos reputabat.

Episcopus Curiensis obijt.

Comes Egino Friburgensis, dederat filio suo, filiã ducis Lotharingiæ in vxorem.

Conradus de Liechtenberg episcopus Argentinensis, harum nuptiarũ causa magnam Curiam in Argentina celebrauit.

Hyems calida & pluuiosa, æstas frigida & pluuiosa.

In Burgundia prope Losannam cecidit grando magna, cuius lapides duorum vel trium panum magnitudinem superabant. Læsit nouem Ecclesias parochiales, & LX millia hominum computabantur perijsse. *Grando portentosa.*

Canonici de Hanoë se in Rhinaugiam transtulerunt.

Dominus de Veldentz congregauit exercitum, venit in Alsatiam, volens in Autumno domino de Rapoltzstein vineas suas extirpare. Dominus de Rapoltzstein congregato exercitu, dominum de Veldentz prohibuit.

Inclusæ in Suntheim quarto Kal. Nouembris Gebuilr in claustrum, quod ibidem sibi construxerunt, se transtulerunt.

Rex Rudolphus in Saxonia multa laudabiliter peregit.

Rhenus quater ante natiuitatem Domini inundauit.

Soldanus Babylonię Hierusalem & Accon, & omnia Christianorum penè totaliter expugnauit. *Hierosolyma capta.*

Papa Nicolaus misit in adiutorium terræ sanctæ LX millia peditum proprijs expensis.

Domini de S. Ioanne dederunt in Brundusio omni volẽti maria transire, ignem & panem & naulum & expensas, quas pro persona sua annus integer requirebat.

Papa Nicolaus regi Anglorum supplicauit atq; mandauit, quatenus crucem ad transmarinas partes susciperet: & vt hoc facere posset decimam omnium Ecclesiarum regni sui, fecit sibi per triennium fideliter ministrari. Hæc eadem faciebat regi Francorum.

In Seleſtadio construitur ecclesia leprosorum.

M. D. XCI.

XVIII. Calend. Februarij audita sunt tonitrua: noctu grando magna cecidit, & fulgura multa sæpe micuerunt.

Dominus de Rapoltstein congregato exercitu, dominum de Bergken in munitione paruula capere voluit. Existentes autem in munitione Sermersheim, se viriliter defenderunt, tres occiderunt, & multos vulnerauerunt, eumq; fugere coegerũt.

Eclipsis Lunæ, XV Kal. Martij, ante fratrum prædicatorum apparuit matutinas.

Inuenta fuit in Hadstat manus integra, in modum iurantis, alio corpore putrefacto. Et cùm eam secundariò sepelire voluissent, guttæ sanguinis emanabant, & propter hoc eam secundariò sepelire noluerunt. *Manus pereuntis.*

Rex Angliæ omnes Iudæos regno expulit. Cædes Aureliani. *Iudæi Anglia pulsi.*

Archiepiscopus Colonienſis excommunicauit omnes ciues & clericos ac religiosos, eò quòd cœperant eum in conflictu.

Thuricenses M. D, Constantienses M. C C, Columbarienses D marcas, regi Rudolfo dederunt. Columbarienses præter hæc mille octingentas libras expenderant pro cibarijs & seruitijs dominorum.

Abbas Morbacensis cum monachis suis, vendidit regi Rudolfo Luceriam, pro duobus millibus marcis. *Lucerna à Rudolfo empta.*

Gregorij, venit rex Rudolfus Columbariam.

Dominus de Girſpere grauibus conditionibus à captiuitate liberatur: caſtrum totaliter deuaſtatur.

Bonifacius ſuffraganeus Baſil. Bonifacius epiſcopus Boſonienſis, ordinis heremitarum, prædicatoribus Colmarienſibus, Dominica ante Lætare, feſto annunciationis, conſecrauit altare beatæ Virginis, verſus latus ſuperius: Altare in angulo eccleſiæ beati Petri prædicatoris martyris: altare ſancti Auguſtini.

Maritus filiæ Rudolfi regis, mandauit regi Rudolfo, vt quàm ſtatim veniret ad eum Lauſannam, & vt indicet dominis Curiam Burgundiæ in Franckfurt: quod factum eſt.

Deinde vocatur rex ex Frãckfurt ad Lauſannã, vt perficiat negotia dominiPapę.

Dum rex Rudolfus eſſet profecturus ad Principem, maritum filiæ ſuæ, comes Sabaudiæ inſidias fecit regi, quem interimere volebat.

Rex Rudolfus Curiam celebrauit, non ad ſuam per omnia voluntatem.

Dominus de Hunnawilr à Columbarienſibus interfectus, & de ciuitate plures milites expelluntur.

Moneta Rapoltſteinica. Dominus de Rapoltſtein incepit nouam monetam facere, quæ penè cum denarijs Friburgenſibus concordabat.

Richenwiler oppidũ. Dominus de Horburc villam Richenwiler muro circumdedit & muniuit.

Columbariam obſedit epiſcopus Argentinenſis, cum xxx millibus pugnatorum, infra octauam natiuitatis Mariæ. Columbariæ erant tria millia pugnatorum.

Ventus validus partem pontis Briſacenſis, x Calendas Octobris, deſtruxit.

Obijt Marggrauius de Miſſen, iuuenis virtuoſus.

Creuit vinum nobile.

Gemar. Hermãnus dominus de Rapoltſtein in Gemar caſtrũ ligneũ inchoabat ſtruere.

Epiſcopus Conſtantienſis oppoſuit ſe filio regis Rudolfi, pro rebus quas abſtulerat filio Comitis de Laufenberc violenter.

Domini de ordine Teutonicorum in Bückhein, parant ſe ad prælia, vt res ſuas à dominis terræ defendant.

Conſules Columbarienſes dederunt ciuibus ſuis ligna pro domib. conſtruẽdis.

Rudolfi Cæſaris mors. Rudolfus rex moritur.

M. CC. XCII.

Ciues Columbarienſes præpoſito Argentinenſi, fratri epiſcopi Argent. de Liechtenberg fidelitatem & ſeruitia iurauerunt, & fideliter promiſerunt.

Epiſcopus Metenſis obijt.

Scultetus Argentinenſis & Zorno cum ſuis congregati armis inuadere voluerunt familiam Kagineck & Herbonum, propter verba quædam iniurioſa.

Hyems temperata uſq; ad Purificationem: poſtea inualuit frigus, vt Rhenus Briſaci ex vtraq; parte pontis eſſet congelatus, quòd equis & bigis poſſet tranſiri.

Domini ordinis Teutonicorum, xiii. Cal. Maij, ſabbato, exocularunt duos ciues Friburgenſes. Iunior Comes cum ciuibus clauſtrum irruentes, totaliter deuaſtârunt.

Adolfus Romanorũ. Prima Maij, electores reliqui electionem in Maguntinum tum præſentẽ tranſferunt. Maguntinus comitem Adolfum de Naſſow, cognatum ſuum, eligit: conſentiunt reliqui. Hic ſtatura fuit mediocri, agilis, amabilis, ſciens Gallicum, Latinum & Germanicum.

Francofordenſes expenſas à rege electo petunt. Maguntinus obligauit pro rege caſtra ac villas, pro xx millibus marcarum. Rex exactionem in Iudæos tentauit, ſed non potuit, reſiſtente Sculteto Francfordiano.

Rex liberos matrimonijs elocat.

Equos phaleratos habuerunt, Maguntinus mille quingẽtos, Treuerenſis M. CCC.

Rex Aquisgrani coronatur.

Præſides imperiales ex vtraq; parte Rheni. Conſilio procuratorum regni, procuratores in officijs retinet. Ottoni de Ochſenſtein, nepoti ex ſorore regis Rudolfi, Alſatiam, & quæ ab ea parte Rheni ſunt, committit: Comiti à Katzenelnbogen, quæ ab alia parte Rheni.

Ciuitates fidelitatem præfectis regis Adolfi promittunt.

Scultetus Columbarienſis fidelitatem promittere recuſauit: niſi aduocatus Otto de

to de Ochsenstein promittat regis nomine, officium Sculteti ad vitam regis: expulsos non reducere: ciuitatem potenter non intrare.

Aduocatus hæc pollicetur, recepta fide, ne ciuitas Columbarienſis alteri quàm regi Adolfo tradatur.

Rex * Arragonum moritur: deuoluitur regnum ad Imperium. *forsè, Arelatenſium.

Adolfus rex in Imperio omnes controuerſias componit: Principes ad expeditionem hortatur. Episcopus Spirenſis milites & LXX currus habuit, præter bigas. Colonienſis ducẽtos milites cum equis phaleratis. Maguntinus copioſam militum multitudinem. Hi cum cæteris iter dirigunt verſus Veſontium. *Adolfi in Gallos expeditio.*

Vigilia Aſcenſionis, Albertus Dux mille quingẽtis equitib. venit Columbariam.

Hermannus de Rapoltzſtein, ſecundo nonas Iunij, à ciuibus Argentinẽſibus fuit captiuatus, ad preces pauperculæ mulieris.

Dux Auſtriæ Albertus Turicenſes obſidebat. *Tigurum obſeſſum.*

Puer IX annorum Colmariæ à Iudæis interficitur.

Argentinæ vicus pelliparíorum per ignem totaliter deuaſtatur.

Interfectus fuit in Rubiaco, frater Ioannes ordinis Minorum.

Albertus, filius regis Rudolfi, Dux Auſtriæ, Lantgrauius Alſatiæ, comes de Kiburg, obſedit Turegum potenter ſex diebus: poſtea diſceſſit, & obſedit caſtrum Nellenburg, quod expugnauit & fregit. *Neller-burg caſtrum.*

Episcopus Colonienſis reconciliatus ciuibus.

Fratres Minores eccleſiam ſuam magnis & altis columnis exaltabant.

Fluentes aquas per plateas Argentinenſes, artifex inuenit.

Reginæ regis Romanorum præſentatus fuit puer nutritus inter lupos: venit illa Briſacum, vigilia omnium Sanctorum.

Dux Lotaringiæ caſtrum in Plummers ſuper balnea conſtruxit, vt defenderet balneantes à malis hominibus. *Caſtrum Plumbarienſe.*

Aduocatus Alſatiæ nomine reginæ ſingulis diebus expendit duodecim libras, Baſilienſis monetæ.

Dominus de Rapoltſtein accepit à hominibus ſuis, quintam partem vini, quod creuerat hoc anno: facit CCCCL carratas.

In Hagenoia fuit torneamentum, in quo fuit miles à Scalario interfectus. *Luſus equeſtris Hagenoæ.*

Adolfus rex venit Columbariam, ante natiuitatem Domini, anno biſextili B C.

Abbas Periſienſis capitur à ſuo ſubdito ordinis conuerſo.

Caſtrum Ortinberg domino comiti de Liechtenberg epiſcopo Argentinenſi tradebatur. Inuentor ac magiſter operis, quod in Argentina Bruſcam fluere per vicos faciebat, de eo cecidit & expirauit.

Minera auri apud Heidelberg inuenitur.

Comes Henricus, frater comitis de Friburc capitur, ac grauiter vulneratur.

Prope Schafuſam atq; Baſileam fuerunt inuenti lapides pretioſi.

Obijt venerabilis dominus Rudolfus de Habispurc, epiſcopus Conſtantienſis, frater comitis Gotfridi de Laufenberc, & in prandio vitam noſcitur finiuiſſe. *R. de Habſpurg epiſcopus Conſtant.*

Natus fuit hermaphroditus in valle Keiſersberch, id eſt qui membrum mulieris atq; virilia continebat.

Domini de Giſperc caſtrum Froberc furtiuè, expulſis habitantibus, obtinebant.

Eodem tempore, ſcilicet V Idus Iunij, ædificauit aduocatus terræ, ſcilicet filius ſororis regis Rudolfi, caſtrum in Härtville, vt caſtrum Ortinberg obſideret. *Caſtrum Scher Wiler*

Ciuis Linthart nomine de Columbaria, in vigilia ſancti Ioannis baptiſtæ, cum octo viris armata manu Incluſorium de Horburc dicitur deſtruxiſſe.

Caſtellum Watwire & Zullisheim in præcedenti anno fuere inchoata. *Wat Wiler Zullisheim.*

Caſtrum Ramiſtein prope Sleciſtat fuit inchoatum, à prefecto terræ contra multorum hominum voluntatem. *Ramſtein prope Seleſtadium.*

Iudæi Rubeacenſes ob metum epiſcopi ſe in Columbariam tranſtulerunt, & Canwireni in Gebwilre turpiter capiuntur ab abbate Morbacenſi.

In Rubiaca fuit interfectus .... miles dictus Zedelere, XV Calend. Septembris, à dominis de Lobigaſſe fraudulenter.

In Rheno prope Brisacum submersa fuit nauis cum hominibus LXXX. Mercatores venientes de Friburgo versus Brisacum, prope villam Alzinache, multa nauis atq; multarum genera mortua inuenerunt.

Vigilia assumptionis beatæ Virginis, duæ naues in Rheno, vna prope Argentinam, alia prope Brisacum, cum multis hominibus perierunt.

Rotwila. Item Rotwire exuritur, & multæ aues prope Brisacum frigore perierunt.

Colmaria Rapoltsteino tradita. Scultetus Columbariensis vocauit dominum de Rapoltzstein nocte cum multis hominibus, & ei ciuitatem tradidit.

Dominus Anshelmus de Rapoltzstein fratrem suum Henricum eiecit de Rapoltzstein, & cum omnibus suis bonis spoliauit.

Æstas calida & sicca, & vinum bonum vt dicebatur generaliter abundauit.

Colmaria obsessa. Rex Romanorum Adolfus, XVI Octob. quarta sc. feria, venit Rapoltzwire cum hominibus multis, & obsedit magna gloria violenter, in vigilia sancti Michaelis Columbariam.

Item Wilre castrum atq; castellum non valentes se defendere, regi se voluntariè tradiderunt.

In vigilia Simonis & Iudæ castrum Werde faciliter expugnatur.

Fœna persuris vitæ donata. De Rapoltzstein rex Romanorum recedebat, & circumduxit Scultetum Columbariensem in rota residentem, manum cum tribus digitis erectam habentem, ac periurium demonstrantem.

Dux Austriæ solennem Curiam fecit circa festum S. Martini in desponsatione filiæ suæ, & talis non fuit nostris temporibus celebrata.

In Lombardia apparuerunt in aëre duo monachi parui, albus & niger, bonam horam se mutuò impugnabant, & postea in vallem & vastam solitudinem descenderunt, &c.

M. CC. XCIIII.

Adolphus rex Romanorum in Landowe, in natiuitate Domini Curiam celebrauit.

XVII Kal. Februarij venit frigus tantæ fortitudinis, quòd multæ vineæ frigore perierunt: tiliæ & arbores aliæ fissæ fuerunt. Pisces in aquis, aues & homines in syluis pariter perierunt.

Abbas in Perus. Predicatores in Gebwiler. Abbas Perisiensis, circa secundum Nonas Martij ab officio remouetur.

Domus fratrum Prædicatorum fuit in Gebwilre recepta, & in Teutonia sex aliæ fuerunt pariter inchoatæ.

Dux Brabantiæ obijt, & filius eius miles efficitur, & ciues Colonienses eum sicut patrem eius, pro Domino receperunt: sed hoc episcopus Colonienſis prout potuit impediuit.

Iudæi Bernenses puerum (vt dicitur) occiderunt.

Caristia magna fuit, & quartale frumenti pro octodecim solidis dabatur, & Sorores de Columbaria plus quàm trecenta quattalia, in vna sua grangia pauperibus erogauerunt, ante festum Mariæ Magdalenæ.

Venit circa Basileam ventus validus, fulgura, tonitrua, pluuiæ magnæ, quæ domus destruxerunt, & arbores magnas & fortes radicitus euulserunt.

Circa Pascha quidam de progenie Vrsina in ecclesia S. Petri, peregrinos vndecim occiderunt.

Decanus Columbariensis circa exaltationem sanctæ Crucis à Sculteto Columbariensi captiuatur.

Basilea ardet. In Basilea exustæ fuerunt domus penè sexcentæ, circa exaltationem S. Crucis, & homines ferè quadraginta.

Apostata ordinis fratrum Prædicatorum sorores sub-tilia de Columbaria spoliauit.

Die S. Leodegarij abstulit Cesso castrum Lobeke à suis dominis fraudulenter.

Missnia bello petita. Rex Adolfus circa aduentum Domini terram Missinensem potenter ingressus est. Ciuitas Missina ei se tradidit, castella duodecim expugnauit, totam terram cum magna potentia deuastauit.

Papa

M. CC. XCV.

Papa Celestinus papatum voluntariè resignauit.

Romanorum rex Adolfus expugnata terra Dominorum Missinensium, iter suũ versus Alsatiam dirigebat, seq; preparabat ad eundum contra regem Franciæ, vt eum de rebus proprijs extirparet.

In Bara villa dæmon castrum Domini Wephimanni militis destruxit.

Rhenus qui longo tempore oppidum Brisacum ab Alsatia diuiserat: isto anno pro parte ad latus montis se aliud transferebat.

Inundatio cuiusdam aquæ ad oppidum Rinueldin, quod est situ̇ super Rhenum, Clausstrum dominarum de Olsperg repleuit, Molendinum earum destruxit, lapides & ligna in Rhenum cum magna violentia perducebat. *Olsperg monasterium.*

Item prope Basileam villa fuit Onezwire nomine, quæ à Basilea tria miliaria distabat, ac in valle sita erat, quam aqua transire modica dicebatur. Pars montis in vallem cecidit, aquam obstruxit, quæ paulatim creuit, quòd supremam partem Ecclesiæ ab oculis hominum occultauit. *Onotz-Weir prope Waldenburgum sub Lura monte.*

v Kal. Augusti, Fulgur pilos procuratoris Minorum in Brisaco combussit, corpore illæso.

Dominus de Ochsenstein cognatus & procurator ducis Austriæ, obsedit & expugnauit..... Et circa festum Mariæ Magdalenæ Zouingen cum magna hominum multitudine dicitur obsedisse. *Zofingen oppid. Ergoia.*

In Alsatiæ villa Türinchen minera plumbi vel argenti reperitur, in qua ante paucos annos Gypsum pauperes inuenerunt. *Turckheim.*

Adolfus rex Roman. circa Kalendas Augusti, cum exercitu magno terram Missinensium secundariò subintrauit.

Tertio nonas Aprilis, fuit in Brisgougia & Alsatia vehemens terræmotus. *Terræmotus.*

In Colmar vno hoc anno mortui pueri DCC septuaginta septem.

Terræmotus in Valesia quatuordecim castra pro parte destruxit, & crucem pinnaculi turris Ecclesiæ maioris deiecit, & in diuersis locis plurima deuastauit.

In Curia montes scissi, petræ fissæ sunt, plures campanæ pulsauerunt, quinq; castra penitus destruxit, plura verò fissa sunt, & domus multæ. Post hunc duos alij motus vna septimana plurimi retulerunt.

Romæ mortalitas magna fuit, & vno die sepulturæ septem episcopi tradebantur.

Mediocris staturæ persona regnum Teutoniæ circumibat, Imperatorem Fridericum se suis fidelibus referebat. Hic cùm in Eßlingen venisset, à ciuibus capitur, hęreticus esse probatur, conuincitur & crematur. *Pseudo Fridericus combustus.*

Domini de Gyrsperg reconciliati Columbariam in octaua Martini solenniter intrauerunt.

Rex Adolfus in terram Missinensium stipendiarios transmittebat.

In Alsatiæ valle Albrechtstal, in vna domo, Mulier perperit vna nocte duos pueros, duæ vaccæ, vtraq; duos vitulos, catus catulum, canis caniculum, scropha porcellos plurimos pariebat.

Quinquaginta fratres ordinis Minorum senes atq; lectores de Ordine pariter recesserunt dicentes, Fratres Minores de ordine S. Francisci simpliciter recessisse.

M. CC. XCVI.

Dominus de Rapoltzstein fuit à captiuitate regis Romanorum post purificationem beatæ Virginis liberatus.

Venerabilis dominus Petrus Basilienſis episcopus obijt, secundo Nonas Aprilis.

Item venerabilis dominus Probus episcopus Tullensis ordinis Minorum fratrum obijt.

Filius Marggrauij Thuringiæ venit in Lombardiam, & quædam ciuitates eum Dominum acceperunt.

Castrum Girsperg adiutorio episcopi Argentinensis reædificatur. *Geirsperg restauratur.*

Plures Tiliæ à fratre Bertoldo conuerso de Friburgo, sacrista, in Cœmiterio nostro plantatæ fideliter referuntur.

Sacerdos publicè cæsus. Circa natiuitatem Domini, fuerunt cuidam clerico in ciuitate Basilienſi virilia, propter quandam iuuenculam, detruncata, & ſuſpenſa in medio ciuitatis.

Iudæus in anno præcedenti pro furto in Sulzematin per pedes ſuſpenditur, qui octo diebus ſuperuixit, & ſe eleuans ſuper patibulum liberauit, ſed præ læſione pedum fugere non poterat.

Supplicationes peſtis causa. Cogente peſtilentia atq; mortalitate, Columbarienſes Canonici proceſſionem cum reliquijs indixerunt, in vigilia purificationis. Circa tertiam ad eccleſiam homines religioſi ac clerici S. Martini conuenerunt, ac ſcholares & canonici cum cxx ſuper pellicijs in principio proceſſerunt: Fratres Minores eos ſequebãtur, cum quadraginta fratribus, deinde fratres Prædicatores hos cũ triginta fratribus ſequebãtur; hos autem fratres domini de Hoſpitali S. Ioannis, cum decem perſonis venerandis ſequebantur: ſed monachi decem S. Benedicti fratres prædicatores præcedebant, & quandocunq; ad libitum ſequebantur.

Ad regem Romanorum Burgundi venientes ſuppliciter deprecantes, quatenus à rege Franciæ defenderet, quia eos pro regno Arelatenſe ſæpius infeſtaret. Rex verò promiſit, ſe ante feſtum Mariæ Magdalenæ venturum, & eos pro viribus defenſurum. Ciuitates verò magnæ Franciæ, vt Remis, Pariſius, & aliæ quàm plures portis fortibus & muris altis muniuerunt, quod vſq; hoc tempus confiſi, de fortitudine facere contempſerunt.

In capite ieiunij, ſc. tertio Kal. Martij, interfectus fuit Ioannes miles virtuoſus, diues, filius Sifridi Sculteti Columbarienſis.

Inchoatum fuit Dormitorium fratrum Prædicatorum in Columbaria.

Diffidauit epiſcopus Argentinenſis ciues Columbarienſes, propter eorum Sultetum dominum de Bercheim.

Mulier in Sleciſtat peperit puerum cum duobus capitibus, cum dolore.

Rex Bohemiæ filius Ottochari, Curiam..... celebrauit, qualem nunquam aliquis regum, nec Aſſyrius, nec Salomon creditur celebraſſe.

Epiſcopus Argentinenſis obſedit Mersmünſtere ante feſtum Margaretæ.

Translata ſunt oſſa..... militis de Rubiaca in Columbariam ad fratres Prædicatores.

In Columbaria multa noua vina bona reperiebantur, in natiuitate S. Mariæ virginis glorioſæ.

Theobaldus Phitreten ſis præfectus Alſatiæ. Rex Adolfus circa natiuitatem beatæ virginis Mariæ, D. Theobaldum comitem Phitretarum, Alſatiæ inſtituit aduocatum.

Comes Phitretarum deſcendit ad regem cum multitudine bellatorum.

Dominus de Liechtinberg fuit de Egenheim deprædatus.

Rex Angliæ miſit præcedenti anno regi Romanorum triginta millia marcarum, vt ei armatos viros ad rerum ſuarum mitteret defenſores.

Vini vilitas Ama boni vini in Sleziſtat, pro octo denarijs vendebatur.

In decollatione Ioannis Baptiſtæ, venit rex Angliæ in Flandriam, cum quingentis magnis nauibus, cum ſex millibus militum, cum equis dextrarijs, & tulit ſecũ multam pecuniam quinque annis exercitui copioſam. Septem enim militibus marcam quotidie quinq; annis expendere potuiſſet.

Vas vini dabatur in Alſatia pro Deo, vt vas euacuaretur. Vnum vas Rappes pro vaſe vacuo vendebatur. Pro conſeruatione vini in locis pluribus ſtubæ pręparabãtur.

Adolfi expeditio in Flandriam. Rex Romanorum venit in adiutorium regi Angliæ cũ equis bis mille phaleratis.

Filius Conradi Wernheri de Hadiſtat, miles iuuenis, rebus in aduerſis virtuoſus, contra regem Franciæ cum auunculo filio ſuo, comitis Phitretarum, armatus proficiſcitur, occiditur ab inimicis, traditus ab amicis.

Duo reges inter diuos relati. Ludouicus rex Frãciæ canoniſatur à Bonifacio papa, & feſtũ eius celebrari debet in craſtino Bartholomæi. Rex verò Bohemiæ canoniſatus dicitur, in anno præcedẽte.

In Columbaria equus fuit, qui formam in ſe mulieris mariſq; comprehendit.

Dominus de Bercheim Sculteus Columbarienſis quoſdam de ciuibus expulit violenter.

Domi-

Domino præpoſito maiotis eccleſię Conſtantienſis fratri ſc. Comitis Friburgẽſis, ſexaginta marcas in redditibus, quas habuit in Columbaria, per violentiã auferebat. Comes ex hoc indignatus, plures ex hominibus Imperij cepit, & eorũ res & corpora deuaſtauit. Aduocatus autem terræ comes Phitretarum, iniuriam ſibi illatam vindicauit, acceptisq; ciuibus Columbarienſibus, alijsq; hominibus, terrã comitis Friburgenſis potenter ingreditur, & vallem Glotyri & alias villas pro viribus deleuerunt. *Glotirthal anſia Friburgum.*

xv Kal. Decemb. colligebantur roſæ in Colũbaria, in horto fratrũ Prædicatorũ, & eodem die cecidit nix magna, & vſq; ad illum diem frigus modicum inſtabat.

In Moguntia mulier vidua mulierem viduam & eius puerum interfecit, & in Rhenum eorum corpora deportauit: comprehenditur & crematur.

M. CC. XCVIII.

Idibus Februarij Columbarienſes armati cum ſuis, vt res Argentinenſis epiſcopi deuaſtarent. Comes Phitretarum aduocatus Imperij veniens eis in adiutorium, cũ multis millibus ruſticorum. Vallem **Sultzmatin** & villam **Suntheim**, & alias villas epiſcopi, per ignem, & tria Cœmiteria totaliter vaſtauerunt. Crucem quoq; Sanctam cum propugnaculis expugnabant. *Epiſcopũ Argentinenſi arma illata.*

Friburgenſes in **Otinlandin** hominum decem millia congregauerunt, & vt Bernenſes in rebus deſtruerent, proceſſerunt. Sed cùm diſtarent à Berna ad vnum miliare, Bernenſes intellexerunt, & lætanter ac viriliter occurrerunt. Friburgenſes videntes Bernenſes, timuerunt, & terga vertentes fugerunt, & ea quæ ſecum attulerunt, reliquerunt. Bernenſes multos Friburgenſium ceperunt, & aliquos occiderunt. *Friburgenſium Vchtlandea fuga.*

Dominus Hiltibrandus dapifer de **Bappenheim**, vir iuuenis, fortis & diues, in exercitu ducis Auſtriæ, in treugis occiditur fraudulenter, & quinto Kal. Maij in Columbaria apud fratres Prædicatores ſolenniter ſepelitur. *Hiltebrandus dapifer à Bappenheim.*

Dux Auſtriæ venit in Briſgaudiam prope **Kenzingen**, ante feſtum S. Georgij cũ Vngarorum Cumanorumq; multitudine, volens ad electionem regis Rom. peruenire, & vt eum deponerent, pro viribus laborare. *Caſtra duorum hoſtilium exercituum prope Kenzingam.*

Intelligens hoc Adolfus rex Romanorum cum multo meliore atq; maiore militia, cum multitudine copioſa hominum, ipſum velociter impediuit. Sed cùm rex Adolfus ad exercitum Ducis, propter aquam venire non potuiſſet, caſtellũ Kencingin, à Domino de Vſenberc ad tempus pretio comparauit, vt ad exercitum Ducis poſſet quando vellet faciliter peruenire. Timens autem dux impetum regis, ſuis hæc peditibus referebat: Hac nocte me Rinaugiam præcedetis, ego autem ad vos cras veniã feſtinanter. Sequenti die, circa tertiam, caſtra propria ſuccendit, & ſuos pedites ſequebatur.

Comes de **Hegirloch** procurator Ducis occiditur.

Dominus de **Hagiteche** capitur fraudulenter.

Domina de **Valchinſtein**, cuſtos monaſterij Sanctæ crucis, audiens regem Adolfum cum armatis in Alſatiam venturum, ſe cum rebus ſuis in Columbariã transtulit, & reliquias aliquas cum caſula ſerica ruſa, carmine hexametro texta, in qua beatus Leo cœmiterium Sanctæ Crucis & eccleſiam, conſecrauit, fratribus prædicatoribus ſicut ſuis fidelibus commendauit.

Comes Phitretarum aduocatus Alſatiæ clauſtrum Sanctæ Crucis deſtruxit. *Cœnobium S. Crucis.*

Rex Adolfus clauſtrum S. Marci & **Schuartzin** ..... deuaſtauit.

Epiſcopus verò Argentinenſis clauſtrum **Eſchowe** dicitur deleuiſſe.

Ciues Hagenoenſes dicuntur penè omnes villas ciuium Argentinenſium deleuiſſe. Villam de Caſtineto, riuum de Schleziſtat abſtulerunt, ipſi autem potenter egreſſi Caſtinetum ignibus cremauerunt. Illi de Caſtineto de hoc doluerunt, Gallos adiutores ſuos vocauerunt, & potenter in **Kũnigisheim** perrexerunt, & illud per flammam totaliter deleuerunt. Illi verò de **Kũnigisheim** ſe congregauerunt, & illis de Caſtineto reditum præcluſerunt, cum eis pugnarunt, & ex vtraq; parte quinque gladio perierunt.

Rex Adolfus quarto Kal. Iunij ab obſidione ſe Rubiacenſium ſeparârunt. *Adolfus Alſatia decedit.*

Rex Adolfus ab obſidione Rubeacenſi in feſto Barnabæ apoſtoli recedebat, & ſe in **Eginsheim** transferebat.

Post festum Viti & Modesti, i. XVI Kal. Iulij, rex Adolfus ab obsidione castelli Eginsheim recedebat.

Mulier prope Columbariam virum interfecit proprijs armis, secunda die Iulij.

Adolfus occidit. Festo sanctorum Processi & Martiniani rex Adolfus interficitur.

Sanctam Crucem episcopus expugnauit.

Castrum Gemer per ignem deuastatur.

Ante assumptionem beatæ Virginis, venit in Argentinam Albertus rex Romanorum, & recipitur ab episcopo & populo solenniter & lætanter.

Argentinen. se incendiũ. In Vigilia assumptionis Mariæ exuruntur multæ domus in Argentina, & maius monasterium Mariæ virginis gloriosæ.

Mortalitas magna extitit, & comestio boum prohibebatur. Plebanus Brisacensis vno die homines XXXII communicauit, decem inunxit, VII flebiliter sepeliuit.

Octingenti currus atq; bigæ de Columbaria vno die egrediebantur, quando Rubiacum sub Adolfo rege obsidionibus grauabatur.

Landeck castrum. Castrum Landecke comes Friburgensis atq; ciues pariter obsederunt.

Venerabilis dominus de Liechtenberg Argent. episcopus fecerat hoc anno, ante festum S. Michaelis milites, quos omnes vestiuit ad minus triplici vestimento, scilicet tunica pretiosa Surgotum ..... nobili vario Suchornam cum vario pretioso.

Pridie nonas Decembris, episcopus Argentinensis cum ciuitatibus Regis, cum exercitu terram Phitretarum Comitis intrauerunt.

Conuentus Imperij Norimbergæ. Rex Romanorum in Nürenberg Curiam celebrauit, circa festum sancti Martini, ad quam duo millia militum peruenerunt.

M. CC. XCIX.

Puer circiter XV annorum, factus frater ordinis Prædicatorum, & in ordine annum & plus quàm dimidium steterat in domo Columbariensi, in die sanctorum Innocentum, de consilio quorundam fratrum Minorum & auxilio eorundem ac Beginarum ipsorum, apostatauit, & se ad ordinem fratrum Minorum transferebat.

Io. Liechtenbergum advocatum Alsatiæ. Octaua Epiphaniæ venit Columbariam Alsatię aduocatissa cum pluribus dominabus, & dominus Ioannes de Liechtenberc, filius fratris venerabilis episcopi Argentinensis, aduocatus regis Romanorum super terram Alsatiæ, filius sororis Rudolfi de Habspurc Romanorum regis, de stirpe Ducum Zeringiæ, ferens in capite suo pileum ornatum auro, argento, lapidibus pretiosis, valentem plures marcas argenti: & cingulo circumdatus erat, qui ornatus erat auro, argento, lapidibus pretiosis, qui æstimatione hominum marcas valuit XL.

NB.

Abbates Murbacenses. Obijt abbas Morbacensis, Albertus de Valchinstein: successit dominus Bertoldus de Liebistein.

Albertus rex Romanorum in purificatione Curiam celebrauit in Franckinfurt, sed in ea nihil consummauit, & propter hoc in tempus aliud protelauit.

Dominus Ioannes de Liechtenberc, filius fratris Argentinensis episcopi, aduocatus terræ Alsatię, dominam aduocatissam duci fecit de Alsatia, cum apparatu magno, in curru, quem procurator suus CX libras retulit constitisse.

Dominus de Rinperch filium regis Adolfi de captiuitate firmissima liberauit.

Dominus archiepiscopus Moguntinus in mẽsa sedẽs & lętus, velociter expirauit.

Episcopus Argentinensis exactionem super homines in Rubiaca posuit, & qui præcedenti anno libram dedit, isto anno marcam suo domino præsentauit: & quot libras quilibet anno præcedenti dedit, tot marcas soluere cogebatur. Insuper dominum Conradum Wernherum de Hadistat cogebat, Hadistat & alias res suas sibi voluntariè præsentare.

Hadstat.

Quarto Idus Aprilis, interdicta sunt diuina Columbariensibus, quòd noluerunt Basilienſibus iudicibus obedire.

Filius regis Adolfi opposuit se domino Archiepiscopo Maguntino, habens adiutores decem Principes, vicinos suos, terræ dominos potiores.

Comes Phitretarum à domino de Rötelheim captiuatur.

Rex Rom. Albertus abstulit ciuitatibus Imperij libertatem, quam habebãt ciues, residentes in villis, quòd Dominis suis minimè seruiebant.

Festo

Festo sancti Ioannis Baptistæ Columbarienses cum ciuitatibus Imperij cupientes Dominum de Horburc conculcare .....

Dominus de Girsperg capitur.

Post festum sanctorum Processi & Martiniani, Columbarienses armati, cum Imperij ciuitatibus exiuerunt, vt res Friburgensium deuastarent.

Bellum inter comitem Friburgensem & ciues Friburgenses. *Bellum Friburgi.*

Interfectus fuit, qui Regi pecuniam deferebat.

M. CCC.

Albertus rex Romanorum misit dominum Petrum episcopum Basiliensem Medicum, Romam, vt negotia quædam necessaria procuraret.

XVI Kal. Februarij obijt Domina de Horburc, soror comitis Friburgensis. *Domina de Horburg.*

Albertus rex venit in Columbariam, septimo Kalendas Aprilis, receptus fuit solenniter cum religiosis & clero, & ciuibus vniuersis. *Albertus rex Colmariam venit.*

Tertio Nonas Iulij, hoc est quinta die, apparuit in crepusculo in Columbaria pluribus viris ac mulieribus sub Luna maiestas Dei, sedentis in cathedra, quasi in iudicio, habens de ore suo ex vtraq; parte gladium euaginatum procedentem ac populum atrociter iudicantem.

Dominus de Haginecke castrum Haginecke, quod antecessores sui construxerunt, pro .... marcis vendidit, & dignitatem suam in extraneos transferebat. *Castrum Hageneck.*

Bonifacius papa, ratione Iubilei omnibus venientibus Romam, tanta absolutionis beneficia contulit, quòd tantus factus fuit concursus Romam, vt sæpius vna die sint egressi triginta millia hominum, pariterq; ingressi, vt communiter pauperes retulerunt. *Iubilei promulgatio.*

M. CCC. I.

Circa Kalendas Iunij, cœpit Albertus rex Roman. infestare archiepiscopum Maguntinum, Colonienssem, Treuirensem, adiutoresq; eorum, & destruxit villas, castella ac castra eorum, sine condictione omnium suorum inimicorum. Ciuitatem Bingin obsedit potenter pluribus septimanis, & vsq; ad festum S. Michaelis non poterat expugnare. *Albertus electoribus spiritualib. infestus.*

Ciues ciuitatis Bingin, sese Alberto regi Rom. septimo & sexto Kal. Octobris, cũ Cometa se inspicientibus exhiberet, tradiderunt sub conditione.

Præcedenti anno venit de Anglia virgo decora valde, pariterq; facunda dicens: Spiritum sanctum incarnatum in redemptionem mulierum, & baptisauit mulieres, in nomine Patris, Filij, ac sui. Quæ mortua ducta fuit in Mediolanum, ibi & cremata: cuius cineres frater Iohannes de Wissenburc, ordinis fratrum Prædicatorum, se vidisse pluribus referebat. *Virgo hæresin spargens cremata.*

Iuuenis in Schleciſtat in paruo riuo Rheni fuit submersus: is ante modicum temporis virginem violenter defloraverat.

Plebanus de Rechinhusen Canonicus Columbarienſis, fuit morte subitanea prę occupatus.

Item Vicarius in Wolrahusen fuit lancea perforatus, quòd cognouit Beginam, contra parentis & matris ac fratris voluntatem.

Dominus Ioannes miles dictus de Nortgasse, contraxit matrimonium cum iuuencula de Hadistat, in festo Luciæ, bona vtriusq; voluntate.

Sequenti die decollatus est iuuenis, qui filium nouercæ suæ fraudulenter occiderat, & ob hoc sibi ciuitas fuerat interdicta. Vxor verò eius in Rubiaca fuerat commorata. Hæc cum maritum intellexisset in Columbaria captiuatum, perijt cum dolore.

In conuersione S. Pauli audita sunt tonitrua, & coruscationes plures, intra matutina fratrum Prædicatorum in Columbaria, videbantur.

Archiepiscopus Moguntinensis, archiepiscopus Colonienſis & archiepiscopus Treuirensis, Alberto regi Romanorum castrum Rinsperg post regis recessum obsederunt: quod vt rex intellexit, reuertitur, & episcopi recesserunt. *Reinsperg castrum.*

Abbati S. Vrbani ordinis Cistert. nasus abscissus à conuerso ordinis & duobus seruis.

Rex Franciæ fratrem ſuum Carolum, quem præcedenti anno in adiutorium papæ cum multis militibus armatis tranſmiſerat, ſimpliciter reuocauit. Papa verò priuilegia domini regis Franciæ, nec non & principum eius caſſauit, & totaliter dicitur deleuiſſe.

In Spira ciues clericos expulerunt.

In Brema ciues cum clero fortiter litigabant.

Alberti Caſ. coniunx Colmariæ. Tertia die poſt Philippi & Iacobi, venit regina regis Alberti in Columbariam, cum duabus reginis & apparatu magno, & ſubitò recedebat.

Ciues Bituricēſes regi Franciæ in cōflictu, vt dicebatur, DCC homines occiderūt.

Beata virgo Maria cepit in Horburch/prope Columbariam, miraculis coruſcare.

Nuncij Alberti regis Rom. de Roma venerunt & regi clauſas literas portauerūt.

Iſto anno fuit generale Capitulum ordinis fratrum Prædicatorum Bononiæ celebratum.

Nocte aſcenſionis Domini pluit ſerpentes, qui vocantur Waſſerkalb in Columbaria, & quibuſdam aliis locis, in magna quantitate.

In Remken caſtello puer circiter XII annorum interficitur à Iudæis.

Steimere ciuis Columbarienſis à nobilibus de Hunnewir occiditur.

Vitriman frater ſcutariorum in ſacco ſubmergitur.

Ingens Rheni exundatio. Vigilia Oſualdi, Rhenus inundauit, pontem Rheni læſit, pontem Briſacenſem deſtruxit, montem *Augga circumdedit, clauſtrum ſororum ordinis Ciſtercienſis repleuit. Meſſem frumenti deuaſtauit, & maximum damnum in Briſgoia pauperibus inferebat. Argentinæ Rhenus intrauit cellaria multorum, & vnus ex ciuibus Lucium magnum in ſuo cellario comprehendit. Baſileæ eodem tempore Rhenus equorū ſtabula introiuit, & eorum dorſa vndis perfundebat. Homines de Nuwenburch in Friburgum nauigio potuerunt peruenire, quod vſq; ad illud tempus fuerat inauditum.

**Auckheim*

Sexus in homine mutatus. Mulier prope Bernam in villa decem annis viro cohabitat, & cognoſci à viro non potuit: iudicio ſpirituali à viro ſeparatur. Romam proficiſcens anno iubilæo Bononiæ à chirurgo cunnus eius ſcinditur: egreditur virga virilis, cum teſticulis. Domū reuerſa vxorem ducit, opera ruſtica facit, cum vxore congreditur, legitimè & ſufficienter.

Conuentus Prædicatorum. NB. In natiuitate beatæ virginis capitulum prouinciale fratrum ordinis Prædicatorum fuit in Baſilea, fratre Ioanne exiſtente Priore atq; definitore, ſolenniter celebratum. Ad hoc Capitulum peruenerunt DLXX: ibi fuerunt lectæ literæ magiſtri Ordinis ipſorum, in quibus hortabatur eos ſuppliciter, vltrò eundum ad Barbaros ſeu in Græciam Et non fuit vnus inter eos inuētus, qui hoc vellet facere, ad quod Ordo ipſorum principaliter fuit inſtitutus.

In hoc Capitulo fuerunt conuerſi ſeu Begihardi, hoc eſt fratres non habentes domicilia, LXXX, in proceſſione mendicantes cibaria.

Herlisheim opp. Caſtellum Herlisheim prope Columbariam conſtruitur.

Circa feſtum S. Michaelis, obſedit rex Franciæ ciuitatem in Flandria, habuit in exercitu ſuo LX millia equorum, & hominum multitudinem infinitam.

Albertus rex Rom. obſedit domino archiepiſcopo Treuerēſi ciuitatem, & habuit in exercitu ſuo quadringētos equos phaleratos, & hominum multitudinem infinitā.

Nono Kal. Februarij & ſequenti, perierunt vineæ, & magna pars frumenti, &c. & non fuit frigus iſta hyeme, niſi his diebus prænominatis. Nec fuit calor æſtate ſequēti, niſi duob⁹ diebus, quibus fuerūt duo homines prope Rubiacā calore nimio ſuffocati.

Acre vinum atq; debile creuit.

Eodem tempore, circa feſtum Martini, D. Brogilinus de Geroltſecke, cepit quatuor commendatores, i. magiſtros domorum hoſpitalis S. Ioannis, pro eo quòd emerunt caſtrum fratris ſui, quod vendere non valebat.

In Weſthuſen carrata vini pro centum libris tali conditione vendebatur, vt vna libra annis ſingulis ſolueretur. Eadem carrata data fuit pro viginti libris. Tertia vice fuit data pro vinea, de qua duæ libræ denariorum quotannis ſoluebantur.

Clericus Columbarienſis & clericus Baſilienſis pro canonicatu diu litigabant. In hac

hac lite clericus Basil. interficitur. Propter hoc iudices Basil. diuina in Columbaria suspenderunt.

Albertus rex Romanorum circa festum Mar. Magdal. congregauit exercitum in partibus superioribus, & descendit versus Coloniam, deuastauit villas & res episcoporum, inimicorum suorum septendecim septimanis, id est vsq; ad festum Martini, dicens velle procedere versus Holandiam atq; Flandriam, & coegit episcopos componere secum. Rhenus tum apertus est, vt naues ascendere & descendere possent. *Bellum ab Alberto Coloniensi & Trevirensi illatum.*

Domini de castro Girsperc seniores, iuniores dominos de Girsperch grauiter vulnerauerunt, vnum occiderunt, castrũ ceperunt, & plures de castro fugere coegerunt.

A festo Thomæ vsq; post Epiphaniam ingens frigus. Die Stephani Bisuntij Dubis fluuius congelatus fuit, & homines glaciem ascenderunt, sub quibus glacies fregit, vt quingẽti homines promiscui sexus pariter perierint. Brisaci etiã Rhenus cõgelabatur. *Luctuosus casus Vesontij.*

Rhenus, quem rex Albertus aperuerat, vt omnis volens ascendere & descendere, poterat: hunc milites terræ clauserunt, vt nullus mercatorum ausus fuerit in Rheno amplius comparere.

In Spira ciuitate ciuis diues meretrices cõgregauit, habitum eis pœnitentiæ tribuit, & cibaria ministrabat.

M. CCC. LII.

Die S. Antonij, capella monachorum de Barhuß/ordinis Cistercienſis, quę nouiter fuerat constructa, dicitur solenniter consecrata in Columbaria. *Barhuß.*

Ciues Columbarienses iura ac constitutiones plurimas fecerunt, & transgressoribus pœnas pro singulis conscripserunt. Insuper constituerunt, vt quicunq; Deum vel B. virginem Mariam blaphemiis vel verbis turpibus dehonestaret, decem solidos ad fabricã S. Martini dare cogeretur & mãsione ciuitatis tribus septimanarũ priuaretur.

Ciuis Basil. à domino Thuringo de Ramstein capitur, in castrũ eius ducitur, Basil. insequuntur, & ab eis castrum eius velociter expugnatur atq; destruitur, ceperũt item intra decem hebdomadas quinq; castra fortia. *Ramstein castrum.*

Carolus frater regis Frãciæ rex Siciliæ, rex Arragonũ, & rex Frãcię confœderãtur.

Frater Nibulungus cõuersus cũ seruis, in cœmiterio nostro decẽ tilias plãtauerunt.

In cœna domini rex Franciæ conflictũ cum Flandrensibus habuit, & amisit quindecim millia hominum nominatorum, Flandrenses tria millia. *Funestiss. prælium in Flandria.*

Albertus filius regis Romanorum duxit vxorem comitis de Horngowe.

Capitulum fratrum Minorum (circa Vrbanum) fuit in Columbaria solenniter celebratum. comparuere illic C L fratres. Conuersi seu Begihardi triginta, bini & terni in processione per Columbariam transeuntes eleemosynam mendicabant.

Henricus scolaris de Hohinberch meretrices congregauit, in domum cum magna diligentia clausit, & eis per mendicationem necessaria ministrauit. Et vestes lineas albas de filo grosso, & pallia breuiora, pro vestibus induebat. Decem vel viginti, vel plures in vna ciuitate in vnam domum claudebat, & eis necessaria prout potuit ministrauit. *Pœnitentiũ mulierum collegia instituta.*

Festo Pentecostes, fratres ordinis Prædicatorum de Francia, capitulum generale in Bisuntio celebrauerunt, ad quod fratres CCC peruenerunt.

Octaua Io. Baptistæ venit venerabilis frater Bernhardus magister ordinis Prędicatorum in Columbariam.

Venerunt nuntij Alberti regis Roman. nuntiantes ei, quod D. papa prædicasset in manifesto, quòd esset verus rex Romanorum, & dilectus filius eius.

Rex Arragonum composuit cum papa, & misit ei cathedram auream, & aureum scabellum ei fideliter copulato.

Cardinales de Columna, qui se ad regem Arragonum contulerãt, ad regem Franciæ se contulerunt.

Tres abbates Cluniacensis, Cistercienſis & Præmonstratensis à rege Franciæ capiuntur, quod noluerunt ei contra papam in suis constitutionibus obedire.

Papa regem Franciæ excommunicauit.

Rex Franciæ parlamentum in festo Ioannis Baptistę dicitur habuisse, in quo significauit, dominum papam in pluribus articulis fidei grauiter excessisse.

Austriaci fisci præses in vincula conjectus. Solennis procurator regis Romanorum, qui à Rinuelden vsque in Schleziſtat incluſiuè dominabatur, in turrim in Enſisheim claudebatur, & rationem de ſibi creditis reddere cogebatur.

Hoc anno vinum bonum creuit.

Zur Sonnen patritij Basil. Quarta feria poſt natiuitatem beatæ Virginis, filia ciuis Baſilienſis, qui dicitur *de Sole*, cum magna ſolennitate filio domini de Eptingen matrimonio copulatur.

Pax Flandris reddita. Rex Franciæ compoſuit cum Flandrenſibus: reddidit enim eis Comitem dominum ſuum, & filium eius, & omnia quæ petebant voluntarius admittebat.

Romæ papa Bonifacius obijt, ante cuius domum rex Frãciæ Ludouicus vexillum ſuum tribus diebus in ſignum victoriæ dicitur ſuſpendiſſe.

Scultetus de villa Stafrozhem bouem vicini ſuffurabatur: quod à vicinis non poterat occultari, nec aliquis eorum auſus fuerat propter malitiam hominis reuelare. Quidam autem ex ſuis ciuibus maioribus Argentinenſium occultè reuelauerunt: qui egreſſi Scultetum ceperunt, & in patibulum ſuſpenderunt.

Archiepiſcopus Treuirenſis propter inobedientiam Confluentinorum obſedit eos cum quingentis equis phaleratis, & coëgit eos vi, vt ei in omnibus obedirent.

Capitulum generale fratrum Prædicatorum celebratum Toloſæ.

Epiſcopus Colonienſis obijt.

Domini de Girſperc caſtrum ſuum epiſcopo Argentinenſi tradiderunt.

Herckheim ad Illam. Domini de Hadiſtat caſtrum Herinkein obſederunt, & villam igni tradiderũt.

Papa Benedictus poſt Paſcha de Roma ſe ad ciuitatem Peruſium transferebat.

Vom Hauß ingenus Alſatia. Dominus de Domo, ... & domini de Hadiſtat, militibus de Lobigaſſe ſuas poſſeſſiones cum potentia deſtruxerunt. Iidem domini caſtrum Haginecke noctu cum ſcalis obtinuerunt, & totaliter ſuccenderunt.

Albertus Colmariæ. Rex Albertus venit in Columbariam, circa feſtum Viti, & ab eis petijt marcas quadringentas.

Flandrenſes dominum de Henigowe & epiſcopum Traiectenſem cepiſſe, plurimi retulerunt.

Albertus rex Romanorum mandauit militibus Alſatię, vt in Columbariam venirent, & eum poſt feſtum Viti in armis expediti ſequerentur.

Venerabilem epiſcopum Baſilienſem cepit Comes Montisfortis, cauſam rationabilem non habens.

Girſperg. Domini de Girſperc caſtrum ſuum Gitſperc domino Henrico de Rapolzſtein tradiderunt tali conditione ſeu pacto, vt eis caſtrum quod dicitur der Stein, ſeu Lapis, in ſuam poteſtatem traderet, & omnes res & redditus in alios redditus tranſmutaret.

Æſtus feruens. Annus hic calidus fuit admodum ſine pluuia: molendinis aquæ deficiebant, hinc frumentum vile, panis carè vendebatur. Botri maturi in vigilia ſancti Ioannis in Alſatia videbantur.

Vir ſenex iuuenculam vxorem ſuam in Rapolzwire noſcitur occidiſſe. Mater prope Turegum filium occidit, quia eam cognoſcere recuſauit.

Rhenus ob immodicum calorem tantæ paruitatis erat, vt in pluribus locis inter Baſileam & Argentinam poſſet transuadari.

Albertus rex Romanorum Bohemiam cum maxima armatorum multitudine potenter intrauit, ad montes auri & argenti peruenit, & inde imperfecto negotio ad propria remeauit.

Rex Bohemiæ maiore multitudine armatorum in ciuitatibus manſit, & cum rege Romanorum congredi non audebat.

Hyems diu durauit, vt ſtramen ouibus & alijs pecoribus comedendum præberetur.

Rhenus naues oneratas præ nimia paruitate portare non valebat.

Rex Romanorum Comitem de Wirtinberg dicitur obſediſſe.

FINIS.

CHRO-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 136;Leibn. Marg. 136, Stück 2, [42] - 36

CHRONICI DOMINICANORVM COLMARIENSIVM, PARS ALTERA,

Continens vberiorem narrationem rerum aliquot memorabilium, quarum in Annalibus concisa mentio fit.

Rudolfi Habspurgensis ante adeptam regiam dignitatem res gestæ.

COMES Albertus de Habispurch/ de vxore sua liberos genuit..... Filia vna nuptui traditur comiti de Cussaberch/ altera in claustrum dominarum de Adelnhusen prope Friburgum, ordinis fratrum Prædicatorum, collocatur, in quo vitam suam laudabiliter consummauit. Vnum filium clericum fecit, eiq; beneficia plurima contulit, sed iuuenis de hoc seculo migrauit. Duobus dignitatem dominiumq; commisit, & ipse cum familia sua ad transmarinas partes trãsmeauit Frater comitis Rudolfi Longobardiam intrauit, ibiq; capitur, & vitam suam in captiuitate miserabiliter finiuit. Comes Rudolfus se solum sentiens in dignitate constitutum, videnscq; vicinos suos comites diuitiis abundare; se autem respectu aliorum in paupertate constitutum: cogitauit quomodo posset diuitias comprehendere temporales. Considerans etiam quòd res magnas per preces aut iustitiam subitò comprehendere non valeret, deliberauit intra se, quòd vicinos suos vellet præliis impugnare.

Natus est autem de progenie ducis Zeringiæ, anno M.CC.XVIII,... Cal. Maij, eodem scilicet anno, quo dux Zeringiæ viam carnis ingreditur vniuersæ. Erat hic vir longus corpore, habens in longitudine septem pedes, gracilis, paruum habens caput, pallidam faciem atq; longum nasum, paucos habebat crines. Vir in cibo potu & in aliis moderatus: vir sapiens & prudens, & cum maximis diuitiis in summa tamen semper extitit paupertate. Multos habuit filios & filias, quos omnes constituit in magnas diuitias & honores. *NB. Prosopographia Rud. Habspurgẽ.*

Iis temporibus vixit iuuenis, dictus de Tüffenstein/ nobilis, diues, habẽs castrum quoddam in quo plurimum confidebat. Huius res comes Rudolfus libenter habuisset, si eas comprehendere potuisset. Occasione igitur arrepta cœpit iuuenem oppugnare. Sed cum eum vincere per potentiam non valuisset, pacem cum eo fraudulenter fecit, & per quosdam suos familiares insidias ei posuit, & hi eũ turpiter occiderunt. *Tuffensteinius baro interẽptus.*

Post hæc cœpit impugnare comitem Gotfridum de Lauffinberck / puerum virtuosum, filium auunculi sui, eiq; villas plurimas deuastauit. Comes verò Gotfridus mane cum ciuibus suis de Lauffinberck / Bruccum castellum adiit, apertumq; reperit, potenter intrauit, & omnia quæ ibi reperit, in castellũ Lauffinberck cum gaudio trãsferebat. Multi viri cum mulieribus corporibus tantùm euaserunt. *Anno 1242. Bruck, oppidum Ergoiæ prope Habspurgum.*

Comes de Kiburck filiam comitis de Sabaudia duxit vxorem. Videns autem se ex ea filios non habere posse, dignitates suas episcopo Argentinensi tradidit, tali conditione (vt quidam dixerunt) quòd comitissa quasdam res liberè possidere deberet ad tempus vitæ suæ, & postea dignitates ad episcoporum Argentinensium posteros deuenire. Mortuo verò comite de Kiburck / comes Rudolfus omnes penè res & di- *Hartmãnus senior, comes de Kiburg.* 1244.

gnitates per violentiam obtinuit: cùm verus tamen hæres esse à pluribus negaretur.

Rudolfus nepos erat Hartmanni comitis è sorore. Comites Toggij, & Barones de Regensperg.

Erant in superioribus partibus nobiles Domini liberæ conditionis, filij sororis episcopi Basilienſis Henrici, qui ciues Thuricenses & comitem Rudolfum aliosq; vicinos suos (vt eis videbatur) sæpius turbauerant. Eo tempore Comes Rudolfus quibusdam hominibus de Lombardia venientibus ducatum præstitit, vt possent in Alsatiam peruenire. Hi cùm prope dominium istorum Dominorum peruenissent, ipsis omnia quæ attulerãt, abstulerunt. Comes Rudolfus super hoc indignatus, ciues Thuricenses atq; alios amicos & vicinos induxit, vt contra Dominos de Tokinburc iuuarent, quod vellet eos fideliter vindicare. Qui gauisi, magnum sibi adiutorium promiserunt. Comes verò congregato exercitu castrum Vzinberc violenter obsedit, & res eorum alias deuastauit. Domini de Tokinburc se vt poterant defenderunt, & multis septimanis viriliter tenuerunt. Et cùm multa mala passi fuissent, tandem eis victualia defecerunt, & castro derelicto cum corporibus recesserunt. Comes Rudolfus habito castro, destruxit.

Vtz, mabergum Toggiorum demolitum.

Post mortem Imperatoris Friderici, imperij res, quas quilibet dominorum poterat, confiscauit. Obtinuit autem Comes Rudolfus de Habspurc Brisacum, & per tempus aliquod in sua tenuit potestate. Henricus episcopus Basilienſis dixit Comiti Rudolfo, quòd Brisacum suum deberet esse, eò quòd iure hæreditario possedisset. Comes verò dixit, si vellet ei dare M marcas argenti pro iure suo, promitteret castrum & castellum tradere in episcopi potestatem. Episcopus verò dedit DCCCC marcas, & sic obtinuit ciuitatem, quam habuit vsq; ad electionem Rudolfi in regem Romanorum.

Causa belli inter Rud. comitem & episcopum Basil.

Cùm autem interim comes Rudolfus episcopum Basilienſem indebitè molestaret, episcopus Basil. accersito comite Rudolfo, dixit: Cognate, à vexatione mea quiesce, & tibi centum marcas argenti voluntariè ministrabo. Comes per illum annum voluntariè quiescebat. Sequenti anno comes Rudolfus episcopum cœpit secundariò perturbare: iterum dedit centum marcas, vt eum amplius non vexaret: & iterum à vexatione secundariò desistebat. Tertio anno petijt comes R. ducentas marcas, eò quòd indigeret: erat enim multis debitis obligatus. Episcopus dixit: Vereçundor esse de cætero tributarius.

Bladoltzheim auff der Hart. anno 1262.

Post hæc cœpit comes Rud. episcopum Basilienſem cognatum suum quantum potuit impugnare. Episcopus verò cum ciuibus Basilienſibus villam Bladolsheim, quæ sita est prope Rhenum, quæ tunc nouiter munita erat fossato atq; propugnaculis, potenter intrauit, & omnia quæ in eo fuerant, deuastauit.

Hertẽberg prope Hertenster Rhenum & Hercynium nemus.

Post hæc comes Rudolfus dominos de Tokinburc, filios sororis episcopi Basilienſis obsedit, & efficaciter impugnauit. Episcopus ex aduersum in odium comitis Rudolfi castrum Hertimberc, nouiter constructum & bene consummatum, euertebat. Deinde castrum Xinfelden, quod inexpugnabile videbatur, violenter obtinuit, & traxit in propriam potestatem.

Sacconium oppidum ad Rhenũ igne fortuito cõsumitur, anno 1272.

Castellum, quod Seconis dicitur, quod tunc erat de dominio comitis Rudolfi, ignis, casu superueniẽs, exceptis duabus vel tribus domibus, deuastauit. Eorum enim peccatis exigentibus hoc eis creditur accidisse. Sanctus enim Fridolinus locum illum vsq; ad illud tempus custodierat, quòd nullus dominorum eos enormiter poterat infestare. Ciues verò loci illius non confidentes in domino suo S. Fridolino, pontem lapideum, quem ipse constructerat, destruxerunt, prædas pauperum innocentum introduxerunt, & comessationibus & luxurijs insistebant. His & similibus peccauerunt, ideo perierunt. Indignationem enim suam S. Fridolinus duobus annis ante destructionem loci, pulsationibus quas faciebat in capsa, qua eius reliquiæ quiescunt, pluribus & multis vicibus ostendebat. Custos etiam ecclesiæ, domina de Gliers conditionis liberæ, solennis receptatrix fratrum Minorum atq; Prædicatorum & pauperum aliorum, dixit: S. Fridolinum filiabus suis Canonissis suis in somnis apparuisse, & indignationem suam sæpius ostendisse. Frater Hospitalis custos ecclesiæ S. Fridolini, qui in ecclesia semper iacuit eamq; custodiuit, infra duos annos sæpius eum se retulit audiuisse.

Loco hoc destructo per ignem, venit venerabilis dominus Henricus Basilienſis episco-

episcopus & domos lapideas ac muros ciuitatis in locis multis deiecit, & omnia quæ ibidem reperit, deportauit.

Reliquiæ S. Fridolini.

Venerabilis domina abbatissa, de genere comitum Phirretarum, post exustionem castelli, in clausirum & castellum rediit, reliquias sancti Fridolini reperit & accepit. Post hæc consilium iniit cum Canonissis suis, quid facere deberet, de reliquiis S. Fridolini. Tunc Canonissæ dixerunt: Si transtulerimus reliquias S. Fridolini ad locum solennem, scilicet in Basileam, tunc per violentiam episcopus & canonici retinebunt. Si autem fratribus Minoribus vel Prædicatoribus, vel aliis religiosis dederimus ad seruandum, ab illis episcopus auferet violenter. His consideratis dixerunt: Demus reliquias S. Fridolini alicui vicinorum dominorum, qui clausiro nostro aliquo fidelitatis vinculo astrictus teneatur. Commiserunt igitur comiti de Habspurc, qui eas in honestam cameram collocauit: insuper in ea noctis tenebras lumine decorauit. Quæ cum per breue tempus ibidem fuissent, indignationem suam ceperunt per pulsationem suam, familiæ demonstrare. Audiens hoc abbatissa, in Loufinberc ad Canonissarum collegium trãsferebat. Sed cum & ibi per tempus aliquod fuissent, indignationem suam per pulsationem suam Canonissis suis intimabat. Tunc Canonissæ cum suis reliquiis ad clausirum proprium redierunt.

Eodem tempore comes Rudolfus vt infestaret dominum Basilienſem Rhenum transire non poterat: vnde naues quas in curru ducere poterat, fabricari fecit. Et quãdo voluit cum ipsis Rhenum transiuit, & hominibus episcopi superueniens improuisè eos sæpius grauiter infestauit: & post in eisdem nauibus per Rhenum rediens, eas ad tutiora loca in curribus perducebat. Videns comes Rudolfus, quòd per potentiam episcopo Henrico resistere nõ valeret: militibus & ciuibus episcopi occultè dona tribuit & promisit. Milites episcopi comitem occultè & episcopum contempserunt. Intelligens hæc episcopus, cum propriis suis comitem inuadere non audebat. Sciens hęc comes Rudolfus vias suas sine timore, quò voluit, dirigebat.

Consul Basiliensis occisus.

Comes autem cum Basileam quadam vice pertransisset, intelligens hoc Marscalcus magister ciuium, ciues conuocauit, comitem Rudolfum prosequi faciebat. Ipse verò Marscalcus cum paucis persequitur fugientem, & cum quasi solus ad inimicos peruenisset, eum comprehenderunt, & velociter occiderunt. Post hæc liberè quò voluit, perrexit, quòd ciues Basilienses, propter infidelitatem suorum, eum inuadere non audebant.

Basilea à Rudolfo obsessa.

Comes Rudolfus exercitum congregauit, veniensq; Basileam collẽ Binningen ascendit: & Basileam obsedit, & ibi cum exercitu quinq; dies cum potentia morabatur. Episcopus verò cum ciuibus eum depellere nõ audebat, q; ciues, quos amicos habuit, inimicos maximos reputauit. Verùm postea comes Rudolfus milites congregauit, obsidere Basil. ex alia parte Rheni volens, vt gloriæ suæ potentiam secundariò demonstraret. Cùm autem plus quàm CCC milites congregasset in Brisgaudia, & cum prope Basileam potenter transitum facere voluisset, plures ex eis periculo se committere noluerunt. Comes verò se periculo cõmisit, cum CCC militibus prope Basileam pertransiuit, prædam secum tulit, & viam quam cœperat, adimpleuit. Basilienses eum insequuntur, sed eum comprehendere non valebant.

Rudolfus rex Romanorum renunciatus.

Anno Domini M.CC.LXXIII, venit in Basileam nuncius quidã, ab electoribus missus, dicens, se allaturum regem omnibus. Hic cum à Basilea ad comitẽ Rudolfum venisset, dixit: Electores vobis significant, quòd si volueritis filias vestras nuptui dare talibus dominis, in regem vos eligent Romanorum. Qui respondit: Hæc & quęcunq; alia implebo. Tunc literas electionis & confirmationis omnibus patefecit. Rex his visis, suis omnibus dixit: Pacem cum omnibus habete, & omnes captiuos restituite pristinæ libertati. His auditis atque visis, domini inuicem loquebantur: Viuat rex, & postea honorem regium sibi tribuerunt. Deinde cũ vxore, filiis & filiabus ad Rhenum perrexit, & cùm in Rinueldiam veniebat, ciues eum velut regem cum magno gaudio receperunt, & castrum atq; castellum sibi liberè tradiderũt. Postea venit in Basileam, & illi eum laudabiliter receperũt. Post hæc venit Nüwenburg & Brisacum, & illi eum honorificè receperunt, & necessaria tradiderunt.

Neoburgũ & Brisacũ ad Rhenum

Has ciuitates & castella, dominus Henricus Basilienſis episcopus precio sibi com-

parauerat, vel per obsidionem obtinuerat, quæ etiam episcopo liberè seruiebant,& comitem Rudolfum,quantum poterant,impugnabant. De hac mutatione venerabilis dominus episcopus Basiliensis Henricus in tantum doluit, quòd (vt dicebatur) mortis periculum incurrit. Omnes enim inimicos & persequutores regis Deus(vt dicebatur)de hoc seculo paulatim subtrahebat.

De electione & inauguratione Rudolfi regis Romanorum.

omnium baronis de Klingen.

DOMINVS de Clingen,vir liberæ conditionis,personatus,diues & deuotus:vidit principes & electores imperij congregatos & dicentes: Quicunq; ex nobis hanc coronam leuare poterit,rex ab omnibus habebitur. Singulis autem se probantibus, nullus eorum leuare potuit eam. Tandem Rudolfus de Habspurc comes,coronam potenter eleuauit,seq; coronauit. Visionem hanc euentus subsequens approbauit:eligitur enim in crastino Michaëlis, anno M. CC. LXXIII. Tum igitur captiuos omnes,etiam perpetuo carceri deputatos, pristinæ restituit libertati. Venit Maguntiam:hîc præsentantur ei Regalia, quæ prædecessores reges magna pecunia non poterant obtinere. Hinc Aquisgranum. Multitudinem hominum strata publica vsq; ad tria milliaria vix commodè recipiebant. Occurrunt dux Bauariæ,Saxoniæ & alij cum XX millibus equitum. Panis modicus duobus denariis vendebatur,sextarius auenæ pro decem Colonienſibus.

Anna de Hohenberg Suena,vxor Rud.regis.

Vxor Rudolfi,filia Burchardi de Hohenberc,quando rex misit pro ea,domum regebat in Brucco,descendit per Rhenum,& venit in Buken,ad viros religiosos,prouidos & honestos,de domo Teutonica: à quibus honorificè recipitur, necessariis abundanter administratis. Ciues Rinfeldenses eò communiter occurrerunt,& xenia plurima detulerunt: promittentes, se ei pro posse rebus & corpore in omnibus obedire.

Basileam venit,quarto idus Octobris: magno comitatu recipitur à ciuibus, canonicis & omnibus religiosis,cum reliquiis & magna reuerentia. Dantur ei expensæ & xenia multa. Descēdit multis nauibus ad regem, vt cum ipso coronaretur. Columbarienses duodecim vasa vini optimi, Argentinenses sexaginta, & nauem magnam plenam frumento,obtulerunt. Ciuitates imperij omnes reginam honorificè suscipiunt,munera & xenia offerentes.

Inauguratio regia Rudolfi.

In vigilia omnium Sanctorum Rudolfus rex coronatur: & tum spatio horæ apparuit nubes candida, in modum crucis formata, quæ postea in ruborem sanguinis est transformata. Cùm principes hoc regi retulissent, dixit Rudolfus: Si Dominus mihi vitam prosperitatemq; dederit, transmarinas partes adibo, & pro peccatis meis maximis sanguinem meum consecrabo domino Iesu Christo.

De quibusdam Rudolfi regis liberis.

ANNO M. CC. LXXVI, puer quinq; annorum filius Rudolfi regis,acutis febribus laborabat,sed statim restitutus est sanitati. Hic iusserat vestes pauperibus elargiri, & baldicum cuidam inclusæ.

Eodem anno vxor Rudolphi filium peperit in Rinfeldia: episcopum Constantiensem cognatum regis, vt eundem baptizaret, vocauit. Episcopus igitur Constantiensis sabbato paschæ missam celebrauit, & baptismum benedixit. Frater Hartmannus socius Prioris Prædicatorum Basilienſium Euangelium, *Et exultet iam*, &c. decantauit. Episcopus puerum baptizauit. Alexander lector prædicatorum Constantiensium de sacro fonte leuauit. Frater Henricus alter leuantium fuit, qui & reginæ medicus & amicus extitit. Puer hic paucis septimanis postea obiit, sepultus in choro Basilienſis ecclesiæ. Exequiis interfuerant omnes clerici & religiosi, milites, ciues honestiores,familia reginæ penè cum mulieribus vniuersis. Feretrum coopertum fuit baldichino,quod ecclesiæ reliquerunt.

Carolus Habspurgē- sis infans.

Regis Ottocari ortus, adolescentia, regni primordia, coniugia.

ANNO

ANNO M.CC.XXX, rex Bohemiæ Ottocarus, cuius auus dux fuerat, in regem sublimatur. Hic ex vno parente Teutonicus fuit. Huius vxor cùm puerum concepisset, somnium habuit, se lupum pro puero concepisse. Hic lupus terram Bohemiæ sibi subiugauit, ac terras vicinas sua potentia deuorauit. Hunc lupum deinde leo superueniens, suis vnguibus dirupit, ac bona eius occupauit.

Ottocarus nascitur.

Natus est postmodum regi Bohemiæ filius, quem tenerrime dilexit. Hic erat iuuenis pulcher, fusco colore, statura mediocriter longa, pectore magno, ore amplo, fortis, sapiens, eloquentia sapientes & Philosophos præcellens. Huic pater vxorem dedit, & Marchionem in Merrhen constituit. Hic iuuenis regnum patris affectans, patrem tandem regno excedere coegit. Pater auxilio Marchionum Brandeburgensium & Misenensium ciuitatem..... & filium cum exercitu obsederunt. Filius ex ciuitate fugit, & regnum post hæc patri reliquit. Post hæc multiplicati sunt in Bohemia Teutonici: per hos rex ingentes diuitias collegit, ex auri & argenti fodinis.

Ottocarus regnum Bohemiæ occupat.

Mortuo hoc rege, filius regnum occupauit, Teutones expellit, nobiles impugnat, vicinos subiugat. Hinc factus inuisus multis, fideles famulos paucos habebat. Huius vxor absque liberis mortua est. Rex ter dispensationem obtinuit à papa, vt matrimonium contraheret cum sorore Margareta, regina quondam Teutoniæ, moniali in clausto fratrum Prædicatorum apud Treuerim. Paucis annis post per hanc Austriam possedit. Cum liberos ex ea non haberet, petiit ab episcopis licentiam cum alia contrahendi. Cui episcopi responderunt: *Quos Deus coniunxit homo ne separet.* Rex ei ciuitatem.... cum redditibus assignauit, in qua regina quasi vidua residebat, ac paucis annis postea mortua est. Rex Cumani cuiusdam duxit vxorem, cum qua multos filios & filias procreauit. Rex de vxoribus suis multas terras habuit: turres plenas auro & argento collegisse, ac hostes ferè omnes vicisse dicebatur.

Ortus & progressus belli gesti à Rudolfo Cæsare contra Ottocarum Bohemiæ regem.

RVDOLFO rege à ciuitatibus suscepto, & in Teutonia pace facta, nobiles qui erãt de regis Bohemiæ ditione, gauisi sunt multùm, sperantes à regis Bohemiæ dominio liberari. Ex tunc literas & nuntios miserunt regi Romanorum, rogantes suppliciter, vt ad preces ipsorum veniat, quia terras ad imperium spectantes, quas rex Bohemiæ per violentiam possidet, velint sui dominio subiugare.

Ottocarus contra Rudolphum se munit.

Audiens hæc Bohemiæ rex timuit valde, & concilio congregato, principes literatos conuocauit, sc. Archiepiscopos, Episcopos, Præpositos, Abbates & Priores. Cùm igitur ad præsentiam sui conuenissent, dixit: Intelleximus nuper, q̃ comes Rodolphus de Habispurch dicat, se fore regem Romanorum, & dicit, se velle terras nostras, quas multiplici iure possidemus, in propriam retrahere potestatem. Hæc sustinere non debemus, insuper nobis cederet in maximum detrimentum. Rogo dilectionem vestram, quatenus in fidelitatem iuramento firmetis, & vt omnes meos aduersarios de nostris finibus, pro viribus vestris expellatis.

Tunc omnes pariter dixerũt: Quicquid domino regi placuerit, faciemus. Tunc rex dixit: Iurate ergo mihi fidelitatem: tunc omnes iurauerunt. Insuper ei pueros suos obsides tradiderunt.

Rudolfus à nobilibus Bohemiæ excitus.

Rudolphus rex, cùm literas nobilium Bohemiæ vidisset: subitò eis in adiutorium venisset, si Rheni regiones relinquere potuisset. Cùm autem rex propter literas ad terram Bohemiæ se transferre minimè potuisset: quidam ex ipsis personaliter in Alsatiam peruenerunt, regem suppliciter deprecantes, vt ad terras regis Bohemiæ non differat venire, eò quòd sibi regiones suas restituent vniuersas.

Rudolphus rex Romanorum inclinatus precibus dominorum, rogauit omnes personaliter milites, quos rogare poterat, insuper omnibus suis præcepit, vt armati secum venire non differant, quia terras alias oportet eum subitò visitare. Multi sibi bona promiserunt, sed soluere minimè potuerunt. Rex terram suam cum paucis exiuit, sed de die in diem plures milites acquisiuit. Cùm autem Moguntiam

Rudolfi expeditio ad occupandas imperij terras.

veniſſet, dixit ad eum Dominus de Clingin: Domine, quis eſt cuſtos veſtri theſauri? Reſpondit rex, non habeo theſaurum, nec pecuniam quàm quinque ſolidos debilis monetæ. Tum dixit ei dominus de Clingin: Quomodo ergo vultis exercitui prouidere? Reſpondit ei rex: Sicut mihi dominus ſemper prouidit, ſic & in hoc itinere Dominus poterit prouidere. Lætanter rex proceſſit, & in extrema ſemper extitit paupertate. Proceſſit ſine contradictione, & quæ ſpectabant ad imperium ei voluntariè tradebantur. Caſtella, munitiones, fora, quorumcunque fuerint, quæ ſe defendere non potuerunt, ditioni ſuæ ſe voluntariè tradiderunt.

Rex autem Bohemiæ non credebat, quòd rex Rudolphus auderet vel poſſet ſine contradictione terras Auſtriæ deuaſtare. Si enim rex Bohemiæ aduentum regis Romanorum veraciter timuiſſet, pontes aquarum, altitudines viarum, facillime cum paucis hominibus concluſiſſet, quo aduentum regis diutiſſimè diſtuliſſet. Cùm autem rex Romanorum ad ducem Bauariæ filiamſtrum ſuum peruenisſet, ab eo reuerenter ſuſcipitur, & ei ſuisque neceſſaria abundanter & voluntariè miniſtrantur. Compoſuit etiam rex Romanorum cum dominis diuerſis, vt ipſorum permitterent terras liberè pertranſire.

Cùm hæc ad aures regis peruenisſent Bohemiæ, doluit multùm: congregatoque exercitu, venit ad regem Teutoniæ prope Viennam, vt eum de ſuis finibus extirparet, ſed non poterat: quia regis Bohemiæ congregatio ex vna parte Danubij morabatur: regis autem exercitus Romanorum ex alia parte Danubij requieuit.

Bohemi conſilia Caſarem Auſtria arcendi.

Rex Bohemiæ totam ſuam fiduciam in ciuitatem quæ **Nuenburch** dicitur, poſuerat, eò quòd inexpugnabilis videretur. Eſt enim ciuitas in monte poſita, forti muro, turribus multis, circundata. In hanc Bohemos multos ad cuſtodiendam miſerat, eiſque victualia plurima miniſtrabat. Ordinauerat & rex, vt ſi Vienna ciuitas impugnaretur à rege Romanorum, quòd ciuitas **Nuenburch** ei in omnibus neceſſaria miniſtraret. Si ciues Viennenſes ſe traderent regi Romanorum, quòd rex eos per ciuitatem **Nuenburch** atrociter impugnaret. Cogitauerat enim rex Bohemiæ per ipſam totam terram Auſtriæ poſſidere.

Caſtrum Viennenſe.

Rex Bohemiæ quatuor munitiones, quæ circa muros erant ciuitatis Viennenſis munire propugnaculis cœpit, & caſtrum nouum fortiſſimum, quod ædificauerat, in medio ciuitatis. Coegit & ex tunc Burgenſes, milites, nobiles & Barones pueros ſibi dare obſides, & caſtra fortiſſima cum armis ſuis, in ſuam tradere poteſtatem. Miſit inſuper Bohemos milites armatos in ciuitates Auſtriæ, & victualia miſit ipſis abundanter, vt ſi contingeret Rudolphum regem ciuitates aliquas obſidere, ciues ſe non poſſent excuſare, quoniam ciuitates ſuas ſi vellent ab impugnantibus conſeruare. Præ cæteris aũt ciuitatem, quę dicitur Nouum caſtrum, victualibus multis muniuit, eò quòd Viennam & alias ciuitates ex ipſa paſcere voluiſſet. Præcepit etiam ne aliquis Rudolphum regem Romanorum dominum vel regem in ſuo dominio nominaret. Præcepit & fratribus Prædicatoribus ne celebrarent in ſua poteſtate prouinciale Capitulum.

Rudolphus rex Romanorum cum duobus millibus equorum phaleratorum Bauariam veniens, tali conditione ſe confœderauit duci Bauariæ, vt filius ducis filiam regis duceret in vxorem: & filia ducis, filio regis matrimonio iungeretur. Quo facto tradita fuit regi terra magna, & adiuncti ſunt ei milites mille cum equis phaleratis. Poſt hæc cœpit eius exercitus militibus augmentari, aditq; rex ciuitatem Viennenſem & obſedit tam potenter, vt ex vna parte ciuitatis nullus ingredi vel egredi ſine ſua licentia commodè potuiſſet.

Vienna à Rudolfo obſeſſa anno 1276.

Rex verò Bohemiæ equitibus viginti millibus congregatis, exercitum ſuum contra regem Romanorum ex alia parte Danubij direxit, vt eum de ſuis finibus extirparet. Milites autem Bohemiæ regis, propter nimium timorem contra Teutonicos bellare, nullis voluerunt regis iuſſionibus obedire. Rex Bohemiæ ſuis confidere non audebat, quòd longo tempore nobilium patres, fratres, conſanguineos & affines vi ſiue fraudulentia pro viribus occidebat, vel ipſos de Bohemiæ finibus

bus extirpabat. Exercitus autem Regis Romanorum cum exercitu regis Bohemiæ libentissimè dimicasset, si eum in loco competente comprehendere potuisset.

Rege Romanorum Viennam diebus pluribus obsidente: misit rex Bohemiæ, episcopum de Vlmize, cum equis phaleratis multis, vt Bohemis Nuenburch ciuitas assignaretur, ne à Bauaris regi Romanorum traderetur. Festinauit igitur episcopus cum suis propter diuersos timores, quòd vno die miliaria quatuordecim cucurrerunt, & ob hoc ipsis multi nobiles equi perierunt. Dux Bauariæ senior cum hæc à fide dignis audiuisset, Rudolfum regem Romanorum adiit, & hæc sibi cum gaudio reuelauit. Dixit etiam regi: domine, rogo quatenus mihi milites trecentos assignetis, quòd insidias episcopo de Vlmize in .s..... sylua disposui collocare: spero enim ab ipsis aliqd habiturum. Cui rex dixit, accipe quod vis, & de istis ordina sapienter. Tunc dux acceptis militibus trecentis Rheni, quibus præ aliis melius confidebat, in syluam prope ciuitatem Nuenburch collocauit, & eos prout melius poterat, occultauit. Episcopus autem sibi insidias positas intellexit, Bohemisque ciuitatem custodiendam tradidit: & acceptis multis ex ciuibus, qui sibi suisq; ducatum præberent: insidias occultè per deuia fugiens, ad amicos saluus noscitur deuenisse.

Dux autem in insidiis vsque ad horam nonam creditur permansisse, & suos fame grauissima puniuisse. Tunc milites duci dixerunt: Vt quid hîc fame morimur? Mittatur explorator, qui de statu ciuitatis & episcopi nobis possit aliquid reuelare. Tunc dux cuidam militi dixit: Ad ciuitatem tanquam amicus subitò perge & secreta quæ poteris inuestiga. Explorator ad ciuitatem subitò veniens, statum hominum ciuitatisque requirens: reuersus retulit, dicens: episcopus ciuitatem Bohemis commisit, ciuesque secum duxit, & ad propria remeauit. Consternatus dux militibus suis dixit: Quid ergo faciemus? spe enim nostra frustrati sumus. Tunc diuersi diuersa consilia tradiderunt. Vnus autem ex illis dixit: Domine, viam nostram dirigamus ad ciuitatem, & amicos nos esse simulemus: fortè recipient nos vt amicos, & sic poterimus comprehendere ciuitatem. Dux militi dixit: Bonum consilium dedisti, nec vnquam improbis operibus defecisti.

Post hæc quidam ex sapientibus suis dixit: Domine, primò duo milites præmittantur, post eos quatuor, post quos decem, postea quadraginta, & hi omnes ciues & amicos se regis Bohemiæ protestentur. Post hos exercitus subitò sequatur, vt si primi ciuitatem fuerint ingressi, per consequens ingredi liberam exercitus habeat potestatem. Sicut deliberauerunt, ita omnia perfecerunt. Appropinquantes autem primi nuntij ciuitati, clara voce patiter cantauerunt. Bohemi custodes ciuitatis, cum vocẽ cantantium audiuissẽt, gaudio replebantur: suspicabantur enim ciues & amicos suos cum lætitia rediisse. Pontes demittuntur, portæ reserantur, pacificè salutantur, & ingredi liberè permittuntur. Quatuor autem milites sequentes benignissimè receperunt, quia prospera de suis ciuibus retulerunt. Milites autem decem qui quatuor sequebantur, suspecti custodibus habebantur, & portas aperire, sicut cæteris præcedentibus noluerunt. Tum hi decem Bohemis custodibus verbis mendacibus referebant: Nos de vestris sumus, & episcopum de Vlmice cum ciuibus ad tuta loca deduximus, & nunc ad propria remeamus. Tunc custodes portas aperuerunt, & intrare liberè permiserunt. Milites hi prædicti festinanter intrare noluerunt, sed in porta permanentes, custodes verbis fallacibus deceperunt, donec quadraginta frequentes ad ciuitatis mœnia peruenerant. Decem milites prædicti, cum nos adesse vidissent: custodes portæ euaginatis gladiis inuaserunt, & de porta fugere coegerunt. Custodes portam reliquerunt, & ad hospitia sua fugientes, se suaque saluare cupientes, ciuitatem captam omnibus nunciabant. Quinquaginta milites prædicti ciuitatis portas violenter tenuerunt, & ducem cum exercitu suo superuenientem, liberè intrare permiserunt. Cùm sic dux ciuitatem tam potenter fuisset ingressus, & ipsam cum suis obtinuisset: cœpit per præconem hæc ciuibus nuntiare: *Nulli malum ex ciuibus in rebus vel corpore vel familiis inferetur. Bohemi tantum aduersarii nostri in custodiam publicam perducantur.* Post hæc viri mulieresq;

Nonaciuitas sen Nouastat, Orbis Austriæ, adstu capta.

militibus ducis Bohemos in domibus suis absconditos, ostenderunt, & captiuitati publicæ tradiderunt. Factum id anno M. CC. LXXVII.

Expugnata ciuitate hac, venit ad eam rex cum exercitu suo, prædia diuisit, & quatuordecim diebus de rebus regis Bohemiæ, quas in ciuitatem deduxerat, exercitui suo rex necessaria tribuit abundanter.

Per hanc ciuitatem obsessa fuit ciuitas Viennensis, quòd regi Bohemiæ non poterant commodè subuenire, nec rex poterat Viennenses a regis Romanorum dominio liberare. Viennensibus sic in periculo constitutis, quid facere possent ignorauerunt. Postea verò deliberatione facta, cum rege Romanorum composuerunt, & ciuitatem suo dominio tradiderunt, insuper ab eis fuit donis magnis honoratus. Cùm sic Viennenses à suo domino recessissent, & regem Romanorum pro domino recepissent: mox à rege Bohemorum pueros, quos obsides sibi dederant, petierunt. Rex autem reddere pueros contradicit. Tunc Viennenses exercitu congregato, regis Bohemiæ terminos intrauerunt, & expugnatis munitionibus & ciuitatibus pluribus ad propria redierunt. Videns autem rex Bohemiæ, quòd non posset regi Romanorum resistere, humiliauit se, & commisit se gratiæ suæ. Principes autem reges sub his conditionibus concordabantur. Debebat rex Bohemorum filiam suam filio regis Rudolphi matrimonio copulare: Regalia sua sicut deceret, ab ipso recipere, & trecentos milites cum equis phaleratis in exercitu regis ducere quando vellet.

Vienna in potestatem Rodolphi concedit. Anno 1277.

Articuli pacis inter Rudolfum & Ottocarum reges.

Rex Bohemiæ multis militibus, equis, vestibus deauratis, gemmisque decoratus se præparauit, vt Regalia statim à rege susciperet Romanorum. Hæc cum principes Rudolphi regis intellexissent: regi cum gaudio retulerunt: Domine præparate vos, sicut decet regem, vestibus pretiosis. Tunc rex dixit: Rex Bohemiæ griseam vestem meam sæpius derisit, nunc autem ipsum mea vestis grisea deridebit. Dein Notario suo dixit, Da pallium tuum mihi, vt rex Bohemiæ meam derideat paupertatem. Adueniente rege Bohemorum, dixit rex Romanorum militibus suis: Armis vestris induimini, dextarios vestros loricate, & ad bellum vt melius poteritis præparate, vtramq; partem viæ, per quam rex venturus est, processionaliter occupate, & armorum Teutonicorum gloriam barbaris nationibus ostendite.

Hæc sic ad regis voluntatem præparatis, venit rex Bohemiæ, cum vestibus deauratis, & gloria regia fulgente, procidit ad pedes regis Romanorum, humiliter ab eo sua Regalia mendicauit. Insuper & centum millium marcarum redditus, & quadraginta millium marcarum, quas Austriæ dux habuerat, & rex Bohemiæ de regina Margareta possederat, resignauit. Tunc rex Romanorum regi Bohemiæ regnum, nec non & Regalia concessit, & se amicum suum intimum omnibus astantibus intimauit. Rege Romanorum hæc faciente, indutus veste grisea, despectus & humilis apparebat, & in tripode residebat.

Bohemus Austria cedit.

Post paucas septimanas pœnituit regem Bohemorum, quòd se subdiderat regi Romanorum. Vidit enim rex Bohemiæ, quòd rex Rudolphus multa possederat bonorum, & tamen in summa semper extitit paupertate. Propter hæc & alia rex Bohemiæ filiam suam, quam filio regis Rudolphi matrimonio copulauerat, monialem fecit, & in clausstrum dominarum ordinis Minorum solenniter collocauit. Post hæc rex Bohemorum congregauit occultè decem millia dominorum, volens occultè regem comprehendere Romanorum. Deus autem mirabiliter hæc impediuit. Cœperunt inter se congregati milites discordare, se mutuo capere, plagisque maximis vulnerare. His ita gestis, rex Bohemiæ manifestè regem Rudolphum diffidauit, congregauit exercitum magnum, voluit cum rege congredi Romanorum, vel in ciuitate cum ciuibus obsidere, vel ipsum de finibus Austriæ turpiter extirpare.

Ottocarus iusiurandi fidem mutat. 1278.

Videns etiam rex Bohemiæ, quòd regem Rudolphum nec dolo nec sapientia, nec potentia vincere potuisset, muneribus vincere cupiebat. Misit enim rex Bohemorum quibusdam militibus Austriæ pecuniam magnam, vt in bello relinquerent regem Romanorum: vel si possent, ipsum consiliis suis impedirent. Promisit & sedecim militibus, mille marcas argenti, si sibi regem Rudolphum viuum, vel vulneribus læsum, vel mortuum præsentarent. Misit & Vngariæ militibus pecuniam, ne

ipsum

ipsum impugnarent, vel debiliter infestarent. Hoc & rei postmodum euentus probauit. Misit & promisit etiam dominis Episcopis, Comitibus, Baronibus prope Rhenum constitutis, vt in adiutorium regis Rudolfi minimè peruenirent, vel ipsum pro suis viribus impugnarent. Quod quidam pro suis viribus fecerunt, & amplius fecissent, si rex in aliquo defeciſſet. Vnde & in adiutorium regi Rudolfo tantùm milites ducenti numero venêre.

Rodolfus auxilia corrogat.

Hæc audiens rex Romanorum mandauit principibus suis, regi scilicet Vngariæ duci Saxoniæ, duci Bauariæ, militibus multis, episcopo Basilienſi, & filio suo Alsatiæ Lantgrauio, episcopis diuersis, & omnibus quibus confidebat, domino de Baldeck, quatenus cum omnibus armatis, quibus possent in adiutorium sibi subitò peruenirent. Dixit enim: Si circa festum natiuitatis beatæ Mariæ non veneritis, poterit mihi in maximum cedere detrimentum. Rex Vngariæ regem Rudolphum clementer exaudiuit, & ad ciuitatem Viennensem, cum quatuordecim millibus hominum venit, ad prælium præparatis. Ex Austriæ partibus congregauerat rex Romanorum milites multos, cum dextrariis phaleratis. Habebat insuper ciuitatem Viennensem cum multis ad bellum præparatis. Sed in his omnibus rex minime confidebat, nec cum eis ausus fuit, cum rege Bohemiæ dimicare. Sperabat enim filium suum venturum cum multis militibus, qui per se res & corpora periculo commisisset. Cùm autem ad sibi determinatum terminum milites prædicti venire non potuissent: turbatur rex Romanorum supra modum. Erat enim intra se desolatus, consilio & auxilio destitutus. Præterea ciues Viennenses ad regem venerunt, dicentes: Domine vestri vos dereliquerunt, nec habetis homines, per quos regi Bohemiæ resistere valeatis. Rogamus vos quatenus nobis Dominum nos eligere permittatis, ne nos cum vestra familia pereamus. Tunc rex eos suppliciter deprecatur, dicens: Tempus adhuc modicum sustinete, vt videamus quid facere debeamus. Ex tunc iussit castrum fideliter custoditi. Insuper seruis suis, minoribus pariterque maioribus, ne quis alicui ciuium qualibet occasione, vel superbè, vel contumaciter responderet: posset enim hoc omnibus nobis euenire, in rerum & corporum detrimentum.

Episcopus Basil. in militiam Austriacam abit.

Rege Rudolpho sic in periculo constituto: congregauit Henricus episcopus Basilienſis, ordinis fratrum Minorum, vir sapiens atque discretus, & regi Rudolpho fidelissimus amicus: Et dominus Conradus Wernherus aduocatus Alsatiæ, dictus de Hadistat, exercitum centum militum optimè præparatis cum dextrariis phaleratis. Hi duo domini militibus suis congregatis in Basilea coniunguntur. De Basilea verò in Sueuiam pariter proficiscuntur, ibique comes de..... cum centum militibus equos phaleratos habentes, adiungitur, & iter cœptum pariter perrexerunt. Milites isti sic in itinere constituti, dominos plurimos timuerunt, vnde & pluribus diebus in armis grauibus permanserunt.

Cùm autem venissent Viennam ad regem Teutoniæ, gauisus est gaudio magno. Interrogauit rex, quare filius suus in eorum societate non venisset: responderunt ei: Filius vester cum 500 militibus est in procinctu veniendi. Comes verò Phirretensis, & comes Montis pilgardi sunt in veniendo, cum multis militibus optimè præparatis. In secreto verò regi contraria his omnibus referebant. Dixeruntq; , nec filius vester, nec aliquis amicorum vestrorum subitò vobis poterit in vestris necessitatibus subuenire. Debetis igitur deliberare, quid facere debeatis. Tunc respondit eis dicens: placet vt vno die quiescatis, & ad bellum postea procedatis: sufficit mihi quòd vos habeo custodes capitis mei. In Deo meo confido, qui me miraculosè ad hanc gloriam noscitur elegisse, & in ea mirabiliùs confortasse: qui etiam nunc me per gratiam suam (vt spero) mirabiliter adiuuabit.

Rodolfus fortunam prælio tentandam statuit.

His dictis suis retulerunt: Ad bellum omnes vos in crastinum præparate, quia cum familia regis Bohemiæ, nos oportet fortiter dimicare. Tunc tota familia regis Rudolphi cucurrit ad Confessores, debita sua scribebant, inimicitias remittebant, & ad communicandum prout fideliùs poterant, præparabant. Periculum enim mortis videbatur omnibus imminere. Exercitus regis Rud. alba cruce desuper vtebatur: sed Bohemiæ regis exercitus crucē viridē deferebat. Rex Teutoniæ pro suis & pro se

fuerat in timore maximo. Rex verò Bohemiæ certus de victoria fuit, vnde dixit: Si quis mihi veraciter regẽ Rud. cum ſuis Danubium tranſmiſiſſe, nunciârit, pecuniam viginti marcarum, voluntariè propinarem. Tertia die poſt aduentum Baſil. epiſcopi, ſc. in vigilia S. Bartholomæi, B litera dominicali, egreſſus eſt rex Rud. Viennam, cum exercitu ſuo, cum rege Bohemiæ prælium commiſſurus. Rex autem Bohemiæ cum exercitu ſuo prope ciuitatem venerat Viennenſem.

Bohemiæ rex exercitum ſuum, in plures partes, ſed in tres diuiſerat principales. Habuit enim multa millia peditum Cumanorum. Secundum habuit exercitum equitum & hominum diuerſorum: tertiũ habuit exercitum equorum phaleratorum, & militum circiter nongentorum. Rex Rudolfus ſimiliter in tres partes ſuum exercitum diuidebat. Habuit Vngariæ regem cum quindecim millibus Vngarorum. Rex Vngariæ puer 18 annorum extitit, & ad prælium non peruenit, quia rex Rud. ipſum noluit intereſſe. Epiſcopus Baſil. ſedens in dextrario phalerato decentiſſimo, armis indutus, ad bellum libentiſſimè proceſſiſſet, ſi voluntas regia permiſiſſet. Rudolphus rex libenter vidiſſet, quòd Vngari cum Cumanis congreſſi fuiſſent: ſed eos ipſi inuadere minimè voluerunt. Secundum rex Rudolfus exercitum habebat, & hunc aduerſus exercitum regis Bohemiæ dirigebat. Exercitus autem regis Bohemiæ fortior erat, &

Prælium atrox inter duos reges.

eos retrocedere faciebat. Videns Rudolfus ſuos deficere, tertium quem habebat exercitum, ſc. trecentos milites, habentes equos phaleratos, in quibus etiam maximè confidebat, contra regem Bohemiæ dirigebat, & magis in Domino, quàm propriis viribus confidebat. Rex Bohemiæ videns regem Rudolfum contra ſe venientem, ſolus aduerſarios atrociter aggrediens, multos percuſſionibus ſuis grauiſſimis affligebat: trecenti verò milites cuſtodes regis, ipſum pro ſuis viribus adiuuabant. Tandem rex Bohemiæ feſſus, ab ignobili capitur, & armis propriis ſpoliatur. Tum rex ſic diſcinctus ducitur. miles quidam inſequitur eum, dicens: ecce rex, qui fratrẽ meum turpiter interfecit. Licet igitur factum, extractoq; gladio, regem in facie perforauit. Qui

Ottocarus interficitur.

autem regem Bohemiæ ceperat, doluit vehementer, & ipſum libentiſſimè defendiſſet, ſi ſuis viribus potuiſſet.

Rex Rudolfus contra ſuos aduerſarios fortiſſimè dimicauit, tandem vir fortis veniens, regem percuſſionibus affligebat, ſed cum vincere non poſſet, equum regis lancea perforauit. Tum rex & equus pariter ceciderunt. Rex in terra iacens omni ſolatio deſtitutus, clypeum ſuum ſuper ſe poſuit, ne ſubitò ſub pedibus equorum turpiter moreretur. Poſt tranſitum caballorum, quidam volens eum à mortis periculo liberare, de terra prout potuit eleuauit. Tunc rex dixit, equum mihi velociter præparate: quem protinus aſcendit, & ſuorum auxilium fortiter inuocauit. Venerunt autem ad eum de ſuis circiter 50. cum his igitur rex à latere exercitum regis Bohemiæ ſubintrauit, atq; in duas partes diuiſit, & poſteriorem partem fortiter impugnauit. Anterior pars exercitus Bohemorum clamauerunt, *fugiunt, fugiunt*, exercitum Rudolfi decipere cupientes: ſed quantò plus illi clamoribus inſtabant, tantò magis Teutonici percuſſionibus eos infeſtabant. Poſteriorem partem Rudolfus rex fortiter impugnabat, qui tandem timore territi fugerunt. Illis autem terga vertentibus, Vngari ſubſequuntur, pugnantes impugnant, fugientes ſequuntur, capiunt & occidunt: communiter dicebatur, quod in illo prælio 14000 occubuerint.

Bohemorũ clades.

Rex Rudolfus cum ſuis in loco prælij permanebat, donec omnes eum ſecurum de victoria referebant. Rex Bohemiæ eodem die moritur, & inteſtinis eius expoſitis, corpus reliquum cum ſale, in fratrum Minorum monaſterium collocatur. Mortuus enim fuit in excommunicatione papæ, propter hoc non poterat in cœmiterio ſepeliri. Fuerunt in exercitu regis Romanorum debiles homines, clerici, monachi, diuerſarum religionum conuerſi, qui ſe in quoddam colliculum receperũt, finem certaminis expectantes, Dominum pro ſuis hominibus deprecantes. Hi conſideraverunt, quòd in exercitu regis Bohemorũ ſplendor & calor maximus extitit armorum. Sed exercitum regis Rudolfi quocunq; declinabat, ſemper nubes frigida protegebat. Ex hoc præſumebant, quod exercitus regis Rudolfi adiutorio Domini debuit præualere. Acta ſunt hæc prope Viennam, in campo dicto, Gansferfeld/anno 1278, circa horam ſextam, in vigilia Bartholomæi.

Mortuo

Mortuo rege Bohemorum, intrauit rex Rudolfus terram Morauiæ, volens eam totaliter deuastare. Ciuitates communi consilio regem Rud. pro domino receperũt, & infra mensem, se & sua commiserunt, & fidelitatem iuramento firmissimè promiserunt. Regina Bohemiæ cum Rud. rege ita composuit, quòd filius reginæ filiam regis Rud. duceret vxorem, quod factum est, intra octauas S. Francisci. *Ottocari filius à Rodolfo in generũ adscitus.*

In loco occisorum fœtor tantus extitit, vt plures vel infirmi, vel mortui extiterint, in ea villa habitantes. Dæmonum præterea vel spirituum illusiones multos horribiliter terruerunt. Aduocatus Alsatię retulit, quòd venatores ceruum magnum insectantes, venerunt ad Heremitam, qui XII annis in solitudine cum vxore & liberis vixit. Hic venatoribus retulit, se vidisse animal à cingulo mulieris imaginem habens, quod dixit, Teutonia intra tres septimanas habebit regem, qui regnabit XV annis.

De morte reginæ Romanorum Rudolfi coniugis.

ANNO Domini M. CC. LXXXI, regina Rudolfi regis cœpit grauiter infirmari. Propter quod accersiuit consiliarium confessoremq; sibi, inquiens: Mortis periculum sentio mihi breuiter imminere. Rogo igitur vos, quomodo corpus & animam ad cœlum & ad paradisum Domini dirigatis. Qui dixit, omnes amicos vestros, omnes diuitias huius seculi, omnemque gloriam mundi de corde vestro, quantum potestis, à vestra memoria repellatis, ac Deo & hominibus satisfacere promittatis. Quæ dixit: libentissimè faciam. Post hæc Testamentum condidit, & elegit in Basilea, in maiore ecclesia ecclesiasticam sepulturam. Delegit autem locum prænominatum, eò quòd rex Rudolfus antecessoresque sui Basilienſem ecclesiam sæpiùs damnificassent, ac eius Episcopos perturbassent. Ordinauit enim in testamento (vt quidam dixerunt) quòd redditus duarum prębendarum Monasterio darentur, vt sic Deo & hominibus satisfaceret. *Contulit ecclesiæ Basil. iura patronatus in Augst & Zeiningen Basil. diœcesi.*

Post hæc regina moritur, exenteratur, & vẽter eius sabulo & cineribus impletur: facies eius Balsamo linitur, totumq; corpus panno cereo circumdatur, ac sericis vestimentis induitur pretiosis. Caput eius albo serico peplatur, & corona sibi superponitur deaurata. Posthæc in arcam ex fago peroptimè factam, supina, manibus super pectus positis, imponitur, & ferreo clauditur instrumento. His expletis, in Basileam cũ equis XL ducitur, & (vt credebatur) cum pecunia copiosa. Fuerunt in comitatu suo fratres Prædicatores duo, Minorum duo, & dominæ quas tres currus ducere potuerunt. Adiunxerunt autem se eis homines circiter quadringenti.

Rex autem mandauerat episcopo Basilienſi, vt reginam defunctam solenniter sepeliret. Episcopus clericos regulares & seculares inuitauit Basileam. Conuenerunt igitur mille ducenti, qui omnes candelas in manibus habebant, & reginæ in processione cum ornatu pretioso solenniter occurrunt, & ad maius monasterium pertulerunt. Tribus episcopis ibidem diuina celebrantibus, reginæ corpus in tumba positum erigitur, & omnibus præsentibus ostenditur, & post Missam deponitur & cum fletu nobilium sepelitur. Hoc retulerunt qui reginæ gloriam quæsiuerunt. Episcopus clericos omnes ad prandium inuitauit, & necessaria ministrauit. *Augustalia funeru exequiæ Basileæ.*

De Waltheri Rösselmanni sculteti Colmarienſis parentibus & incrementis.

WALTHERVS Rösselmann cerdo in villa Türincheim filium habuit Ioannem Rösselmann. Hic hospitio paterno non contentus, ad scultetum Columbariensem se transtulit, cui fideliter seruiebat. Ea amoto, secundo & tertio seruiebat, & interdum sub iudicio præsidebat. Hic officium sculteti desiderans, modo quo potuit, obtinebat. In officio suos exaltabat, alios supprimebat. Cùm pauperes diutius id sustinere non possent, absolutionem communiter procurabant. Huic substituitur dominus de Racinhusen/vir pius, deuotus & æquus. Io. Rösselmann depositus, in Ensisheim ad comitem Rudolfum de Habspurck se transtulit, ei seruiẽs. Laborabat quomodo posset Colmariam tradere in potestatem comitis de Habspurck. *De Ratsamhausen equestris familia apud Alsatas.*

Post paucos annos dixit comiti: Domine, mittite pro consobrino vestro comite Gotfrido de **Lauffinberck** & suis militibus, & venite vnà ad Columbariam, & ego potenter vos intromittam. De inimicis nostris post hęc pro libito faciemus. Cõsensit comes. Iohannes **Rósselmann** amicis suis circum Columbariam commisit, vt cùm armis adsint, &c. Iohannes in vas vacuum se abscondit, Columbariam clam ingreditur, in curiam Decani fertur. Sequenti die circa diluculum, comitem Rudolfum cum suis, clam quibusdã iuuantibus, intromisit. Aduersarij Iohannis intelligentes hæc, aufugiunt, relictis omnibus quæ habebant, videlicet, scultetus, dominus de **Racinhusen**/milites septem, ciues decem, quorum quilibet ditior erat Iohanne. Horum bona confiscabat & diuidebat. Et in hac gloria Ioannes pluribus annis apparebat.

Iohannes Rosselman prodit Colmarienses.

Anno M.CC.LXII, Dominus de Winegk, filius sororis domini de Horburc, cum multis militibus & terræ nobilibus, consentientibus multis ciuibus, Columbariensem ciuitatem intrare per potentiam voluit. Scultetus hæc intelligens, eis in dextrario occurrit festinanter: hunc apprehensum in porta Steinenbruka atrociter occiderunt. Consanguinei sui hæc intelligẽtes, statim egressi plus quàm viginti nobiles occiderũt.

Idem occidetur.

Post annos duodecim, Rudolfus comes de Habspurc in regem eligitur Romanorum. Hic Waltherum, filium Ioannis **Rossilman**/ scultetum in Columbaria fecit: Othonem de **Ochsenstein**/nepotem ex sorore sua, Rudolfus aduocatum Alsatiæ pręposuit. Sed scultetus & aduocatus terræ non per omnia concordabant. Aduocatus iubente rege, vel saltem conniuente, exactiones plurimas faciebat: scultetus & populus inuitè soluebant. Rex Rudolfus indignatus, militibus stipatus, Columbariam proficiscitur, scultetum depositurus. Scultetus præmonitus ciuitatem clausit, nec regem ingredi permisit.

Rex Columbariam potenter obsedit. Regi nunciatur, Fridericum quendam Imperatorem in partibus inferioribus affectare regnum. Rex sibi timens, obsidionem Columbariensem soluit, & cum exercitu descendens, Fridericum cepit & igne cremauit. Inde ad obsidionem Columbariensem secundò perrexit, & ipsos cum conditionibus quibusdam ad gratiam suscepit. Sculetum Waltherũ rex deposuit, & **Stameheim** scultetũ præposuit, & eos maximis exactionibus turbauit. **Stameheim** scultetus in Columbaria residere non poterat: filiamstro suo officium committit, & diuersa turbatio in Columbaria quiescebat.

Colmaria à Rudolfo obsessa. Anno 1285.

Rege Rudolfo mortuo, Walcherus **Rósselman** / quondam scultetus, in summa paupertate constitutus, conduxit duodecim seruos vagos & inopes, cibum & vestes ministrans, per hos insidiaturus sculteto **Stammeheim**. Intelligens id scultetus, declinauit. Waltherus **Rósselman** consilio decani & aliorum amicorum, officium sculteti per violentiam occupat. Post hæc dominum de **Hunnewilre** / militem honestum, iuuenem, diuitem, bene parentatum, & filium eius iuuenem, sine occasione & caussa, contra Deum, homines & iustitiam interfecit, eius res diripuit, plus quàm ccc marcas inter suos distribuit. Dominos milites de **Nortgassen**/**Iltzich** & dominum Ruslarium ciuitatem exire compulit, & res eorum confiscauit: regi se opposuit, & Columbariam Anshelmo de **Rapoltstein** tradidit.

Waltheri Rosselmãni ferocia.

Bellum in Anshelmum Rapoltzsteinÿ dominum.

DOMINVS de **Rapoltzstein** carnalem fratrem liberosq; fratris noscitur habuisse, qui cum eo dominium debuissent iure hæreditario possedisse. His hæreditatem dare noluit, sed de dominio, quantum potuit, extirpauit. Is dominus de **Rapoltzstein** regem adiit Rudolfum cognatum suum, eiq; factam à fratre iniuriam flebiliter reuelauit. Rex his auditis dominum de **Rapoltzstein** vocauit, eumq; rogauit, vt liberis fratrum suorum, nec non & fratri de hæreditate paterna propriam tribueret portionem. Tunc dominus de **Rapoltzstein** domino regi taliter respondit: Si fratri meo liberisq; fratrum meorum hæreditatem diuiderem, inops ac pauper & sine dominio remanerem. Hoc enim facere nolo, nec in hoc alicuius precibus acquiescere.

His completis, dixit rex domino de Baldeche, suo fidelissimo procuratori, quatenus assumptis ciuibus Columbariensibus & Keisersbergensibus, & aliis vicinis ciuitatum

tatum ciuibus, Rapoltzſtein fideliter obſideret. Hoc fideliter adimpleuit. Accepit enim ciues prænominatos, & Rapoltzſtein obſedit: villam Bercheim per ignem deſtruxit: ſegetes & agros depopulatus eſt, & vineas aliquas extirpauit. Videns autem quòd ciues eum non fideliter adiuuarent, ab obſidione poſt triduum recedebat.

Timens autem dominus de Rapoltzſtein regem, dominos vicinos ſuos adijt, eoſq; ſuppliciter rogauit, vt nec eum nec ſuos propter aliquem infeſtarent. Hoc autem quidam de conſilio regis amicabiliter admiſerunt. Dominus de Horburc eius precibus acquieſcere recuſauit. Dominus de Rapolzſtein de hoc fuit grauiter indignatus. Dominum de Horburc hoſtiliter impugnauit, & eius villas, quas poterat, exurebat. Super hoc rex fuit indignatus, in Alſatiam perſonaliter venit, & Rapolzſtein potenter cum indigenis obſidebat. Septem autem de adiutoribus regis, vt dicebatur, eum morti tradere voluiſſent. Ordinatum enim ſic fuerat, vt regi dicebatur, quòd pecuniæ quatuor bobonibus datæ fuiſſent, vt tentoria ſiue exercitus in quatuor partibus incendiſſent. Hinc autem ſtrepitu facto, rex de obſidione ſubitò receſſit, & ſe ab Alſatia ſeparauit. Ordinauit autem quòd ciuitates in Cellinberg haberent equites L, qui impeditent, ne aliqui domino de Rapolzſtein aliqua victualia ſeu neceſſaria miniſtrent. Poſt hæc mandauit rex eidem domino, vt ciuitates Alſatiæ congregaret, & in villa Gemer caſtrum ligneum fabricaret. Ipſe autem intra octauam Petri & Pauli ciuitates congregauit, & caſtrum (vt ſibi imperatum) inchoauit, & in breui tempore conſummauit. Conſummato caſtro milites ibi reliquerunt, & ad propria redierunt. Acta ſunt hæc anno Domini, M. CC. LXXXVII. *Gemar caſtrum.*

Dominus de Rapolzſtein intra Calendas Auguſti, Galliam intrauit, ibiq; à domino de Blanchiberg cognato ſuo, pedites & equites accommodauit, nocte prope villam Sigolzheim perducebat, & ibi eos in diuerſis locis pro inſidijs collocauit. Mane autẽ facto greges villæ pauci acceperunt, & velociter abierunt. Villani autem prędam inſequuti, liberare pecora voluerunt. Igitur homines domini de Rapolzſtein de inſidijs egreſſi fuerunt, eoſq; comprehenderunt, & eorum plus quàm CXXX ad propria perduxerunt. Homines de Horburc videntes prędam magnam, paucos homines ducentes, ſine deliberatione prædam liberare volentes, ſimiliter capiuntur, & cum alijs deducuntur. *Anshelmi Rapolſtenij graſſationes.*

Rudolfi regis quædam apud Moguntiam acta.

ANNO M. CC. LXXXVIII, rege Rudolfo exiſtente Moguntiæ, frigus veniebat in ortu Solis, atq; frigus ipſum immodicè moleſtauit. Vidit igitur ex oppoſito domus in qua iacuit piſtrinum multis viuis carbonib. abundare. Induit ſe rex ſola tunica carbones viuos velociter viſitauit. Hoſpita ignorans ipſum eſſe regem, ſibi loquebatur in ſpiritu vehementi, dicens: Milites non debere ad mulieres pauperculas declinare. Dominus rex mulieri dicens humiliter loquebatur: O Domina nolite propter meam præſentiam turbari: ſum enim antiquus miles, & omnia mea in ſeruitio viliſſimi Rudolfi conſumpſi, & contra bona promiſſa me patitur indigere. Mulier dixit: Sequimini regem Rudolfum viliſſimum, qui totam terram deſtruxit, & omnes pauperes deuorauit? Hæc meritò vos mala & alia comprehendunt. Rex dominæ dixit: Quæ mala vobis fecit? Mulier turpiſſimè regem vituperans atq; maledicens, cum magna cordis amaritudine reſpondebat: Ego & omnes piſtores ciuitatis huius præter duos, per eum depauperati ſumus, quòd temporibus noſtris ad diuitias quondam habitas non poſſumus peruenire. Poſt hæc mulier dixit: Domine, recedatis: quia hîc nos in noſtris occupationibus retardatis. Rex autem propter verba mulieris recedere recuſabat. De hoc mulier indignata, vas aquæ ſuſtulit, prunas perfudit, & antiqui militis ſeu regis veſtem enormiter deturpauit. Rex igitur fugit, & ad ſuum hoſpitium feſtinauit. *Rud. rex carbonibus perfuſus.*

Rex igitur cùm ſederet ad menſam, dapifer ſibi caput porci cum multis apponebat. Memor igitur rex beneficiorum quæ piſtrix ei contulerat, ei retribuere cupiebat. Aduocans rex hoſpitam dixit ei: Hanc ſcutellam cum carnibus & quartale vini recipiatis, & vicinæ veſtræ de antiquo milite deferatis. Agit enim ei gratias, quòd apud ſuos carbones de mane fuerat calefactus. His igitur peractis, recitauit rex qualiter

piſtrix eum vituperauerat, atque maledixerat, & ad riſum omnes magnum concitauit. Piſtrix autem intellexit, quòd rex fuerat quem vituperauerat, vltra modum doluit: regem adijt, & vt ſibi remitteret illatam illi iniuriam, ſuppliciter deprecatur. Rex autem remittere, niſi priùs eum vituperaret, ſicut priùs fecerat in occulto, non volebat. Hoc mulier fecit, & domini ſui voluntatem fideliter adimpleuit, & ad riſum plurimos prouocauit.

Retulit frater Alradus, prior fratrum Argentinenſium. In Alſatia dicebatur, quòd Iudæi conqueſti fuiſſent regi Rudolfo, quòd Chriſtiani plus x L Iudeos ſine cauſa turpiter occidiſſent. Chriſtiani autem conqueſti fuerunt de Iudæis, quod ſeruum atque Chriſtianum in die paraſceue in cellario, occultè atq; Chriſtianis ignorantibus, occidiſſent. Iudæi regi Rudolfo, vt eis de illis de Weſela atq; Popardia iuſticiam faceret, & eos à periculo liberaret mortis, & ipſorum Rabbi, id eſt ſupremum magiſtrum, cui ſchola Iudæorum & honores diuinos impendere videbantur, quem rex captiuauerat à captiuitate carceris liberaret, viginti ſibi millia marcarum promiſerunt.

Rex Iudæorum petitionem exaudiuit, Iudæum captiuum libertati reſtituit, illos de Weſela atq; Popardia in marcis bis mille condemnauit, & eos à mortis periculo liberauit. Inſuper fecit rex dominum Archiepiſcopum Moguntinum ſolenniter prędicare, quòd Chriſtiani Iudæis iniuriam maximam intuliſſent, & quod bonus Wernherus, qui à Iudæis occiſus communiter dicebatur, qui pro diuino à quibuſdam Chriſtianis ſimplicibus colebatur, deberet igne cremari, & cinis corporis eius in ventum diſpergi, & ad nihilum diſſipari. In hac prædicatione domini Archiepiſcopi plus quàm quingenti Iudęi in armis ſederunt, vt ſi aliquis Chriſtianus in contrarium dicere voluiſſet, ipſum eum ſuis gladijs occidiſſent.

Proditio vrbis Colmarienſis, & eiuſdem per Adolfum Cæſarem recuperatio.

ANNO M. CC. XCIII, quarto Idus Septembris, Scultetus Columbarienſis ignorantibus Senatoribus & ciuibus, Anshelmum de Rapolzſtein aduocat, eiq; ciuitatem tradit, intromiſſis multis armatis, ac in cœmiterium ductis. Ciuibus dormientibus compulſantur campanæ: concurrunt ciues ad cœmiterium: pedites armatos inueniunt: terrentur: quid faciant ignorant. Ciues omnes per præconem vocantur, dicentes: Adeſt nobis amicus noſter, D. Anshelmus de Rapolzſtein, volens nos corpore & rebus iuuare. Intellexit enim quòd inimici noſtri vellent nos grauiter perturbare. Venit igitur, vt ipſe nobis & nos ei fidelitatem iuramento firmemus. Subiunxit: Leuate manus veſtras & iurate, quod & fecerunt.

Videns dominus de Rapolzſtein paucos fidelitatem iuraſſe, magiſtris Zunftarum præcipit, vt ſuos ſingulos ad ſingula loca vocarent: *à quibus ſingulis petunt fideliter iurari: quod multi fecerunt inuiti.* Expelluntur qui id facere recuſant, milites Ruſtarius & domini de Nortgaſſen, & ex ciuibus plures diuites & honeſti.

Rex Adolfus reginam Briſacum mittit: ipſe cum exercitu verſus Coloniam proficiſcitur. Ciues Columbarienſes, dominica, vigilia exaltationis Crucis in montana egreſſi, vinum ſuum nondum maturum colligunt. Dominus de Rapolzſtein villam Türckheim prædatur, pecoraq; abigit in domicilium ſuum Wilre. Columbarienſes cum gaudio reuertuntur, & ſe præparant, quò ampliora colligant, & ſibi proſpiciant.

Adolfus Colmariam recuperaturus proficiſcitur. Vrbis Gallis.

Rex Adolfus hæc audiens, Aduocatum præmittit. Hic in Sleſtat plurimis hominibus ſecum aſſumptis, vallem Vrbis, quæ ſub caſtro Hohenac eſt, ingreditur, villas domini de Rapolſtein ſuccendit, homines capit, pecora tollit, cum gaudio redit. In Wintzenheim & Ungersheim exitum Columbarienſium præſtolatur. Columbarienſes egredi non audebant. Rex cum exercitu Rapperſchuiler obſedit, vineas deſtruit ac domos. Poſt dies decem Columbariam verſus proficiſcitur, molendinarum fluuium deriuat aliò, ſingula deuaſtat, præter leproſorium. Ciues vallis S. Gregorij ad Wilre pergunt, vinum colligunt, & ad propria deducunt. Columbarienſes licet obſeſſi, ex vernaculis viginti mittunt Wilrenſibus ſubſidio. Ciues Gregorianæ vallis ſecundò veniunt ad Wilre, quos incautos Wilrenſes & Columbarienſes obruunt,

ruunt, occidunt & capiunt. Aduocatus terræ dominum de Berckheim, cum D hominibus contra Wilrenſes mittit. Dominus de Berckheim vallem S. Gregorij ingreſſus, duas machinas magnas, lapides proijcientes: & Cattum, videlicet inſtrumentum quo turres deſtruuntur, accepit, Wilre obſedit, paucis diebus obtinuit caſtrum, & caſtellum funditùs euertit. Hinc cum eiuſdem machinis ad Gemer profectus, quod ex prima obſidione relictum fuit, penitus deuaſtauit.

Adolfo regi cum Principibus ſupradictis, comitibus, nobilib. liberæ conditionis, militibus ſuis dominis ſeruientibus, ex exercitu in obſidione ſex ſeptimanarũ, vix decem homines morte naturali obierunt, etiam vix decẽ à perſequutoribus interfecti. Colonienſis tentorium, XL in latitudinem, centum pedes in longitudinem habuit, & CC equos phaleratos. Maguntinus, Spirenſis, & Baſilienſis epiſcopi in eodem exercitu fuerunt, quod ſingulis annis habet XX millia marcarum argenti. Comes Burgundiæ feuda ſua ab eo recepit, ſeruitiumq; ſuum obtulit. Cui rex reſpondit: Iam opus auxilio non habere, ſed cùm fuerit opus, ſe eius auxilia petiturum. Dux Auſtriæ in auxilium à rege vocatus, reſpondit: Si principes in obſidione defecerint, mihi ſignificato, & ego veniens obſidebo quamcunq; volueritis ciuitatem.

Copia regis Adolfi Colmariam obſidentis.

Vnus exercitus regis Gemar obſidebat. Secundus exercitus, videlicet, epiſcopus Baſilienſis & Comes Phirretarum, vnam partem ciuitatis Columbariæ obſidebant. Tertius autem, epiſcopi & principes ſupradicti. Hi diuitijs, gloria & honore cæteris antecellebant. In obſidione hac regis exercitus bonis omnibus abundabat. Annus fuit calidus & ſiccus, vinum optimum. Baſilienſes exercitui quæq; bona & neceſſaria miniſtrabant.

Columbarienſes vinum & bladum ſufficientia habebant. Quartale frumenti vendebatur ſeptem ſolidis: ſed quartale farinæ pro libra, ob aquam molendinorum aliò deriuatam. Pauperes in mortarijs frumentum triuerunt, alij in molendinis ſpecierum: alij rotis molendinorũ homines adhibuerunt, & circumire cogebant. Duas molas molentes habebant monachi de Peris, quarum vna Sculteto, altera domino de Rapoltſtein ſeruiebat: ſed nec his farinam neceſſariam potuerunt miniſtrare. Vtebatur dominus de Rapoltſtein ſingulis diebus XII quartalibus. Hic ſex fratribus Prædicatoribus ſecum concluſis panem albũ pro ſex denarijs quotidie miniſtrabat. Coſta autem circumferentiæ hanc longitudinem comprehendit.

Solenne tentorium rex non erexit, nec prandia nec cœnas ſolennes faciebat: tantum XII vaſa vini & alia dominis quotidie miniſtrabat. Captus eſt dapifer hæc referens in equo, Marſcalcus quoq; regis, & nobilis quidam interfectus.

Tres ciues pauperes defectum diutius ferre nolentes, dixerunt: Propter Deum & iuſtitiam periculo nos committamus, & ciuitatẽ ad verum Dominum transferamus. Conſilium charis & fidis indicârunt, qui omnes approbârunt. Significant hoc regi, qui gauiſus auxilium promiſit. Ex ciuibus ditioribus multi pauperibus conſenſerunt. Hi omnes regi ſignificant, vt per baliſtarios ſuos cogat exire Columbarienſes, prouocando. Cùm autem domini ciuitatis fuerint egreſſi, claudemus portas, & dominos vobis committemus, ac deinde in ciuitatem vos mittemus ſine periculo. Rex, vt ciues conſuluerunt, fecit: ſed dominus de Rapoltſtein & Scultetus præmoniti, ciuitatem egredi noluerunt.

Secundò mandarunt regi, quòd domum circa diem proponerent incendere: & hominibus currentibus ad ignem, regem intrare permitterent violenter: ſed nec id ſucceſſit. Audiens hoc epiſcopus Argentinenſis, venit cum CC militibus, volens fideliter iuuare Columbarienſes. Cumq; ſenatores de his deliberarent: venit communitas ciuitatis, clamans: Nolumus plures homines introduci.

Seditio plebis Colmar. contra prſmores vrbẽ detimentes.

Dixerunt pauperes ſumptis armis: Ad cœmiterium conueniamus, & quod decretum fuerit, faciamus. Hoc facto, dixerunt: Claues portarum accipiamus, & cum diligentia conſeruemus. Decanus & Scultetus reſponderunt: Claues, cum volueritis, præſentabimus: volentes populi voluntatem impedire. Vulgus verbis eorum non acquieuit, & ad portas vrbis ſubitò corruerunt, claues à portarum cu-

stodibus petiuerunt. Claues à custodibus perterritis subitò exhibentur.

Habitis clauibus, ad Curiam, in qua morabatur dominus de Liechtenberg, subitò conuenerunt, violenter portas aperiunt, & dominum quærunt. Hic turbam armatorum videns, ad dominum de Rapoltstein declinauit, recitans quæ viderat & acciderant. Ambo perterriti ad fratres Minores diuertunt, consilium ab eis quærunt, quid agendum existat. Hi verò eis consulere nequiuerunt. Dominus de Liechtenberg cum decem viris, per murum ciuitatis quasi nudus euasit.

Post paucos dies cum XL equitaturis ad Rapoltstein venit, volens eos fideliter adiuuare. Ciues verò non crediderunt ei per omnia, sed claues fidelibus mandabant, neminem ingredi vel egredi liberè voluerunt. Dominus de Liechtenberg timens, ciues Rapperschuilre idem facturos quod Columbarienses, recessit ab eis, nec amplius eos iuuare voluit. Dominus de Rapoltstein in domo Minorum se continuit, & in quibusdam angulis latitauit.

Ciues Columbarienses, cùm Dominos in Curijs non inuenerunt, arma & equos abstulerunt. Serui dominorum aufugiunt, atque quò possunt sese abscondunt. Seruos inuentos ciues comprehendunt, ac in vincula conijciunt. Scultetus & filius cum quærentibus circumibant. Cui amicus quispiam dixit: Recedite de via, priusquam satellites regis vos comprehendant: statimq; recesserunt. Dominus de Rapoltstein vix tandem à quærentibus inuenitur, capitur & custoditur.

Colmaria Adolfo traditur.

Capto domino de Rapoltstein, claues portarum per honestum ciuem, dictum Rebmañ, cum ciuitatis dominio ad regem transmiserunt. Qua re gauisi sunt interni & externi, ac vniuersus regis exercitus. Dominus episcopus Argentinensis turbatus, ad suos se transtulit festinanter.

Ipsa nocte, dominum de Rapoltstein & cæteros captos ciues, Regi, id petenti, transmittunt. Non tradito Sculteto, indignatus Rex, per præconem proclamari iussit: Centum libras habiturum, qui Scultetum præsentaret. Timens valde Scultetus, pauperis vestem induit, clam ciuitatem egreditur, quatuor eum præcedentibus, vel sequentibus: vergens versus munitiones domini Argentinensis. Viam nouerat optimè, & Egesheim castellum in oculis habuit. Dum vsq; ad tertiam horam in syluis & deuijs aberrasset, occurrit ei mulier. Hæc duobus viris præsentem esse Scultetum ostendit. Hi gauisi, eum ceperunt, Regi præsentandum. Sed milites episcopi Basilienſis violenter Scultetum eripiunt, & in castrum Schwartzenburg transferunt. Hi duo viri regem adituri, obuio cuidam dixerunt, quid acciderit. Hic illicò Regi nunciat: cui Rex equum pro munere confert. Post hæc prædicti duo ciues Regi deferunt quid acciderit: regisque iussu à procuratore centum libras recipiunt.

Rosselmannus è fuga retractus.

Ab episcopo Basilienſi Scultetum Rex postulat: Episcopus dare recusat, irregularitatis timore. Promittit Rex animam Sculteti à corpore non separare.

Perfidi Rosselmanni pœna.

Rex Scultetum vilibus personis committit, iubet vt rotæ imponatur, & perticæ impositæ in castris & ciuitatibus erigatur, ac sic circumducatur, vt ab omni populo videatur: post vesperam deponatur, & custodiatur in cippo. Martyrium rotæ requiem reputabat. Custodes eum multis contumelijs affecerunt: ex eorum cyphis eum bibere noluerunt.

Rex bigam misit, vt Scultetum ad se deducerent: vestimenta Sculteti & rotam bigæ imposuerunt, & eum ad bigam ligatum currere post eam coëgerunt. Manum eius in modum iurantium ad stipitem ligauerunt, vt significarent, eum sæpius peierasse.

Pater huius dictus est Ioannnes Rósselman, etiam Scultetus Columbarienſis. Auus eius dictus est Waltherus Rósselman, de quibus suprà.

Anshelmus Rapoltsteinius bonis omnibus mulctatur.

Rex cum exercitu ad Gemar proficiscitur: dominus de Rapoltstein & alij capti vnà ducuntur, iudiciũ expectatur, precibus dominorum iudicium differtur. Res domini de Rapoltstein in tres partes diuiduntur: quarum vna domino Henrico, altera

altera filio fratris, tertiam ipse in suam traheret potestatem. Ob id hæredes omne ius in Gemere & hæreditatem in regiam potestatem tradiderunt.

Infra octauam sancti Martini, dominus de Rapoltstein, in equo catenatus, & triginta vel amplius serui, duobus curribus ligati, ducebantur. Cùm dominus de Rapoltstein Columbariam transiret, fletu & eiulatu cordis dolorem & amaritudinem indicabat. Ducuntur Brisacum, hinc in castrum Sueuiæ Acheln.

Parentes & liberi Anshelmi Rapolstenij.

Hic matrem habuit filiam comitis de Froburg, patrem cognatum domini de **Blanckenberg**, virum pulchrum, largum, mitem, benignum, omni laude dignum: hic iuuenis moritur. Mater fuit longa corpore, facie pulchra, crine candido, voce dulci, amabili, decora. Hæc cum bonis suis se ad claustrum Minorum prope **Schaffhusen** transtulit, vitam ibidem cum sacris virginibus consummauit. Filiam habuit vnicam, filios quinq; elegantes. Primus dominio malè præfuit: secundus verò peius: tertius iste Anshelmus præsidebat.

Cœnobium Paradisi.

Habebat plerunque triginta balistarios, homines tyrannos, quibus vicinos suos grauiter lædebat. Recepit enim homines ære grauatos alieno, & in malitia obstinatos, dicens, quòd seruus habens animam, nequaquam sibi seruire posset. Ob id Deus abstulit ei corpus, res, gloriam & honorem. CCC marcas in redditibus habebat, & tamen suos magnis exactionibus grauabat. A subditis quartam partem vini auferebat. Fratrem suum Henricum & filium fratris sui, de legitimis possessionibus expulit. Hoc vnum bene gessit, quòd claustrum sancti Ioannis in **Vnderlinden** fideliter defendit, quòd pater eius multis bonis, & iure patronatus sancti Martini, donauerat. Sororem suam in eodem claustro existentem, exaudiuit in omnibus.

Quid Adolfus recuperata Colmaria porrò in Alsatia egerit.

REGE negotijs circa Columbariam completis, viam suam versus Gemer & **Herstein** ditigire volente: occurrerunt ei ciues Argentinenses, ipsum suppliciter deprecantes, vt faceret pacem iuramento generaliter confirmari. Ad hæc Rex dicitur respondisse: Quando locum vestrum præcessi, hoc vos rogaui: sed vos pacem habere nullatenus voluistis. Nunc igitur vos defendite, si potestis. Secundam petitionem porrexerunt, dicentes: Domine Rex, rogamus vt castellum **Herstein** non obsideatis, quia nobis in maximum cederet detrimentum. Rex super hoc deliberato consilio respondit: Dominus in **Herstein** me diffidauit, res Imperij prout potuit, impugnauit: hunc & ego teneor impugnare. Vos verò in rebus non impugnabo: dummodò res inimici mei de vestris limitibus extirpetis. Ciues regi responderunt: Muros ciuitatis **Erstein**, pro satisfactione funditus euertemus. Rex respondit, Per hoc mihi non est satisfactum, quia volo corpus inimici mei, res, & omnia quæ possidet in regiam trahere potestatem. Ciues Argentinenses super his deliberauerunt, & quid sibi responderent inuenire minimè potuerunt.

Argentinenses pro Erstenio apud Cæsarē intercedunt.

Quidam de Consiliatijs confidentes in sua multitudine ac potentia, cæteris dixerunt: Opponamus nos ei, & possumus eum faciliter de nostris finibus extirpare. Ad hæc Scultetus: Ego explorando castra Regis fideliter circumiui, & vt mihi videtur, inueni plus quàm mille dextrarios, equis minoribus minimè computatis. Habet insuper Rex singulis septimanis atque mensibus de ciuitatibus homines multos, & si placuerit pauciores. Claudet insuper Rex Rhenum per principes quos habet, vt ad nos nihil poterit peruenire. Insuper claudet vias nobis, quòd commodè non poterimus ingredi vel egredi ciuitatem. Præterea, si exercitus regis requieuit prope **Herstein**, nos singulis diebus visitabit, & quicquid extra muros fuerit, totaliter deuastabit. Et vt mihi videtur, si obsessi rectè fuerimus, infra breue tempus in ciuitate ne tertia pars pauperum remanebit. Sed si multò pauciores haberet, quàm habeat, & potenter nos obsidere non posset. Hæc mala & maiora nobis faceret, possessiones nostras alienis traderet, & nos sine pugna penè nostris omnibus defraudaret. Præterea Rubiacam cum paucis hominibus obsideret, & illa propter homicidium militis Zedellarij nouiter factum in ea, sibi traderetur, & sic ciuitatem cum suis fautori-

bus obtineret, & fautores episcopi Argentinensis deleret. Sic Rubiacam in perpetuum retineret.

Cùm hæc & his similia ponderassent ciues Argentinenses, fideliter consuluerant Domino, quòd veniam à rege quæreret & obtineret: quia si non faceret, tota sua progenies de terra breuiter deleretur. Venerabilis D. Conradus de Liechtenberg episcopus Argentinensis in arcto positus, Dominum de Liechtenberg & comitem de Werde vocauit, & cum eis ad pedes regis humiliter se prostrauit, ab eo veniam cùm gratia postulauit. Rex misericordia plenus eos hilariter exaudiuit. Iniunxit autem rex domino præposito, dicto de Liechtenberg, & comiti de Werde, quòd secum in expensis proprijs pergerent, donec ampliorem gratiam ab eo ac Principibus obtinerent. Hoc facto, Rex ac Principes, ac ciuitatum rectores pacem pro viribus se facturos, iuramento fideliter firmauerunt.

Causa funesti belli inter Galliæ & Angliæ reges: in quo Cæsar Adolfus Anglorum partes sequutus est.

REx Franciæ filiam suam filio regis Angliæ desponsauit, & ei pecuniam multam & ciuitatem maritimam magnam atq; bonam, cum adiacētibus sibi dedit, quando eam filio regis matrimonio copulauit. Cùm iuuenis iuuenculam per tempus aliquod habuisset, iuuencula viam carnis ingreditur, liberi post matrem breuiter sequebantur & pater hæres efficitur paruulorum. Ciues verò ciuitatis quam rex Franciæ filio regis Angliæ cum filia tradiderat, ægrè tulerunt esse sub Anglis. Rogauerunt igitur regem Franciæ, vt dominium ciuitatis suprà memoratæ, quantocyus per euictionem ad se redire faceret, quia vellent ei in solutione pecuniæ pro posse suo voluntariè subuenire.

Audiens hæc rex Franciæ, regi Angliæ mandauit, vt ciuitatem memoratam, pro qua dare sibi vellet pecuniam competentem, sibi redderet. Gauisus rex Angliæ dedit regi Franciæ ciuitatem, sub certa pecuniæ quantitate. Rex Franciæ cùm ciuitatem traxisset in propriam potestatem, regi Angliæ promissa soluere recusauit. De hoc Angliæ rex indignatus, regem Franciæ annis pluribus infestauit.

Regnum Arelatense à Francis occupatum.

Circa idem tempus rex Arelatensis sine hæredibus moritur, & hæreditas ad regnum deuoluitur Romanorum. Rudolphus tunc temporis Rex extitit Romanorum, qui propter nimias occupationes, quas habuit in Teutonia, ad regnum Arelatense non poterat prouenire, vt illud in propriam potestatem traheret. Intelligens hæc rex Franciæ, mandauit Baronibus, quibus rex regnū Arelatense commiserat custodiendum, vt sibi Regnum in potestatem suam darent, alioquin totum Regnum cum armatis hominibus deuastaret. Custodes Arelatensis regni regem Franciæ supplicitèr rogauerunt, quatenus Regnum non suum deleret. Vellent enim voluntatem suam regi Romanorum demandare, & quòd Regnum contra voluntatem regis Franciæ non possent per tempus aliquod retinere, quia posset Regnum cum armatis hominibus faciliter deuastare. Cùm hæc & his similia custodes regni Arelatensis, regi Roman. demandassent: scripsit eis, quòd se defenderent vel componerent sicut possent, quia secundum temporis statum, non posset eis in aliquo subuenire. Hæc audientes Arelatensis regni custodes, regnum regi tradiderunt, tali conditione seu pacto, vt regi Romanorum regnum redderet, vel cum eo pacificè componeret, temporibus opportunis. Rex autem Franciæ, accepto regno, filiam cum eo matrimonio copulauit.

Fœdus inter Adolfum Cæsarem & Henricum Angliæ regem anno 1296.

Audiens rex Angliæ, quòd rex Franciæ regnum Arelatense regi Romanorum subtraxisset atque filiæ tradidisset: mandauit regi Romanorum Adolfo, quòd si vellet eum iuuare, quò ciuitatem quam sibi rex Franciæ subtraxerat, recuperaret: vellet eum, vt Arelatense regnum recuperaret, cum propria persona, cum hominibus, cum pecunia fideliter adiuuare. Audiens hæc rex Romanorum, gauisus Angliæ regi mandauit, quòd eum vellet fideliter adiuuare. Insuper mandauit, quòd

quòd homines multos habere posset, si eis victualia ministraret. Tunc Rex Angliæ misit regi Romanorum xxx millia Marcarum (vt retulit qui vidit) vt hominibus armatis necessaria ministraret. Acta sunt hæc anno Domini M. CC. XCVI.

Eo tempore rex Franciæ comitem Brabantiæ & cæteros adiutores regis Angliæ, pro viribus impugnauit, & magna suis intulit inimicis. Veneruntq; nudi bubunes, & agros benè seminatos euerterunt, & semina destruxerunt, & eos propter eorum multitudinem nullus poterat impedire.

Auditis his rex Angliæ transfretauit, & ad partes nostras, id est, in Brabantiam ad adiuuandum suos adiutores, in die decollat. S. Ioannis baptistæ, cum quingentis nauibus magnis, & sex millibus militum noscitur peruenisse. Tulit & pecuniam multis hominibus copiosam. Tulit enim secum septem millia librarum singulis diebus, quinq; annis exercitui ministrandam.

Cumq; rex Romanorum pecuniam regis Angliæ accepisset, misit de Alsatia in ciuitatem milites probos, qui Gallicorum insultus pro posse impedirent. Cumque septimanis aliquot fideliter laborassent, & impetum Gallorum fideliter impedissent: ciues eos odisse cœperunt, quia filias & vxores carnaliter dilexerunt. Ciues de communi consilio regi Franciæ mandauerunt, quòd si vellet eos de inimicis suis, id est, hospitibus, quos rex Romanorum in ciuitatem suam ob tuitionem collocauerat, liberare, interficere vellent eos, eisq; interfectis ciuitatem suam in ipsius tradere potestatem. Rex Franciæ respondit: Facite quod dicitis, & vestram voluntatem in omnibus adimplebo. Tunc ciues dixerunt: Domine, tali die milites vestros ad nostram ciuitatem dirigatis, & nos hospites nostros ad vos exire faciemus, & ipsis captiuatis vel interfectis, ad nostram ciuitatem veniatis, & eam in potestatem vestram dabimus. Ciues vt præordinauerunt, per omnia compleuerunt.

In hac interfectione occisus est Dominus Theobaldus, miles iuuenis, virtuosus, filius filiæ Comitis Phirretarum, & filius Conradi Wernheri de Hadstat, cum alijs glorioſis.

Proditores etiam hosti inuisi.

Post hæc Franciæ ciuitati nouos præpositos atq; magistratus præfecit, eisq; dicebat: Omnes maiores huius ciuitatis, mihi non sua dederunt, & Dominum suum spoliauerunt, morte digni sunt: mihi quoq; cras idem facient. Vnde perfidos capiatis, resq; eorum confiscetis, eosq; de medio tollatis, & ciuitatem funditùs euertatis, & regis voluntatem subitò compleuerunt.

Theobaldus Comes in Pfirt, præfectus Alsatiæ Cæsareus.

Rex Romanorum volens adiuuare regem Anglorum, in Alsatiam perrexit, D. Theobaldum Comitem Phirretarum aduocatum terræ constituit, & ad inferiores partes descendere festinabat. Cùm autem in Selecistat peruenisset, dicebatur ei, quòd episcopus Argentinensis insidias sibi posuisset, & quòd regem Franciæ iuuare vellet: per partes episcopi descendere non audebat, sed se in Brisacum transtulit, & in naui cum paucis descendit, in Germisheim peruenit, & sic de manibus episcopi se defendit.

Adolfus Cæsar Gallos infestat.

His gestis, mandauit rex comiti Phirretarum aduocato terræ, vt regem Franciæ fideliter impugnaret, quia & ipse in inferioribus partibus eum vellet impugnare, quod & fideliter adimpleuit. Congregauit enim exercitum magnum, perrexit ad Gallos, & eos atrociter infestauit. Cognati sui venerunt, eumque supplicitèr rogauerunt, vt eos à suis proprietatibus non deleret, insuper quinque millia librarum Tullensium porrexerunt. Ipse eorum precibus acquieuit, & ad propria redijt festinanter.

Pax inter reges Bonifacij Pontificis auctoritate conciliata.

Rex Romanorum cùm de Alsatia peruenisset ad terram inferiorem, congregauit exercitum, vt cũ rege Angliæ terrã regis Franciæ pro virib. demoliretur. Audiens hęc Papa, compassus hominibus, timẽs eorum occisionẽ, misit duos Legatos & Magistrũ

ordinis fratrum Prædicatorum,& Magistrum ordinis Minorum,ad Reges suprà memoratos, vt inter eos ad tempus facerent pacem, vel simpliciter concordarent. Cardinales cum duobus Magistris Ordinum litem regum, quibusdam nobilibus commiserunt, vt ipsi infra annum compositionem amicabilem inuenirent, quam Papa postea confirmauit.

Præfecti Imperialis Alsatiæ res gestæ.

ANNO M. CC. XCVII, Comes Friburgensis cepit ante festum sancti Martini plus quàm XL colonos imperij fraudulenter, diuites & honestos. Ex his fame quosdam perire sine omni gratia faciebat. Ex hoc aduocatus Alsatiæ comes Phirretarum, ciuitatibus Imperij mandauit, quatenus ad ipsum prope Brisacum peruenirent, imperij pauperes vindicare, & res comitis Friburgensis pro viribus deuastare. Qui circa festum Martini plures villas fortes, quas exercitus nullus vnquam inuaserat, intrauerunt, & fodinas argenti destruxerunt, & cultores eorum coëgerunt. Ad Friburgenses venerunt, sed eos lædere noluerunt, quòd cum ipsis pacem habere fideliter promiserunt.

Anno M. CC. XCVIII, circa purificationem pauperes quinq; mercatores Argentinenses Hagenoiam transiuerunt, quos ciues ceperunt,& Argentinensibus reddere noluerunt. De consilio autem episcopi Conradi de Liechtenberg Haginoiam obsidere firmiter proponebant. Deliberatione super hoc facta, misit episcopus Argentinensis Columbarienſibus literas,continentes, quòd ciues Argentinenses Haginoiam obsidere proponerent: propterea quòd ciues eorum cœpissent, & eos reddere noluissent. Ego verò quia fidelitatem eis seruare promisi, non eos audeo relinquere in hac parte, nec propter hoc volo imperialem inuadere potestatem. Columbariensis episcopo mandauerunt: Amici vestri fuimus, semper sumus,& esse volumus, in nullo vos lædere cupientes. Si autem Dominus noster vos lædere, & nos in adiutorium suum vocare voluerit, ipsum adiuuabimus diligenter, vestram super hoc indignationem minimè formidantes.

Hagenoia ab Argentinensibus obsessa.

Ciues Argentinenses v Idus Februarij, vt obsiderent Haginoiam, communiter exiuerunt, & prima nocte in via media pernoctabant. Sequenti die cum hominum multitudine peruenerunt. Cùm igitur ciuitatem paucis diebus obsedissent, & duo per ignem suburbia deleuissent,& aliquot homines occidissent: tunc quidam de Hagenoia multitudinem ciuium Argentinensium intrauerunt, & quosdam vulnerauerunt,aliquos occiderunt, & ad propria redierunt.

Episcopi Argent. superiores dissensiones Gestata. Sultzmat.

Audiens hæc comes Phirretarum, Imperij ciuitates conuocauit, & villas cum vallibus Argentinensis episcopi cum multis millibus deuastauit. Vallem Sultzmattin igni tradidit. Festo Valentini etiam Burggrauius castrum suum in eius tradidit potestatem. Cœmiterium in Gebliswire destruxit, & vinum ex vasis effudit, & cœmiteria Morsuilre & Chilishofen destruxit. Ciues verò in Eginsheim suburbium suum proprium exusserunt. Suburbium rubeum Rubiacense deleuit, & villam Suntheim, & domum dominorum Teutonicorum, scilicet hospitium aduocati Imperij, bubones incenderunt, & à suis defendere non valebant. Post hæc ad Sanctam Crucem perrexerunt, syluam præciderunt, & castrum cum multitudine hominum obsiderunt. Post Triburium turrim ligneam altam fecerunt,& ad fossatum cum violentia pertraxerunt, videntes interiores,quòd castrum defendere non valerent,castrum cum quibusdam conditionibus voluntariè tradiderunt. Post hæc episcopus Argentinensis intellexit in Rodisheim ortam seditionem, venit cum hominibus ad vnam portam, & vna partium tradidit sibi ciuitatem.

Domus Teutonica in Suntheim. Sancta crux oppidum.

De reprobatione Adolfi Cæsaris, & electione Alberti Habspurgensis ducis Austriæ in regem Romanorum.

QVIDAM ex principibus electorum Regis, scilicet, archiepiscopus Maguntinus, dux Saxoniæ,& dux de Brandeburc, videntes quòd Adolfus rex Romanorum nollet

nollet regnum ſecundum eorum regere voluntatem, taliter ſibi mutuo loquebantur. Adolfus rex pauper eſt in rebus pariter & amicis: ſtultus eſt: regnum ſub eo breuiter deficiet, in diuitijs & honore. Tunc vnus eorum dixit: Neceſſe eſt eius ſolutio procuretur. Alter dixit: mittamus Duci Auſtriæ defectus regis, rogantes, vt ad curiam nuntios mittat, literas noſtras cum defectibus regis ſecum deferat, eius abſolutionem promoueat diligenter. Dicatur etiam Duci, quod vt rex noſter efficiatur, omnes in eum pariter conſentimus. Tertius dixit: Sanum hoc conſilium ſubitò compleatur. Principes hi duci Auſtriæ voluntatem ſuam ſubitò transmiſerunt. Dux Auſtriæ literis his ac nuntijs viſis, gauiſus eſt valde.

Haigerlochius exauguationis Adolfi Cæſ. causâ Romam miſſus.

Poſt hæc miſit dux Auſtriæ cognato ſuo domino comiti de Hegirloch literas ac nuntios, mandans ſibi, quatenus ad ipſum veniret feſtinanter. Comes Albertus cognatus Ducis voluntatem eius voluntarius adimpleuit. Comes Albertus cùm ad ducis præſentiam peruenisſet, dicebat: Ecce domine, adſum, quid placet vobis, faciam? Qui dixit: Cognate ecce XVI millia marcarum pecuniam ſuſcipias, Romam velociter pergas, & literas principum electorum regis, quas pro regis electione Papæ transmittunt, vt ſigillentur, promoueas diligenter. Is Romam adijt, iuſſáq; compleuit: Papæ Cardinalibusq; cauſam pro qua venerat, recitauit. Qui (vt dixit) literas quaſdam tradiderunt, & ad propria pergere permiſerunt. Tenorem literarum omnis homo ſimpliciter ignorauit. Hæ literæ Papæ, ſupradictis electoribus regis ſubitò tranſmittuntur.

Principes his viſis literis Papæ, conuenerunt, & colloquium ſeu Curiam in feſto ſanctorum Philippi & Iacobi pro regni negotijs edixerunt, & regem Adolfum, & ducem ſpecialiter vocauerunt.

Audiens hæc Adolfus rex, nuntios miſit ad Curiam, vt literas ducis Auſtriæ ſeu principum electorum regis irritas facerent aut delerent. Cùm nuntij regis ad Curiam peruenisſent, & Papæ regis negotia reuelaſſent, taliter reſpondit: Neque dux Auſtriæ neque principes ad petitiones quas porrexerunt à me literas poterant impetrare. Si autem literas aliquas obtinuerunt, hoc per me non fecerunt: quia hoc dic me penitus ignorare, & verbis meis credatis, dicatisq; ſecurè Regi, vt veniat ad me, & ipſum in Cæſarem conſecrabo. Auditis his, nuntij regis ad propria redierunt.

Comes Albertus de Haigerloch, cognatus ducis Auſtriæ, cùm literas obtentis in Curia Duci demonſtraſſet, & eaſdem poſtea principibus, electoribus regis tradidiſſet, ciuitatibus quæ ſunt in Sueuia damna multipliciter inferebat. Quod cùm per tempus ſuſtinuiſſent, & defendere minimè potuiſſent, conuenerunt & coniurauerunt, fidelitatem ſibi mutuam promittentes. Poſt hæc ſimul egreſſi, caſtellum quoddam pariter obſederunt, violenter obtinuerunt, & totaliter deſtruxerunt. Poſt hæc ciuitates audaces effectæ, res Comitis viriliter impugnabant, expugnatisque quatuor caſtellis, funditus euerterunt, & eum de rebus proprijs fugere coëgerunt.

Albertus ad Imperiũ vocatus armatus comitia petit.

Dux Auſtriæ vocatus, cum infinita multitudine Vngarorum & Cumanorum venit, qui omnes pugnare cum ſagittis & arcubus conſueuerant. Habuit ſecum Auſtrales, qui armis ferreis vtebantur. Igitur rex Adolfus contra ducem Auſtriæ cum magna multitudine venientem, in occurſum currit, cum hominum armata multitudine copioſa. Armati reputabantur qui galeas ferreas in capitibus habebant, & qui Wambaſia, id eſt, tunicam ſpiſſam ex lino & ſtuppa vel veteribus pannis conſutam, & deſuper camiſiam ferream, id eſt veſtem ex circulis ferreis contextam, per quæ nulla ſagitta arcus poterat hominem vulnerare. Ex his armatis centum, inermes mille lædi potuerunt. Habebat & multos qui habebant dextrarios, id eſt, equos magnos, qui inter equos communes quaſi Bucephalus Alexandri inter alios eminebant. Hi equi cooperti fuerunt coopertarijs ferreis, id eſt, veſte ex circulis ferreis conexa. Aſſeſſores dextrariorum habebant loricas ferreas, habebant & caligas, manipulos ferreos, & in capitibus galeas ferreas ſplendidas & ornatas, & alia multa, quæ me tæduit enarrare.

Priſca armatura.

Dextrarij.

Exercitus Regis inuadere Ducis exercitum voluntariè voluiſſet, ſi locorum opportunitas affuiſſet. Dux fugiendo ab Vlma, vſq; Waldishut regis exercitum dereliquit, & Rex eum perſequi deſiſtebat.

Post hæc significauit dux Austriæ Principibus electorib. qui colloquium condixerant festo Philippi & Iacobi prope Franckinfurt, quòd ad id propter impetum regis Romanorum non posset commodè peruenire. Quapropter rogauit, vt hoc in alteram transferrent. In hoc subitò consenserunt, quia & tribus vicibus transtulerunt.

Exeunte duce Austriæ terram suam, venit ad eum dux Bauariæ, eiq; amicabiliter dixit: Socer meus petiuit à me, quatenus eum in necessitatibus cum suis fideliter adiuuarem. Ego verò, vt me decuit, exaudiui. Rogo igitur quatenus me in hoc casu habeatis excusatum. Dux dixit: Frater mi, adiutores habeo multos, vnde faciet tibi videbitur expedire. Audiens hæc Comes Albertus cognatus ducum, dixit consanguineo: Scias cognate, quia socerum, me contradicente, non poteris visitare. Si verò socerum tuum visitaueris, tibi validè contradicam. Dux Bauariæ plus quàm ccc milites habens, ad socerum suum Adolfum regem Romanorum versus Alsatiam declinauit. Occurrit autem ei cognatus suus, Comes Albertus de Hegirloch, cum militibus multis, & Ducem cognatum suum capere nitebatur? Milites verò ducis eum fideliter defenderunt. Post longam concertationem, comes Albertus læsus de dextrario cecidit. Videntes rustici suum dominum cecidisse: ad ipsum conuenerunt, multos dextrarios confoderunt, vt dominum suum à mortis periculo liberarent. Milites videntes se dextrarios amisisse, subitò conuenerunt, rusticos gladijs inuaserunt, & penè ccc occiderunt, plurimos vulnerauerunt: reliqui perterriti, ducē Bauariæ pergere, quò voluit, liberè permiserunt. Comes verò Albertus de Hegirloch obijt cum cæteris interfectis.

Comitis Alberti de Hagerloch fatum.

Cùm dux Austriæ in Waldishut oppidum peruenisset, rex Adolfus declinauit in Alsatiam, volens duci viam præcludere descendenti. Dux audiens regem Adolfum in Alsatiam descendisse, in Friburgum & ipse subitò declinauit. Ciues autem Friburgenses ipsum intrare ciuitatem cum armatis hominibus renuerunt. Adolfus rex intelligens, ducem Friburgum peruenisse, castellum Kencingen perrexit, Duci descendenti viam obstructurus. Dux intelligens in Kencingen se regem transtulisse: descendit & ipse, ac sua tentoria prope regis tentoria collocauit. Exercitus sibi mutuo loquebantur, sed ad se peruenire, propter aquæ transitum, non valebant. Regis exercitus penuriam panis interdum patiebatur, quia ciuitas Brisacensis & Columbariensis pinsere panem sufficientem exercitui non valebat.

Adolfus Austrium transitu prohibere conatur.

Kentzinga oppid.

Hiltibrandus dapifer de Bappinheim, vir iuuenis, fortis, nobilis ac diues de exercitu Regis, fratrem visitans in treugis de exercitu ducis, occiditur faudulenter, circa Kalendas Maij: per Prædicatores in Columbariam ducitur, & apud eosdem solenniter sepelitur. Dominus de Bercheim, & dominus de Hagineck, ductores bigarum sedecim, quæ exercitui necessaria portabant, ab inimicis superuenientibus capiuntur.

Hiltebrandus de Bappenheim.

Cum rex Adolfus cum grandi exercitu penè diebus quatuordecim prope Kencingen quieuisset, nihilq; esset notabile perpetratū: emit à domino de Vsinberch castellum Kencingen, obligans ei vallem S. Gregorij, cum castro Blixsperg, vt posset habere liberum aditum ad ducis exercitum veniendi. Audiens dux, treugas ratione componendi petijt, & vnius diei inducias impetrauit. Dux circa principium noctis illius, cum militibus suis versus Rinaugiam declinauit, & ipsos alij silenter & velociter sequebantur. Circa diem castra pauperes succenderunt, & post suos dominos velociter abierunt. Ducis tabernaculis succensis, quidam ex militibus regis, ducis pauperes persequi voluissent, sed alij dissuaserunt, quia in treugis & pacis tempore recesserant. Insuper dicebant: Hac nocte ducis milites quieuerunt, & nos cum ad eos lassi & dispersi venerimus, sine labore capient vniuersos. Post hæc in Argentinam dux peruenit.

Albertus fuga sibi consulit.

Vigilia natiuitatis Ioannis Baptistæ, cycli Lunaris VII, tres electores regis Romanorum, Moguntinus, Brandeburgensis & Saxo, Moguntiæ conuenerunt, campanas compulsauerunt, populū conuocauerūt, quędam quæ fecerant, quædā facienda fideliter retulerunt. Ascenderunt igitur in ecclesiam, facies suas vertētes ad altare, manus suas eleuauerūt, per Deum viuentē iuraueruntquod cū ante sex annos regnū

Albertus Austriacus, rex Rom. Moguntiæ designatus.

Rege

Rege caruerit Romanorum, nos electores tres, ex parte nostra, & ex parte reliquorum Electorum, qui in nos eligendi vota sua transtulerunt, iurè ac canonicè Adolfum de Nassowe, tunc non cognoscentes meliorem, in regem elegimus Romanorum. Post electionem suam Adolfus rex sapienter se tenuit, electoribus atq; prudentibus acquieuit. Post breue tempus sapientum consilia spreuit, iuuenum consilijs acquieuit, & regenda minimè terminauit: diuitias per se non habuit, nec amicos, qui eum vellent fideliter iuuare. Electores videntes hos defectus regis, & plus quàm viginti alios: papæ significauerunt, rogantes, quatenus ipsum nobis dare auctoritatem absoluendi, & alium confirmandi vellet. (Id obtinuerant, vt à pluribus dicebatur: nuncij verò Adolfi regis dixerunt, quòd his Papa simpliciter contradixerit.) Auctoritate igitur nobis commissa, Adolfum regem insufficientem inuenientes, absoluimus eum à regiminis dignitate, & dominum Albertum ducem Austriæ, in dominum & regem eligimus Romanorum, & potestate nobis tradita similiter confirmamus, & *Te Deum laudamus* solenniter cantauerunt. Cur.que Dux præsens non adesset, extra ciuitatem ad tabernacula perrexerunt, & ibi pannum pretiosum supra equum proiecerunt, regemq; desuper sedere præceperunt, & *Te Deum laudamus* cum magna lætitia cantauerunt.

Ciuitatum ciues hunc regem deriserunt, & ei nullatenus parére voluerunt, eiq; vendere necessaria renuerunt: regem Adolfum pro rege tenuerunt, & ei necessaria præbuerunt, fidemq; ad ipsius obitum vsq; tenuerunt. Post mortem Adolfi regis, ciuitates Albertum ducem Austriæ electum regem à principibus, subitò pro suo domino receperunt, & in omnibus paruerunt.

Dux Argentinæ exercitum suum pro magna parte proprijs pauerat expensis, ibiq; septimanis circiter quinq; quieuerat: quia neq; ad dextram neq; ad sinistram commodè poterat declinare. Post hæc cum paucis ad archiepiscopum Moguntinum descenderat, & exercitus eius eum, sicut potuit, sequebatur. Audiens rex, Ducem cum paucis Moguntiam peruenisse, Rubeacensem reliquit obsidionem, in Brisaco Rhenum transiuit, & ad inferiores partes venire, quantò plus potuit, festinauit.

Cùm Albertus dux Austriæ de Argentina recessisset, duxit secum triginta naues bonis quibusq; oneratas, quas ibi si non obtinuisset, in inferioribus partibus obtinere minimè potuisset. Ciuitates enim sibi necessaria vendere noluerunt. Obsedit autem dux Alcinache castellum, illiq; se sub conditione tradiderunt, vt si infra octo dies non liberarentur, vt in potestatem Ducis liberè transferrentur. Rex hæc intelligens, descendit, vt obsessos restitueret pristinæ libertati. Tanta autem fuit in Ducis exercitu caristia, quòd panis vix valens denarium, pro sex denarijs vendebatur. Rex prope Alcinache sua tentoria collocauit. Tantæ autem potentiæ ac multitudinis exercitus regis extitit, vt Ducis exercitum facile vicisset, si eum sui dolosi (vt dicebatur) consiliarij permisissent.

Octaua sancti Ioannis baptistæ, archiepiscopus Moguntinus & dux Austriæ in penuria fuerunt, quia ciuitates imperij eis necessaria vendere noluerunt. Tunc ad inuicem dixerunt: aliquantulum fugiamus, vt inimicos vincere valeamus. Tunc archiepiscopus suos armare se fecit ad dimidium miliare, ibiq; Ducis exercitum expectare. Dux verò suis dicebat: Præparate vos ad pugnandum atque ad recedendum. Cumq; se præparassent, recesserunt atq; tabernacula succenderunt. Dux processit à loco, quo tentoria fixerat, ad dimidium miliare, volens ibi cum exercitu regis dimicare. Videns exercitus regis castra Ducis succensa: consiliarij subitò venerunt, Ducis gesta, secundum quod apparuerunt, fideliter retulerunt, dicentes: Dominus archiepiscopus cum suo comitatu hodie mane de Ducis exercitu recedebat: nunc dux, sicut fecit in Kencingen, idem quoque facere disponit, & animam suam atq; suorum cogitat à mortis periculo liberare.

Adolfus Albertum Argentina progressum insequitur.

Rex credens consiliarijs infidelibus, tanquam fidelibus acquieuit, suis arma sumi præcepit, fugientes persequi fideliter adhortatur. Rex cum paucis primus paratus ad prælium, Ducem persequitur confidenter. Dux videns regem cum paucis venientem, securus de victoria, dicebat: Exercitus meus in tres partes diuidatur, & Regis exercitus ad medium mei venire, sine obstaculo permittatur.

Cùm autem in nostra peruenerit, à nostris circumdetur, & rex in primis capiatur, vel velociter occidatur, equi inimicorum lanceis perfodiantur, assessores eorum sine læsione corporum capiantur. Sicut Dux suis dixit faciendum, sic omnia fideliter perfecerunt.

Ad bellum Dux cum signo peregrino processit, proprium verò suum pluribus committebat. Rex verò cum signo proprio dimicauit, malens sub signo proprio capi vel occidi, quàm inimicis tradere sanguinem innocentum. Cùm Rex cum suis ad Ducis exercitum peruenisset, & Ducis exercitum in tres partes diuisum, & ad prælian dum non fugiendum considerasset, dixit eum sequentibus cum dolore: Væ; amici nostri, imò potiùs inimici manibus inimicorum nostrorum sine misericordia nos tradiderunt. Si enim fugiamus, omnes perditi sumus: si verò pugnauerimus, quis rei euentus eueniat, penitus ignoramus. Tunc dixit filio suo: Recede à me, quia inimici mei non me viuere patientur. Tunc filius dixit: Pater, quocunq; perrexeris, ero tecum, in mortem pariter & ad vitam. Rex cum signis regijs atq; vexillo regis, cum militibus melioribus quos secũ habuit, ad vexillum Ducis sine pugna & obstaculo peruenerunt. Occurrit primò regi ferens insignia Ducis, quem ferociter aggreditur, & velociter interfecit. Occurrit & alter Regi, qui per interfectionem regis magnam pecuniam deseruisset: hic gladio Regem petens, in ipsum irruit vehementer. Cum hoc Rex diutius dimicat, tandem verò ipsum vulnerauit: qui de equo cecidit, & equorum pedibus conculcatur. Post hæc regem plures pariter inuaserunt, à quibus omnibus, vt homo desperatus, viriliter se defendebat. Tandem equus regis in anterioribus pedibus vulneratur: tum rex & equus pariter ceciderunt. Post hæc rex percutitur atq; vulneratur, & sic in Domino requieuit. Dux suis præcepit, quòd præter regem nullus hominum læderetur, sed tantùm equi mortis supplicio traderentur: quod fuerunt fideliter exequuti. Interfecti fuerunt duo millia, triginta quinq;, vt quidam retulerunt. Alij dixerunt, quòd equorum interfectorum fuerint tria millia cõputata. Ex hominibus occisi fuerunt centum, & non amplius computati. Excoriati fuerunt ipso die omnes equi, vt plurimi retulerunt.

Adolfus Cæsar in acie cadit, Suscente Alberto.

De nonnullis ab Alberto Cæsare gestis.

ANNO M. CC. XCVIII, rex Romanorum Albertus, in octaua Martini, in Nurenberg Curiam solennem celebrauit, ibiq; regina more debito coronatur, & penè omnes Electores præsentes extiterunt. Ibi dignitas cuiuslibet domini coram Rege solenniter recitatur, & quilibet dominorum Regi in officio suo, sicut debuit, ministrauit. Rex verò Bohemus cum pretiosissima veste & equo, qui ad mille marcas æstimabatur, sedens, in cypho aureo sibi porrexit. Audiens rex Albertus, quòd pater suus Rudolfus rex in die anniuersaria sua, vt eius haberetur memoria, minimè contulisset: contulit eis L. librarum redditus, vt in altari, quod in ecclesia eorum constituxerat, quotidie Missam dicerent aut cantarent.

Conuentus imperialis Norimberga.

Anno M. CCC, Comes de Holandia, vir iuuenis & fortis, habens in matrimonio sibi coniunctam iuuenculam nobilem & facundam, ad mensam pariter sederunt hilares & iocundi. Hi toxico perierunt pariter innocentes. Horum Comitatum vsurpauit Comes Hanogogiæ velociter & potenter. Hæc audiens Albertus rex Romanorum, mandauit comiti Hanogogiæ, quòd has res contra iustitiam possedisset, & eas dari sibi liberè, postulabat. Comes hæc facere simpliciter recusabat. His rex Albertus auditis, exercitum cõgregauit, & Comitem obsidere velociter cogitauit. Cùm rex prope Coloniam cum exercitu peruenisset: quidam eum interficere voluerunt. Hæc quidam ex consanguineis regis intelligentes, statim miserunt ei nuntium: Nisi ad nos ante prandium veneris, in prandio morieris. Hæc rex cùm audisset, ascendit dextrarium & fugit velociter ad cognatos. Pauci autem ex suis, quos rex vocauit, velociter sequebantur. Postquam ad suos peruenit, fuerunt insidiæ patefactæ.

Bellum comitatus Holandiæ cãtà.

His sic gestis, vocauit rex suos, eisq; dicebat: Ad terram meam redire dispono & quò eò perueniam, mihi consulite. Qui dixerunt: cum multitudine militum potestis terram vestrorum inimicorum velociter pertransire. Rex militibus dicebat: Præparate

parate ergo vos, me ad meos cum potentia perducendum. Qui dixerunt: Domine, deficiunt nobis expensæ, & ideò vobiscum pergere non valemus. Rex dicebat: dabo vobis mille quingentas marcas, vt me ad propria perducatis. Milites dixerũt: voluntariè faciemus. Ascenderunt milites dextrarios suos, & regem ad suos cum lætitia perduxerunt: quò cum peruenisset, dedit militibus pecuniam quam promisit.

Cum regi visum fuisset, quòd Rhenũ potenter teneret, & se confirmatũ crederet; mandauit archiepiscopo Moguntino, archiepiscopo Colonienſi, atq; cæteris accipientibus telonium supra Rhenum, ne incurrerent in indignationem regiæ maiestatis. Episcopi regi responderunt: telonia nostra longo tẽpore debitè accepimus, & antecessores nostri longo tẽpore receperunt, & eos reges Romanorũ minime turbarunt. Vnde & nos hæc telonia nolumus voluntariè resignare. Rex his auditis, significauit Papæ, quòd domini archiepiscopi supra Rhenũ fluuium per telonium iniustas exactiones facerent, & totam terram grauiter perturbarent. Episcopos papa corrigere tardauit. Rex tamen quomodo eos suis corrigeret, cogitauit, & de consilio suorum eos diffidauit. Non post multum temporis Rex in Moguntia corã quibusdam Principibus super futuris grauaminibus solenniter appellauit.

Albertus Princeps Rheni telonijs graues arguit.

Eodem tempore filij sororis Regis & ducis Bauariæ, scilicet Rudolfus & Otto, litigabant inter se pro dominio, & senior iuniorem de paternis possessionibus expulit violenter. Tunc iunior se contulit ad Regem Romanorum, senior verò confœderauit se archiepiscopo Moguntino. Iunior rogauit regem Roman. vt eum secundum iusticiam promoueret. Dixit ei Rex: accipe tuos amicos, egoque mittam tibi de meis hominibus, & fratris obsideas ciuitatem: atq; hanc Regis voluntatem iunior adimpleuit. Cumque dux Otto ciuitatem diebus pluribus obsedisset, nec dominus archiepiscopus liberare eam potuisset: venit rex Romanorũ, ciuitatem potenter obsedit, & obtinuit violenter. Cumque Dux multas munitiones perdidisset, & liberare eam minime valuisset, tunc regi res & corpus simpliciter conferebat. Rex verò inter fratres, vt placuit, diuidebat. Existens autem in obsidione rex, res domini archiepiscopi Moguntini potenter inuasit, & dicebatur multas ciuitates & villas in cinerem redegisse.

Dissidium inter fratres Bauariæ duces.

Post hæc acceptis illorum Ducum hominibus, ad ciuitatem quæ dicitur Bingin, cum lætitia se transferebant. Quam cum obsedissent, misit eis rex Franciæ Gallicos multos, qui ciuitatem viriliter impugnabant: tamen inter omnes nationes Alsatæ laudabilius faciebant. Erat hæc ciuitas munita valde: habebat enim ex vna parte aquam, id est Rhenum, per quem naues magnæ sine periculo non poterant pertransire. Habebat ex altera parte aquam magnam, quæ sine nauibus, sine periculo non poterat pertransiri. In tertia parte sui habuit castrum forte, in Lapide situm, quod nõ poterat subfodi nec expugnari, sine laboribus maximis & expensis. In quarta parte habebat fossam profundam, murum fortem & altum, portam & terram quæ non poterat faciliter expugnari. Habebat homines fortes, quinq; Comites & electos eorum, qui exercitati fuerant in prælijs, & alios quingentos, qui si in campo plano fuissent, & circa se sepem habuissent, ab infinita hominũ multitudine sese diutius defendissent. Rex habebat homines nimios, ita vt antiqui patres dicerent: nunquam vidisse eos talem & tantam militiam congregatam. Seruorum autem pauperum, qui dicuntur bubij, tanta fuit multitudo, quòd regi dicebant: Domine, date nobis res in ciuitate, & vobis eam trademus sine læsione ac detrimento in vestram potestatẽ. Rex hoc renuit facere, vt res inimicorum suorum ad libitum deuastaret.

Albertus Moguntinũ bello petit.

Binga opp.

Expugnauit rex hanc ciuitatem per duo vasa concaua, quæ faciebant artifices sapientes: Vnum vas Cattus vocabatur, aliud Cancer. Erant hæc vasa longa, quadrata, demissa, ex omni parte laterum clausa. Versus terram nullum munimen habebãt, sed versus cælum de tabulis fortibus & spissis tectum, machinarum lapides minime metuebat. Per duo vasa hæc fuit ciuitas faciliter expugnata. Cattus leue vas erat, & faciliter trahebatur. Cum hoc vas ad ciuitatem fuisset perductum, *signa quędam pro pedibus sibi fecerunt, vt ad murum per fossatum possent faciliter peruenire. Cum ad murum peruenissent, iuuenes de ciuitate egressi Catto pedes succiderunt, & in fossatum cadere coegerunt. De hoc rex fuit non modicum perturbatus.

Cattus & cancer instrumenta bellica.

**fortè ligna aut tigna.*

Cancer Romanus deuictus.

Post hæc Cancrum ad ciuitatem perduxerunt. Fuit cancer instrumentum magnum, forte, pariter & ponderosum. In eo erat trabs magna, pariter longa, in vna parte grossa, in altera parte parua. In grossiori parte siue in capite, fuit ferro forti circumdata, & in fronte ipsius Cancri fortissimè colligata. Trabs hęc super quædam instrumenta iacuit, quòd faciliter moueretur. Hic Cancer cum ad murum peruenisset, octo in circulos qui in trabe erãt, funes immisissent, ex paucis ictibus pro magna parte cadere coegerunt. Vno etiam ictu turrim tetigerunt, & in tantum læserunt, quòd ruinam fortissimè minabatur. Hospites videntes murum cecidisse, timuerunt: proin omnes machinas & instrumenta quæ fecerant ad defendendum ciuitatem, velociter deseruerunt, & in castrum se cum festinantia receperũt. Post hæc ciues se cum paucis conditionibus tradiderunt, quod & circa principium libenter fecissent, si eis hospites permisissent. Cum obsessa ciuitas fuisset, Scultetus hospitibus dixerat: Vos domini, quid oportet nos facere? Melius esset vt res & corpora possideamus, quàm vt cum nostris omnibus pariter pereamus. Tunc hospites pariter irruerant & eum miserabiliter occiderant.

Fuerunt equi phalerati seu dextrarii seu militum, præter aliorum hominum M.M C C. in hoc exercitu numerati. Hominũ tanta fuit multitudo, quòd non poterant computari. Obsessa est hæc ciuitas Bingin ex parte Rheni, quia totus Rhenus repletus nauibus erat, & via patuit transeuntibus. Fuit & obsessa ex parte altera, qui etiam eos grauiter infestabant. Ex parte terræ fuerunt obsessi per Cattum atq; Cancrum, quia solus Cancer quingentos homines occupabat.

Anno M. C C C. 11, rex misit solennes nuntios ad Papam, scilicet episcopum Tullensem atque suum Cancellarium, cum magnis expensis, qui ante festum sancti Ioannis baptistæ cum literis clausis redierunt, quę statim lectæ non sunt, quia rex cum suis legere timuerunt.

Circa festum Mariæ Magdalenæ, Albertus rex cum hominibus Austrię, Bauarię, Vngariæ, Bohemiæ & superioris Rheni hominibus Coloniam perrexit, & res triũ archiepiscoporum, & aliorum episcoporum suorum aduersariorum ad libitum deuastauit. Dixit enim se Holandiam atq; Flandriam breuiter peruenturũ. Inimici regis plurimùm vexati, cum rege composuerunt, & homines cum nauibus Rhenum ascendere ac descendere liberè permiserunt.

Monachi, nobilis Basil. familia.

Nuntij regis Alberti, quos superiore anno ad Papam Romam miserat, nempe duo milites & tertius miles clericus, in Iure plurimùm versatus, circa Purificationem redierunt, & ad Reginæ præsentiam peruenerunt. Regina verò vnum ex eis, Monachum militem, festinanter ad regem transmisit, rogans suppliciter, quatenus subitò dignaretur ad eius præsentiam venire. Hoc rex subitò adimpleuit.

Venerunt nuntij regis Romanorum infra octauam Ioannis baptistæ Columbariam, dicentes, quod Papa in consistorio coram pluribus millibus hominum dixisset, quòd rex Romanorum esset verus, & in gratia sua: & quando veniret, sicut rex teneretur, vellet eum consecrare in Cæsarem.

FINIS. CON-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 136;Leibn. Marg. 136, Stück 2, [68] - 62

CONRADI VECERII, REGII SECRETARII, DE REBVS GESTIS IMPERATORIS HENRICI VII, LIBELLVS.

HISTORIAM *quisquis aggreditur scribere, eam maximè virtutem tacitè polliceri videtur, vti fide nitatur assertio: pusillumque interest, munus ne cõmemorandi res gestas, integritatis suæ cõscius, vltrò quis suscipiat; an publicandorum potestatem actorum Cæsaris permissu nanciscatur. Atq; eò magis, quòd hunc quum seligit Princeps, non illud agit, vt bonum grauemq; velut efficere (quis enim præter immortalem Deum cuiquã probitatem conferat?) sed quo veracem videri iniunctione mandati testetur. At historicus vt primùm res memorandas commendare posteritati decreuerit: primùm omnium de moribus suis ipse videtur iudicium facere, seq; eum promittere, qui & fideliter & accuratè cogitata prompturus sit. Has res ego mecum etiã atq; etiam reputans, quanquam non ignorabam propensiorem illico fore lectorem ad carpenda quæque recentia, quàm comprobanda: sperare tamen cœpi fieri posse, vt quum singularem regem describendi caussa assumptum cognouisset, institutum nostrum boni consuleret. Namque & res dignæ videbantur, quæ referrentur in literas, & extabat qui ante nos id fecisset nemo, quod equidem nouerim. Tum necessitudo patriæ me vel maximè impulit, nõ ea quidem, vt Principis nostri facta plus æquo prædicarem: sed quæ apud varias sparsim gentes & barbaris linguis, & per partes legi compereram, in corpus libri cuiuspiam Latini possem redigere, omni interim soli natalis affectione sepositæ: alioquin nec veterum cuiusquam acceptanda esset industria: qui quum regum res maximis voluminibus posteritati traderent, eorum ipsorum tamen quos perscribebant & clientes & populares habebantur: adeò quæ ex officio gerimus, ab ijs quæ fortè priuatim q; fiunt, distinguuntur. Nunc ad inceptum redeo.*

QVI maiores imperatori Henrico, aut omnino parentes fuerint, quanuis curiosa vestigatione cognoscere non potui: sed & vxor illi quæ cuiasque fuerit, itidem prope in ambiguo est. Ipse, quod constat, Luceburgiæ comitatum hæreditate obtinuit. Romam profectus, & Balduino fratri Treuirensis ecclesiæ archiepiscopatum confecit, & summis antistitibus ac bono cuique, sapientiæ & comitatis ingens argumentum edidit. Fuit autem olim Luceburgia Treuirorum portio, idque vt credam, propinquitate locorum adducor. Hanc postmodum Henricus Romano admotam imperio, Ducariæ dignitatis insignib. exornauit. Situs eius ab Arduennæ syluæ termino, quatenus hodie appellationem obtinet, ad Mosellam fluuium, cuius amnis, Burdegalensis Ausonius carmine satis prolixè meminit, finitimarum ditionum his limitibus cingitur: Gallico, Lotaringo, Metensi, Treuirico, Iuliaceno, Leodio. Oppida non amplius nouem: maior quondam numerus. Sed eum & pia (vt aiunt) Henrici liberalitas, tribus municipijs Sareburgo, Vitelliaco &..... Treuirorum maximo templo donatis, & Gallica bella coarctarunt. Gens potiore ex parte Germanica: regione tamen Galliam spectante, eius quoque nationis moribus linguaque vtens. Hæc de Henrici origine patriaque, tametsi pauxilla, tenuitatem confesso premittere placuit.

Regionis Lucelburgensis chorographia.

Quanquam non me præterit, circumferri iampridem libellum vernacula lingua conscriptum, de fœminæ Melyssinæ præstigijs, octauo quoque die pubetenus in anguem commutari solitæ, quam inter maiores Septimi nostri connumerare nitũtur. Eum vt nec approbare, ita nec refellere animus est. Cur enim nõ veneficia fieri posse concesserim, dum si tradantur vt veneficia. Quis enim non illa fascina legens obstupescat, neque tamen protinus tanquam conficta repudiet?

Melusina de Lucelburgensi prosapia.

Scylla venit, mediaque tenus descenderat aluo,
Cum sua fœdari latrantibus inguina monstris
Aspicit: ac primò non credens corporis illas
Esse sui partes refugit —— Et
Cerboreos rictus pro partibus invenit illis.

Ouid. Metamorph. 14.

Virg. AEn. 4. Sed à fabulante Poeta eos versus exaratos obijcies? Historiam accipe.

Hæc se carminibus promittit soluere mentes
Quas velit, asst alijs duras immittere curas,
Sistere aquam fluuijs, & vertere sydera retrò:
Nocturnosq; ciet manes: mugire videbis
Sub pedibus terram, & descendere montibus ornos.

Alius quoque eiusdem professionis scriptor, hunc in modum cecinit:

Lucanus 6. *Mens hausti nulla sanie pollutæ veneni,*
Incantata perit.

Liber & testimonium, quanquam non admodum diffinitum, vnius è nostris sapientibus afferre in medium. August. 16. de ciuit. Dei. *Hæc vel falsa sunt*, inquit diuus pater Augustinus, *veltam inusitata, vt meritò non credantur. Firmissimè tamen credendum est, omnipotentem Deum omnia posse facere quæ voluerit, siue iudicando siue præstando: nec dæmones aliquid operari secundum naturæ suæ potentiam (quia & ipsa angelica creatura est, licet propior sit vitio, maligna) nisi quod ille permiserit, cuius iudicia occulta sunt multa, iniusta nulla. Nec sanè dæmones naturæ creant, si aliquid tale faciunt, sed specie tenus, quæ à Deo vera sunt creata, commutant*, &c. Quid? an non consonantia, de ortu maximorum quondam Principum aliorum, traduntur? Alexandrum nempe Macedonem, complexu Olympiæ matris draconisque, genitum, ideoque appellatum fuisse Hammonem? Scipionem Africanum & diuum Augustum eiusdem superstitionis interuentu conceptos? Quin & in oceani Gallici insula quadam, nouē Gallicenas illas fuisse, tradunt auctores, cum alijs artibus præditas, tum vertendi se in quas formas liberet. Quibus ex locis ortam fuisse Melysinam, non est absurda coniectatio. Sed de his alias. Certè prænobiles tum in Gallijs, tum apud inferiores Germanos scio familias, & patriæ nostræ deferentes prænomen, & in galeato imaginum apice (cuius stemmatis diligentissima ac minimè perfunctoria cura fuit veteribus) id monstrū, cuppæ balneatoriæ insidens. Sed & turrim ingentem medio ciuitatis nostræ sitam, paulò supra ætatem nostram bona ex parte prolapsam vetustate comperi, in qua vanitatē illam fuisse peractam, fama per manus traditur. Postremò Carolum felicissimum seculi nostri Principem nondum pubescentem, quum de nuptiarum fœdere cum Renata, Ludouici Gallorum regis filia ineundo, tractaretur (quanquam illi larga potestas erat è subiectis alijs gentibus titulum assumendi) totis tamen tabulis haud alia quàm Lucenburgiæ appellatione fuisse denotatum, non in minima gloria posuerim, vsque adeò, vt nisi alijs vitijs supradictum opusculum laboraret, quippe in quo parum verisimilia referuntur, interdum aduersa, nonnunquam dissonantia, non difficile fidem mihi faceret. Enimuerò quò commodiùs ad ipsius Henrici res nostra feratur oratio, & rectum visum est & necessarium, pauca prius de statu temporum illorum supra repetere.

Melusina in quarundā familiarū insignibus.

Censura de historia Melusina.

Anno à Christo saluatore genito, M. CCCII, Francorum rex Philippus, cognomento pulcher, graue aduersum pontificem maximum Bonifacium octauum conceperat odium, tum Gibellinæ factionis studiosiorem existimans, tum quod fidem temerè præuaricatum contenderet. Promisisse enim sibi paucis ante annis, cum alia quædam, tum de summa Romani imperij potestate ab Germanis ad Gallos traducenda, atq; adeò Carolum fratrem disertè fuisse in conuentis nominatum, cui id decus primum assignaretur. Hæc videlicet pollicita nunc cecidisse ad nihilum, Alberto Austrino Teutonico principe palam nuper decretis eius comprobato.

Philippi Galliæ regis in Pontificem odium.

Eas rex causas grauiùs secum considerans, rationem iniurarum exequendarū perquirit. Neq; difficilis mox via Bonifacij irritandi inuenta. Columna gens Romæ opibus & clientelis insignis, Octauo inter comitiorū arcana, suffragij iure ne legeretur obstiterat. Itaq; eis quoq; Bonifacius, per speciem expilati thesauri ecclesiæ, effecerat, vt & ædes & suburbana familiæ publicè diruerētur, & qui eorū Cardinales iam essent, venerādo collegio excederēt. Interea Stephanus ex ea gente profugus in Gallia agitans, idoneus Philippo visus est, per quē initia malorum fierent. Cœptus comiter humaneq; haberi, liberaliusq; quam fortuna exulantium est. Ad hoc Philippus ne quid impotentiæ prætermitteret, sacerdotales Galliarū titulos à pontificibus antea pro decretis, proq; more sanctæ matris ecclesiæ componi solitos, ipse ordinare citra cōsensum præsidis Romani statuit.

Columnenses.

Quæ

Quæ vbi ſummus antiſtes intelligit, grauiſſimè tulit iniuriam peſſimi exempli, id quod erat, exiſtimans, ſi vel anteceſſorum rectè cõſtituta temerè reſcinderentur, vel autoritatẽ pontificiã laicus princeps prophanaſſet. Augebatur indignitas ipſius Bonifacij, ſupra quàm dici poteſt ambitioſa magnitudine animi, & contumeliarum inſolentis. Itaque quo partes ſuæ iuſtiores vulgo noſcerẽtur, lege potius agere quàm armis inſtituit. Prælatos Gallicos maiores conuenire Romã vniuerſos iubet; ad publicam ſynodum celebrandam. Hi ne regno decederent, Philippi prohibitione intercluduntur. Quibus rebus ad Octauum delatis, increpatur rex primùm per literas, deinde quum caſtigationem contumaciæ paruipenderet, ſacrorum participatione arcetur. Neque eo minus prælatis regni ipſe Lutetiam accerſitis, cauſam quoq; ſuam approbare nititur.

Gallus à Pontifice excommunicatus.

Pontifex ne nullam non rationem coercendi Pulchri tentaret, Flandrorum partes tueri aggreditur. Ea tum gens, quod ſuperbius imperatum ſibi diceret, Gallicum iugum detrectabat. Cum ſuperis quoque Germanis amicitiam interiorem coniungit, iuſſo Alberto quibuſcunque poſſet viribus, fines Belgarum quatenus Philippici iuris eſſent, incurſare.

Pontifex Gallo hoſtes conciliat.

Sed nihil ea Gallum à conſilio dimouerunt. Miſſi clanculum in Italiam qui Campanos, ſi qui forſan priuatas ob iras infenſi eſſent Antiſtiti, corruptos auro traherent in ſententiam, cæteraque comprehendendi eius idonea maturè appararent. Neque euentus infando commento defuit, Anaginæ agens pontifex, à Sarra Columnio duce Gallicæ multitudinis non prouiſo irrumpente, ſumma luce circumuenitur, liberæque cuſtodiæ traditum, oppidani immodicè (vt æquum erat) funeſto ſcelere conturbati, triduo demum elapſo, receptis animis exemerunt. Ipſe Romam regreſſus, dum vindictæ modos altiùs inueſtigat, morbum, vt creditur, ex ægritudine nactus, interijt.

Gallus Pontifex inſidias ſtruit.

Vndecimus Benedictus Octauum, Clemens quintus Benedictum, munere ſummi pontificatus inſequitur. Reyterandum Gotthonem quoad priuatus erat, appellabant Burdegalenſem Archiflaminem. Is enim variantibus nonnihil patrum ſententijs, inter alios duos Pulchro ab ſuarum partium Cardinalibus nominatus exiterat: quem rex quoniam id temporis plurimùm poterat, ſi ita ſediſſet, ſolenniter nuncuparet. Philippus inſperatæ dignationis lætitia geſtiens, Reyterandum accerſit, in ſuaque manu papalia Comitia, prolatis epiſtolis Cardinalium, repoſita edocet; cæterum poſtulata quædam ſex capitib. comprehenſa, recipi ſibi prius quã res confici poſſet, oportere. Gottho nihil minus quàm quæ iactabantur, vel ſperãs, vel cogitans, illudique ſibi exiſtimãs, cunctari primùm: vbi ſerio agere principem comperit, actis in præſens gratijs, capita ſe regiæ petitionis præſtiturum promittit. Data acceptaque fide placita curantur. Raymundum cardinalis Gallici duodecim ſummum eccleſiæ Romanæ ſacerdotem in gratiam regis conſalutant: Italicos ſtatim patres, vt idem facere vellent, epiſtolis, nunciiſque celerrimis adhortati. Gotthio vt primùm quæ ab rege acta de ſe fuerant, Italis quoque probari cognouit, ſenatum ſtatim Cardineum vniuerſum, regeſque Tranſalpinos aliquot conuenire Lugdunum iubet, ad peragenda inaugurandi ſolennia. Id edictum tametſi prælatis Auſoniæ non perinde arrideret, pontificiam aulam trans Alpes conceſſuram gementibus: coiere tamen in ciuitatem deſignatam non infrequentes: ibi declaratus ex more maximus eccleſiæ Chriſtianorum epiſcopus, quintique Clementis appellationem ſortitus, mox Philippum cenſuris (namque id primum poſtulatorum caput extiterat) quibus innexum à Bonifacio diximus, exoluit, reliqua promiſſorum tempeſtiuè ſe effecturum affirmans.

Benedictus XI.

Clementis V. in pontificẽ electio.

Clemens Lugduni inaugurat.

Sed nec ea Philippus poſthabenda ratus, Pictauos, in cõuentum accerſito Clemente, de cæteris deſiderij ſui partibus referri iuſſit medium. Summa petitio erat, de abolenda in perpetuũ memoria Bonifacij. Neq; prætextu caruit flagitatio impudẽs, articulis quadraginta ingenio cauſidicorum excogitatis, quibus Octaui mores, præter alia facinora de hæretica impietate ſuggillabantur. Hic vero hærere æſtuareque Clemens, quid nam conſilij in re tam inexplicabili caperet. Namque inde occurrebat Sacramenti interuentu firmata promiſſio: huic innocentia Bonifacij, qui vt

neque forsan insons prorsus criminum haberetur, ita non vllum extare de obiecto admisso iudicium: quin exemplis, decretis, constitutionibusque declaratum abundè reliquisse, quanto studio, quantaque fide gubernacula culminis apostolici procurasset.

Cardinalis Pratensis Pontificio cõsiliarius.

Sollicito inter has curas Quinto, opportune Nicolaus cardinalis Pratensis interuenit: cui, quòd arbiter omnium arcanorum haberetur, nudatur ordine omnia. Is, vt erat ingenio ad subita etiam quæque moderanda dexterrimo, primùm confirmato pontificis animo, scire se quid potissimum illi consilij profuturum speraret, affirmat; regias in primis spes ali dissimulanter augerique placere, tum doceri cupidũ principem, quo magis rata fiant: quæ ad Bonifacij cineres attinent, videri futurum consultius, si tanta res non nisi publici consilij senatusconsulto firmetur. Quam sententiam vbi Gallus approbauerit, sedem conuentui Viennam inter Allobroges deligat, aliamve ciuitatem quampiam & liberam, & ad excedendum regijs finibus opportunam. Placuit Quinto cardinalis suggestio. Itaque de voluntate Philippi Viennam maximo Christianorum conuentu edicto, Octauoque de opposita impietate ex sententia patrum absoluto, ipse ibi paucos commoratus dies Auenionem in Roberti regis prouinciam sese contulit. Nunc tandem ad Henricum nostrum deflectat oratio.

Henrici rerum primordia.

Anno à Christo M. CCCVIII. rege Romanorum Alberto per insidias nepotis occiso, nuntiatum est, principes, quorũ legendi Cæsaris ius est, de sufficiendo Imperatore parum conuenturos. Philippus discordiam Germanorum cœptis suis optimè conducturam existimans, secretiorum modo consiliorum arbitros coire iussos, de noua dispositione interrogat. Venisse aliquando tempus suo quoque seculo exornandi regni Gallici: Sextum antea postulatorum caput, quod ad eum diem consultò noluisset Clementi prodere, id verò nunc expromere statuisse, de Carolo fratre substituendo in imperium, deque ea dignitate per senatusconsultum in perpetuum transponenda in Galliam. Esse Clementem iam pridem in potestate, possèq; rem & iure & exemplo nixam facile transigi. Cui enim fiat iniuria, si vacantis imperij permutetur conditio? Idem fecisse pontifices olim alios. Denique fatorum seriem conuenire cum eiusmodi proposito, vt quemadmodũ principatus ille de Græcis quondam in Francos, sicut ei videbatur, deq; ea gente ad Italos, ac postremùm ad Theutones translatus crederetur, ita rursus ad Francorum posteritatem remigret. Mouit vniuersos proceres relatio regia, laudatoque nobilitandi Gallorum regni desiderio, de consilij sententia decretum fit, & vt Philippus & Carolus primo quoque tempore ante etiam quàm Germani irent in suffragium, Clementem numeroso comitatu adeant, rumore quidem disperso, quasi ad persequendam Bonifacij criminationem veniant: reuera autem vt protinus quàm Auenionem inierint, pontificem de sexta & ad id tempus ignota petitione commonefaciant. Eam occultationem nihil fuisse aliud, quàm de Imperatorio apice publicè transponẽdo in Celtas. Abdere verò rem placuisse eatenus, quam apud Bonifacium quoque tentauissent, vt ne viuum regnantemque Albertum affecisse videretur iniuria. Nec repugnaturum Clementem quantumuis audaci flagitationi, videlicet iam instructo exercitu veriùs quàm famulitio territum. Edicto per vniuersam ditionem dimisso, generosi clientes ad regium iter apparati conueniunt, equitum sex milia fuisse traduntur.

Gallus imperio imbuat.

Cardinalis Pratensis consilium de Galli conatibus extinguendis.

Enimuerò sicuti rectè institutis diuinus fauor arridet, ita improbe consulta iuxta Sexti Pythagorici sententiam, funestus insequitur exitus. Permanauit certè ad Pontificem quamuis latitantis conciliabuli astutia. Quare denuo accersito Pratense, intimorum (vt diximus) omnium socio, ac iam ante exoso Philippum ob insectationem Bonifacianæ memoriæ; quæ si tolleretur è medio, & acta quoque illius, in quibus Cardinalatus censebatur, quem Octauus illi contulerat, conuulsum iri verebatur, nouam huiusmodi ambiguitatem aperit. Ille ad innatam sapientiam versus, quam maximis itineribus, inquit, & antequã Gallicæ petitionis mentio in senatu fiat, nunciandũ in Germania censeo, de successore quammaximè maturè surrogando. Quũ Clemens, quẽ igitur præcipuum crederet tantæq; successioni idoneum quæsiuisset; Pratensis, ecclesiarũ ne libertatis respectu, an studio Gibellinarum partium,

partium, an consuetudinis in vrbe quondam institutæ memor, Henricum (ait) Luceburgiæ comitem nulli Germaniæ principum cedere arbitror, siue religionem, siue fidem, seu certè magnitudinem animi spectaueris. Neque dubium, si eo celsitudinis benignitate tua prouectus fuerit, nulla non re vel pontificijs obtemperaturum iussis, vel immunitatem ecclesiæ propugnaturum. Sanè clanculum & dissimulanter cuncta fieri oportet, ne si publico senatu in patrumque conspectu cogitata retexeris, qui cardinales Philippo studēt, proditis illico rebus, vota nostra conturbent. Itaque quas ipse literas dabis in Alemanniam, pusilla modò formula placet obsignari, quasi non scriptas de rebus grauissimis. Ego seorsum prolixas de tota re alias exarabo. Iuuit assertionem Cardineam Henrici quoque integritatis gloria, quam ex rebus fortiter probeq; gestis fama iam pridem exorta, ad Clementem quoque pertulerat.

Delatis ad Germanos epistolis, req; intellecta, Comitiorum solennia maturantur, valueréque adeò pontificiæ Cardinalisq; literæ (qui & illud adiecerat, nisi bonis consilijs protinus obsecundarent, Cæsarei fastigij apicem, iure ne an iniuria, relicto Rheno transiturum in Galliam) sed & maximè spectata virtus Henrici profuit, vti cunctorum suffragijs, ac ne vno quidem repugnante, Romani regni sceptra florenti iuueni deferrentur. Autores habeo Luceburgi transacta fuisse comitia. Quod ascribendum putaui magis, ne ignorauisse eam rem crederer, quàm vt morem locumq; vetustum tam tumultuario præsertim tempore prætermissum, existimarem. Ille vt contra opinionem hominum per Celtas, pérque comitatum pontificis renunciatus rex fuit: Pulchellus qui iam festinabat compellare Clementem, illusum se animaduertens, domum irritus spei repetijt, nunquam postea bene de eo pontifice sentiens. *Hērici VII. electio.*

Luceburgius, qui nihil minus quàm Cæsarea gubernacula sibi credendo cogitauerat, omnium primum gratias immortali Deo lectoribúsq; agendas cēsuit. Mox ad ea quæ & tempus & res & maleuolorum conatus ferebant conuersus, mittit in oram Narbonensem, qui a Clemente postulent, vti ratam sibi facere surrogationem pro more dignaretur. Principes legationis, Sabaudiæ comes (nomen vt in plerisque sequentibus non traditur) & Guido Namurcæus, Flandri comitis frater, ambo ex propinquis regijs: hi à Clemente, totóque cœtu Cardineo comiter humanéque habiti, mense Aprili, comprobationem actorum in Germania, causa cognita impetrarunt. Decretum vti è cardinalibus Pratensis & Fliscus prima quaque occasione in Italiam proficisci maturarēt gentibúsque cis alpes habitantibus, apostolica vice præciperent, ne quid impedimenti morarúmque, quo minus potestas nouo regi petendæ vrbis foret, astruerent, quin obedienter atque hospitaliter aduentum illius curarent excipere. Sunt qui legem adiectam fuisse probationi affirmēt, vt intra primum biennium ad motus Italiæ compescendos, Romam solita expeditione properaret, simul ipse summos Imperatorij nominis fasces acciperet, quum tres proximè antecedentes principes eum honorem prætermisisse constaret. *Henrici electio à pontifice comprobata.*

Sabaudo reuerso, voluntatéque Clementina perspecta, conuentus Aquisgranum indicitur. Coiere anno insequente ad id concilium inter alios proceres dux Brabantiæ, comes Flandriæ & comes Raynaldus. Ibi peractis solennibus, generoso vertici regium diadema archiepiscopus Agrippinæ, more maiorum, ad octauum idus Ianuarij, imposuit. Quem diem & constitutiones ecclesiæ celebrari ob memoriam Magorum iusserunt, & tum publica lætitia celebriorem reddidit. *Hērici VII. prima coronatio.*

Anno à Christo genito M. CCC. IX, ad diem VI. idus Maij, cælum ardere visum, discurrente flammæ vortice è plaga Boreali in Meridiem. Quo typo aduentum Henrici portendi, Italorum multi crediderunt. *Prodigium.*

Interea Carolus Siciliæ rex secūdus, Gallicæ originis, cis fretum regnans, rebus humanis excessit. Plures huic filij, nempe maior natu Carolus, Martellus cognomine, & Robertus. Martellus viuo etiam dum patre, mortem (sed filio relicto) obijt. Qua in specie, exq; facto ipso, larga disputandi materia Iureconsultis est nata: Nepós ne antecedere iure possit patruum in successione auita. Sed & responsis prudentum & pontificia pronunciatione quadam Robertus annixus, compendium hæreditatis obtinuit, paternaq; nece comperta, mox Auenionem properat. Ibi nullis non modis Clementis amicitia comparata, adeò promouit, vt & rex vtriusque appellaretur Si- *Robertus Sicilia rex.*

ciliæ, & quicquid præterea alieni æris patri, auóque per belli quondam tempora ecclesia Romana crediderat, illi ferretur acceptum: summa aureorum sex milia superauisse putatur. Tantis beneficijs Robertus se obnoxium sentiens, actis ad tempus gratijs, operam curamque Clementi omnem gratitudinis ostendendæ pensandæque dignationis detulit. Hic Quintus qui Luceburgium, vt supra tetigimus, paulò ante regem Romanum declarauerat, siue suspectam habens Henrici potentiam, siue contractæ amicitiæ Vasconico more pertæsus, Siculum Romandiolæ comitem facit. Eamque Robertus prouinciam Giliberto Zantillio Vice comiti demandauit. Quæ res perpulchram Gibellinis Imperatorij iugi detrectandi potestatem tribuit, vel tantula rebellandi occasione gestientibus.

Clementis inconstantia erga Cæsarem.

Henricus Italicam expeditionem audacet.

Luceburgius nihil eorum negligendum ratus, quæ ad amplitudinem Augusti principatus pertinent, summa ope annisus est, vt quam celerrime documentum aliquod præberet, quantus & quam propensus sibi esset animus pontificiæ dignitatis excolendæ. Dimisso edicto per prouincias, vt quisquis nobilium Augustale beneficium obtineret, die constituto vellet adesse, solennemq; profectionem, Romanæ mitræ capiendæ causa, pro conditione, próque consuetudine sua curaret exornandam. Ipse vniuersa Germania Ioanni filio demandata, cum non adeò grandi comitatu iter ingressus, alpibúsq; propinquans, Lausani constitit, reliquam exercitus partem opperiens. Eo mox legationes ex Italia salutandi causa certatim occurrunt. At Guelphorum factio in Hetruria, cis alpináque degentium, quam semper ante hac Teutonicæ felicitati aduersatam constat, in multo maximum metum incidit, & fama numerosi exercitus, & reliquæ Italiæ proniore consensu. Præcipue verò Florentini, inter spem metúmque ancipites, hostiliter ne an deditione fortissimum ducem exciperent. Prævaluit tamen sententia, vi potiùs quàm abiecta formidine agẽdum censentium. Itaq; quo vel conturbaretur inauguratio, vel lentiùs certè succederet, conscripta per totam ciuitatem iuuentute, accitisq; militibus alijs voluntarijs, præsidium haud contemnendum efficiunt. Ad hoc pecuniam, frumentum cæteráque res comparant, vel stipendio, vel obsidioni necessarias. Deniq; fœdus cum Siculo Roberto, ciuitatibúsq; Hetruscis ac cisalpinis aliquot faciunt. Pisanorum longè diuersa sententia, hi quo sese Gibellinarum partium, atq; adeò Cæsarei nominis quàm maximè studiosos Henrico in ipso Italiæ ingressu cõprobarent, donum regi aureorum milia XL submiserunt.

Florentino rũ rebellio.

Henricum Lausanna in Italiam mouet.

Eo veluti viatico præditus (quippe cuius ærarium, vt veris agamus, virtute esset quàm nummis instructius) Septembris exitu mouit è Lausano, superatóque monte perquam arduo, Senisium vocant accolæ, Taurinum est inuectus. Hinc decimo die quàm accesserat, Insubres ingreditur, ibi quoque magno apparatu acceptus, Astensium dissidia haud exilia summa cura composuit. Constabat id temporis regius comitatus equitum duobus milibus, quum residuum perinde expectaretur. Mansit itaque apud Astam toto bimestri atque amplius, & reliquam, vt diximus, copiarũ partem opperiens, & de ineunda Insubrium ciuitate cõsultãs. Gnidottus Turritus sapientia atq; opibus clarus genti ea tempestate præerat. Is audito in primis aduentu, vereri cœpit ne diuersæ factionis pars (Gibellini erant violẽtia illius acti in exilium) occasione Germani aduentantis in recuperanda dignitate vteretur. Itaq; præsidium ad vrbis suæ tutelam comparat duorum milium atque amplius. Ipsi fœdus atque hospitium erat cum toto Guelphorum genere, per Italiam agentium. Sed & operã dabat quibuscunque poterat artibus, ne mœnibus reciperetur Henricus, Gibellinæ scilicet factionis patronum, vt paulò ante scripsimus, futurum metuens. Neq; tamen obtinere potuit, quin bona ciuitatis pars regis amãtior, simul cardinalis Fliscus, tum legatus Apostolicus, Clementináque mandata conficere cupiens, Luceburgium vltro inuitarent. Rex Romanus, dolentibus Gnidotti oculis, pridie Mediolanum Dominici natalis inuehitur, diéq; sequente octauo, Antistes eius diœceseos, in Ambrosij beatissimi delubro mysterijs vacantis, Henrici verticem secunda corona redimiuit. Augustæ quoq; quam vnà secum aduexerat, idem honor habitus. Affuere solennib. omnium ferè Italiæ ciuitatũ legati, Gibellinarũ modo partium, ita vt Fluentini duntaxat oratores desiderarentur. Insubriũ quoq; interim discordiã quanta fieri potuit

Gnidotus Turritus Mediolani præses.

Cæsar Mediolani coronatus.

cura

cura sedauit, adeò vt & Maphæũ Vicecomitẽ cum sodalibus, & ciuitatis Archiflaminem, cæterosq; proscriptos, reductaret in vrbem. Eò tum quoq; legati frequentes ciuitatum Italiæ gratulatum accedunt, ita vt tota passim Ausonia, Bononiam excipio, & Paduam, vicarij Augustales dimitterentur, acciperenturq; comites.

Inter hæc Gnidottus exosus felicitatem Maphæi, quibuscunq; rationibus poterat, vindicare priscam fortunã molitur. Ac in sapientia Vicecomitis infaustis cœptis fuisset occursum (namq; rem omnẽ ordine primoribus regiæ aulæ exposuit) maximus in ciuitate tumultus extitisset, non partibus modò noxius, sed & formidolosus Principi, qui iam securior, bonã exercitus partẽ per finitima loca neglectim dispersecerat. Sunt qui dicant, Maphæum quò certiùs animũ Turriti pernoscceret, simulasse societatem partium accusauisseq; multis modis supercilium Cæsarum, quod id genus Reipub. principatum nomine, seruitutem re ipsa præseferret. Satius esse æquabilem libertatẽ omnib. viribus propugnare, quàm ingenuos ac fortes animos Germanico iugo supponere. Reciperet modò animã, seq; in priscã præfecturã ipse reponeret, nec detrectaturũ populum ne nũc quoq; gubernacula quondã sibi cognita. His atq; eiuscemodi dictis peruictũ Gnidottũ cuncta simpliciter credisse, promisisseq; Maphæo, & vafro aduersario & restituto in gratiam, quem impensè cauendũ esse, veteri docemur adagio. Illũ, Gnidotto prodito, fabulã omnem denarrauisse Septimo. Neq; defuisse impiæ criminationi fidem, ita vt die dicta, Turritoq; adesse iusso, cognitio pararetur. Sed is iudicio consiliorum intellecto, furtim ad Guelphos transijt.

Maphæi Vicecomitis Mediolani calliditas.

Gnidottus ad Guelfos Mediolano anfugit.

Iisdem diebus Cremona, Gnidotti exactione comperta, simul Florentinorum adducta instinctu, rebellis Henrico efficitur, sed & qui Brixianorum Gibellini erant, successibus Imperatoris auditis, Guelphos vrbe exegerunt. Idẽ Parmæ factũ. Quibus rebus Cæsar cognitis, mittit qui eas quoq; rixas consopirẽt, exulibus reductis in patriã. Sed breui post tẽpore Guelphica pars, Felsineorũ Florentinorumq; confisa præsidio, Brixia Gibellinos inuicem depulit, ex professoq; hostis Imperatori efficitur.

Cremona rebellat.

Anno à Christo genito MCCCXI, mense Aprili, Imperator Henricus obsessa iamdiu Cremona, Geneuensem episcopum, cognatione sibi deuinctum, cum turmis ad Patauinos coercendos mittit, quos à Bononiensibus stetisse diximus. Ab eo Vicentia, quæ Paduani iuris erat, bello capitur. Præsidium in arce consistens, fuga dilapsum. Ea victoria ipsos quoque Patauinos metu vsque adeo perculit, vt supplicter sese fidei in primis tradiderint, aureorum milia centum ob contumaciam pendere, Cæsareumq; præfectum recipere iussi. Idem Antistes profectus Venetias, tributum pro vetere consuetudine postulauit. Appulso honor ingens habitus, adnumerataq; in tiaram Romanã, talenta Veneta mille. Eadem in ciuitate ipsum insigne confectum, solido ex auro, coronam varijs maximiq; precij gemmis adornãtibus: sellam quoq; argenteam, auroq; circumlitam, fabricatam ibi tradunt.

Patauini Cæsari se dedunt.

Imperiale diadema sellaq;.

Interea sedente ad Cremonam Henrico, obsessi, qui parum muniti erant ad obsidionem ferendam, simul Archiepiscopi Rauennatis interuentu, sese sub conditione tributi pendendi, vltro dediderũt. Eidem mandatum Antistiti, muros ciuitatis castellaq; demoliri.

Cremona deditio.

Cæsar Cremonensi bello perfecto, ad Brixiam quoque circumsidendam festinat, non aliàs pari instructus exercitu: qui parcissimè numerant, equestrium Germanorum validæ armaturæ sex milia fuisse tradunt. Namque vt rumor per transalpinas quasq; prouincias de Mediolano, cæterisq; ciuitatibus subiugatis increbuit, vix dici potest, quanta & quàm fida multitudo militũ certatim adflueret, pars emerendi stipendij studio: cæteri amore vncti regis adducti. Pro certo creditur Henricum, si in primis abstitisset, relictaq; Brixia processisset in Hetruriã, nõ Thuscos modò, qui recẽtis defectionis sibi conscij, iram iustissimi vindicis formidabant, sed & quantã apecrire non interest, partẽ Italiæ sub iugum missurum: quippe qui parum prouisi essent contra obsidionẽ, quorumq; nutarent iam animi, iustitia clementiaq; noui regis, impulsi. Sed is dum cisalpinæ pertinaciùs imminet, maiorum rerum occasionem prætermisit. Adeò vincere maximos duces promptius scire compertum est, quàm vti victoria. Quippe virtus attenuata periculis, nullam non in partem de prouidendo circumspectat: eadem rebus sublata secundis, securaq; sui, quæ futura sunt negligit.

Brixia obsidio.

Occasionis neglectus.

Hetruscarũ & Gebuum fœdus aduersus Cæsarem.

Eodem anno ciuitates Hetruscæ, Guelpharum partium, Florentia, Bononia, Senæ, Luca, Pistorium, fœdus inter se aduersum Henricum sanciunt. Florentini præsidium equitum Hispani generis CCCC, quos à Roberto acceperant, misere Bononiam, itidémque Senam & Lucam, si forte ea regione Germanus statuisset incedere. Sed & quicquid Gibellinorum in ciuitatibus Guelphis versabatur, exactum.

Walramus Cæsaris frater perit.

Sub hæc perstante Cæsare in obsidenda Brixia, variæ vtrinque clades acceptæ: inter cæteros autem proceres, & frater regis & equitum magister Walramus, magnæ indolis, ictu sagittæ percussus interijt. Corpus apud diuum Barnabam conditur, quod templum nõdum ciuitate clausum fuisse, Iacobus philosophus in supplemento autor est. Eo infortunio, sublatos paulò ante Cæsarianorum animos resedisse, ob eximij iuuenis necem, Brixiani credentes, frequentiùs iam incautiúsque excursare cœperunt. Etenim die quodam licentius euagantes, intercepti, fusi fugatique sunt. Cæsorum numerus ducenti. Capti ex ciuitatis primoribus quadraginta, inter quos Galeatius, cognomento Brusatus, obsessorum tribunus. Is quia fidem regi non multò ante datam infregerat, quadrigarum violentia, diuersam in partem miserum distrahentium corpus, perfidiæ pœnas exoluit. Cæteri captiuorum securi percussi. Nihilo magis proficiente ad euincendam contumaciam exemplo seueri supplicij, quin hostes cælesti quoq; fauore adiuti videbantur, strue cadauerum odoréque diuturni exercitus incubantis, corrupto aere, ita vt plurimi Theutonum varios in morbos inciderint, cogerentú; que aut miseri è vita excedere, aut inglorij, neq; id citra discrimen, repetere patriam. Procerum ea extinctorum tabe præcipuus Guido Namurceus, cuius supra meminimus, Flandrorum quõdam tribunus in Curtracensi prælio, atq; ob id rerum gestarum claritate spectatus: Quam ob luem magna purpuratorum pars Heinricum de soluẽda obsidione solicitat. Illo magis intolerabilem ac minime perseueraturam necessitatem hostium, quam laborem exercitus obseruante: quare decedere non nisi compos voti statuit. Quibus rebus intellectis, obsessi effecti supplices, Cardinalis quoque Flisci auxilio veniam consequuti, ad diem XVI kalendarum Octobrium, fidei Principis sese dediderunt. Rex ciuitate potitus, murisque protinus ac turribus demoliri iussis, tributum aureorum viginti millium, præterea obsides centum, quos ex omni ciuium multitudine selegisset, belli iure imperat. Magno stetit ea victoria, nempe vix quarta exercitus parte superstite.

Lues in Cæsaris castris.

Guidonis Namurcei obitus.

Brixia deditur.

Cæsar per Longobardiam præsides constituit.

Cremonam hinc vt redijt, incepit consultare de componendis rebus in posterum. Placuit ordinata Longobardia, præsidibúsque per ciuitates impositis, Ligures petere, Mediolanum, vt diximus, procurante Mapheo, Veronam comite Scalari, Parmam Giliberto Corregio, Pascarino Bonoposo Mantuam. Quæ res parum salutaris postea ciuibus extitit: quos præfectos legum seruandarum causa in præsens præposuerat, superbè, auaréque postmodum imperantibus. At illis & in primis occupatio, & aureolorum copia, vt in perpetuum confirmarentur, quæ temporis causa concessa fuerant, effecerunt Guelphorum ciuitates vbi aduentare Heinricum accipiunt, obsideri iussis itineribus Ligurum, remorari transitum illius conabantur.

Cæsar Genuam peruenit.

Iisdẽ diebus Clemens de repetenda vrbe Romana ab Heinrico compellatus per literas, ipse consilio ecclesiæ generali distentus, Pratensi Cardinali petendæ Italiæ inaugurandíque regis, singulari mandato negotium impartitum.

Cæsar ad diem vndecimum Calendarum Octobrium, maximo apparatu Genuam est inuectus: Principem dominumque solenni more appellantibus: mox componendæ discordiæ ratio habita. Itaque Opicino Spinulæ socijsq; impridem exulantibus confecta restitutio: Quæ res ingentem illi dilectionem ciuium pepererunt. Ipsi milia aureorum dono data centum, regiæ verò coniugi viginti: Ea quum insequente mense grauiter ægrotare cœpisset, res humanas reliquit. Elata tumulataq; solennem inter pompam apud beatissimi Francisci cœnobium, pudicitiæ singularis religionisque spectatæ fœmina.

Augusta mori.

Cæsar Pisas aduehitur.

Anno à Christo genito MCCCXII, ad diẽ quartum calendarum Martij, Genua profectus Henricus classe triremium triginta, Pisas aduehitur. Quæ ciuitas nullo non genere apparatus eo vel exquisitissimo regem accepit dominum quoque inter publicas

blicas acclamationes cõsalutans. Censebatur tũ in primis exercitus mille quingentis trãsalpinis equitib. Pręcipui Germanicorũ procerũ, archiepiscop⁹ Treuirorũ Baldeuinus, cuius supra meminimus, episcopus Eburonũ, frater Barri comitis, è ꝓpinquis regijs: dux Bauarus, comes Sabaudus, vterq; è ꝓpinquis regijs, comes Foresti, Guido Viennẽsis Delphini frater, Hẽricus Flandrorũ comitis fili⁹, comes Viennę, præfectus prætorio, quem nostri Aulæ magistrũ appellant, vir maximi in re militari nominis. *Catalogus procerũ in exercitu Cæsaris.*

Eodẽ anno, mẽse Aprili, Robertus Siculus, cuius supra mentio est habita, de Romano Henrici itinere certior factus, quũ nulla aliunde lacessendi regis extaret occasio, simul ita facere ab Vrsina factione iussus, Ioannẽ fratrẽ mittit ad Vrbẽ cũ equitũ sexcentorũ prẽsidio: literis subinde scriptis ad ciuitates Hetrurię Guelpharũ partium, de summittendis opportunè Romam auxilijs. Ricardo Lunensi comiti, quem Robertus Thuscis imposuerat, datum negotium, Latij maturè ineundi, idq; cum phalange peditum duorum millium sexcentorum. Hi ad diem x v i calendarũ Iunij Romam peruecti, Vrsinos conueniunt, moxq; de sentẽtia consilij, Capitolium, Hadriani molem, ac Vaticanum armatis insederunt: Petro Sabaudo senatore vrbis coniecto in vincula: Columniis aliisq; Cæsarianarum partium Lateranum, Mariam maiorem, amphitheatrum, Rotundam, sanctamq; Sabinam occupantibus. *Henricus infidiãtẽdunitur.*

Inter hæc Pisis Henricus equitib. bis mille & hoc amplius cõstipatus, rectà per Thuscos Romã cõtendit: Viterbium absq; negocio capit, ibiq; dies aliquot constitit, occasionẽ inuadẽdi Vaticani expectãs. Postquã tẽpus idoneũ visum est perrũpendis insidiis, Viterbio promouet, occurrentesq; Vrsinos leuib. prælijs vertit in fugã: simul popularibus in ciuitate rem strenuè gerentibus, ante diem calendarum Iunij, vrbem visenda pompa introiit, protinusq; de expugnandis Roberti clientum reliquiis cõsultat. Itaq; missis, qui singula factionis præsidia deturbarent, pro certo creditur, quicquid ibi Apulorũ Ibericorumq; fuerat, depulsurũ, nisi prælio quodã, 6 & 20 Maij die cõmisso, cum alij Ducum quidã, tum Leodiorum occubuisset episcopus. Hũc enim ꝓfractis (is erat ardor hominis) viarũ custodiis, in castellũ Angelicũ properantẽ, Robertini Florali ex area ꝓ obliquũ progressi, circumueniũt, fugãt, funduntq;. Cæsarianorũ qui capti occisiúe fuerãt, numerus milliũ duorũ traditur. Eburonum, quẽ iam ante dicebamus, antistitem, in equũ ab victore raptũ, vehentemq; Hispanus quispiã cõspicatus, cuius paulò ante fratrẽ Alemãni cõfecerãt, cũ nõ aliã fraternę necis vltionẽ euenturã speraret, letali percussum vulnere, vt paucis post dieb. moreretur effecit. Eius interitu principis, qui & virtute & auctoritate eminuisset in regia, longè maximus pauor Cæsarianos inuasit, Robertinis econtrariò lætitiã tristi casu afferente. *Hẽricus Romã mouet.* *Leodiensis episcopus moritur.*

Porrò Luceburgius, ne tẽpus omnẽ vrbanis rixis attereret, statuit absoluere res, quarum causa potissimùm vrbẽ petiuerat. Itaq; de sentẽtia Cardinalium, cõuentu in Lateranũ, ad diem Sextiliũ calend. indicto, Ostiẽsiq;, Flisco & Arnoldo Cęsareas insulas sacrato capiti imponẽtibus, quod felix faustumq; sit, prægrãdi apparatu, singulariq; spectantiũ gaudio, Augusti nomẽ apicemq; fastigij imperialis accepit. Peracta inauguratione, Bauarus cum parte procerum perfunctum se officio comitãdi existimans, assumpto commeatu in Germaniam abiit. Ipse Tybur paucis post diebus concedens, multa ibi veneratione incolarum exceptus, Pisas repetit. *Augustalia inauguratio.*

Guelphicæ ciuitates Hetruriæ, vbi quæ Romę acta fuerant, deq; principe decedente intelligunt, iter illius rursum intercludere nitebantur. Ac veriti ne parum instructi copioso agmini minùs resistere valeant, socios in Vrbe degentes per literas cõmonefaciunt, vt & nouum amplecterentur consilium, & properare mox in Thuscos maturarent. Interim Cæsar Gallia repetita per agrũ Perusinum exercitu infesto ꝓgreditur, cunctaq; ferro atq; igne deuastat, Castellionẽ vi capit, Cortonæ, Aretiiq; reuerenter occursum venienti, portæq; apertæ: inde crebris cũ Guelphica gente pręliis feliciter gestis, variisque Florentinorum castellis euersis, agrisque vastatis, inopia pabuli proficisci cõpellitur. Ad eum Bonatiano in prædio (id loco vocabulum) agentem, legati à rege Siciliæ Friderico mari deportati, donum aureorum millia viginti adferunt, fœdus amicitiamque petentes. Postulatis eorum assensum. *Cæsar Roma discedit.* *Fridericum Aragonum rex cũ Cæsare fœdus icit.*

Postquam Cæsar Pisas accessit, legibusque cohercere hostes aggressus, quos bello persequutus fuerat, & asperrima edicta in Thuscos Roberti partium promul-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 136;Leibn. Marg. 136, Stück 2, [77] - 71

gauit,& ſuos inuicem clientes pulchris beneficijs deuinctiores effecit. Quippe Spinulæ, cuius ſupra mentio eſt habita, Marchioniq́ue Montisferrati, cum alia dignationum genera, tum ius monetæ cudendæ tribuit: tum de Roberto caſtigando tractatum. Cauſa cognita, deque conſilij ſententia ob læſam maieſtatem Romani imperij, paterno illum regno prouincialique Comitatu excidiſſe pronuntians. Quæ decreta poſtmodum defuncto Henrico, Pontifex maximus Ioannes XXII pro poteſtate reſcidit: eſtq; ea res in publica monumenta redacta.

Robertus Apulus maieſtatis reus.

Sub idem tempus Henricus Flander magiſter equitum Cæſaris, Piſanum agrum cum turmis circumuagari cœpit, arcemq́; fortiſſimam Petram ſanctam, Florentinis & Lucenſibus ſuſpectantibus, expugnauit.

Cæſar Apulum hoſtem bello perſequi ſtatuit.

Imperator nihil actum ratus verbolis ſententijs, niſi facta conſequerentur, ad hoc Hetruſco bello finem commodiſſimè poſſe imponi, ſi ducem caputq; damnandæ audaciæ contudiſſet, traijcere in Campaniam ad ipſum Robertum armis perdomandum ſtatuit. Icto vt ante diximus, cum Friderico fœdere, miſſiſq; in Germaniam, qui ſupplementum legionum conſcriberent, placuit vti die conſtituta expeditam claſſem in Liguſtico ſinu explicaret. Numerus Cæſariani exercitus ad armatorum quatuor millia traditur. Acceſſit eo & Genuenſium claſſis, triremium ſeptuaginta, à Friderico quoq; Arragone tritemibus quinquaginta ſubmiſſis. Piſis Cæſar nonis Auguſti deceſſit: quo die Fridericũ quoq; Meſſana Rhegium traieciſſe poſtea compertum eſt: eamq; ciuitatem expugnauiſſe, cum oppidis aliquot aliis.

Hẽrici VII. deceſſus.

Henricus iter per Hetruriam faciens, vbi ad Montem apertum acceſſit (id nomen loco tribuere accolæ) ægrotare manifeſtò incipit: tametſi iam inde à relictis Piſis initia morbi irrepentis animaduerterat. Sed ipſe qua erat integritate animiq; magnitudine, ne die dicta temerè abfuiſſe crederetur, fidei quàm valetudinis rationem habere maluit. Inter medicamenta autem balneæ Maceratanæ indicatæ fuere. Itaq; eo loci profectus, * procuratoque de Medicorũ ſentẽtia corpore, ſeſe Bonocõuentum contulit: ibi mox ingraueſcente malo, exceſſit è vita, ad diem nonum calendarum ſeptembrium, diuo apoſtolo Bartholomæo celebrem, anno quàm imperium accepiſſet, quinto, menſe octauo. Defuncto Cæſare, id quod fieri in funere magnorum Ducum aſſolet, luctus incredibilis omnem comitatum perculit. Itaque familiares defecti Principe, pars Teutonicos lares repetiit, cæteri regium corpus protinus Piſas, vt viuus iuſſerat, ſingulari fide ciuitatis adductus, deportarunt: ibi quoque non à ſociis modo, ſed ab oppidanis quoq; maiorem in modum defletus, ſolenni atq; exquiſitiſſima pompa effertur.

* *al.* purgatẽq;

Henrici fortitudo.

Vitam inſtantiſſimi Principis, qua acceperamus (vt puto) traditione narrauimus, quem non Italia modò, nullis neq; aduerſis frangi potuiſſe, neq; ſecundis efferri, manifeſtò cognouerat: ſed & barbaros lætitia inuicti Ducis extincti obtinuit. Qui eo viuo nihil prorſus rerũ nouarum tẽtare auſi, defuncto, cuncta per Italiã (vt poſtea conſtitit) miſcuerunt. Neq; Piſanis cæteriſq; optimatibus dubium erat, niſi maturatus fuiſſet interitus, regnum Roberto bello ablaturum, quippe cui perexiles eſſent ad propugnandum copiæ: ita vt ne ſigna quidem crederetur collaturus, quin cognito mox Imperatoris aduentu, nauigio aduolaturum Narbonam. Quòd ſi Campanię obtinendæ facultatem dij tribuiſſent, infinitum eſſet, quantum ille rex & opportunitate commeatuum & innata virtute moliri efficereq; potuerit.

Fridericus, cui fœdus cum Imperatore percuſſum paulò ſupra tradidimus, medio agens alto, vt exceſſiſſe Cæſarem è rebus humanis accipit, ingenti videlicet moleſtia animi conſternatur: eratq; ea conſtantia Henriciq; amore, vt quoniam videre viuum nequiuerat, extinctum ſaltem contemplari exoptaret. Itaque Piſas non ob aliam rem nauigans, prolatum corpus regium inter vberes lacrymas conueneratus, recondi difficile paſſus eſt, cõſtantiſſimi ducis amicitiã immaturè ſibi deplorans ademptam. Sed & Piſanus populus Henrici imitatus iudicium, quẽ ille ſociũ ſibi delegerat, hic Principẽ ſortiri decreuit, vltrò ei ciuitatis delato imperio. Cæterum *Fridericus* ſatius exiſtimãs parta defendere, quàm nouis implicari, ſimul aliã ſibi *eſſe* rationem quàm Lucenburgio fuerat, tuendi patrimonij ſucceſſionẽ auitã *aduentitiæ* ciuitatis procurationi, actis gratiis duxit præferendã. Pari cautela Sabaudus *Henricusq;*, quorum

quorum ante meminimus, vsi, delatas sibi quoq; ciuitatis habenas modestè recusarunt: ita vt tam pertinaci repugnatione Principum, Pisanos suspicio metusque haud exilis incesserit. Veteranorum Cæsaris pars multò maxima Germaniam repetiit: reliqui voluntarij nomina Pisano præsidio tribuerunt. Summa eius reipub. in subsidiũ maiorum Principũ, ad Vgutionem Faiolam delata est. Is & imperatoris ante nomine præfuerat Genuæ, & magnas postmodum res pro partibus Gibellinorũ patrauit. *Hugo de Bucheck comes.*

Florentini non imperatoris modò, priusquã obiret, exulumq; formidine, sed & seditione interna pullulante, coacti imperiũ ciuitatis Roberto publicè detulerũt. Ac ne libertati vetustę noua immutatio noxia fortè fieret, legẽ adijciũt, vt ne supra quinquenniũ potestas cõcessa teneretur. Idẽ ferè reliquæ ciuitates Hetruriæ Guelphæ fecerunt: ita vt euidenter appareret, eo iam necessitatũ Henrici perseuerantia redactos aduersarios, vti intra paucissimos dies sub iugũ mitti potuerint. Atq; iam olim variis experimẽtis cognitũ est, cũ aliis in reb. humanis, tum in bello primas obtinere partes fortunę ludibriũ. Ita magnus Alexander, tentato veriùs orbe terrarũ quàm domito, sed cui iã rerũ vniuersitas propter felicitatẽ cœptorũ destinaretur, in ipsis iuuentę primordijs excessit è medio. Sic Hannibal Cannẽsi victoria nobilitatior quàm prudentior, occasionẽ capiendę vrbis prętermisit. Scipiones in Hispania duo medijs rebus, mediisq; annis res humanas reliquere. Patrũ quoq; nostrorũ ætate, Amorates capto Byzãtio Hydrunteq; direpto, omnẽ sibi iam despodẽs Italiã, intercipitur. Nuper verò Britanniæ regem Henricũ, captis duab. validissimis ciuitatib. Galliæ, perterritisq; ac cõsternatis absq; dubitatione hostibus, sapientia non vita destituit. Qui aut cæcus dictus est, aut certè, si tantã opportunitatem prouidebat, neq; tamẽ suę fortunę obsequebatur, excors. Hos (vt dixi) casus inter fortuita reponebat antiquitas: nos ad Deũ opt. max. publico consensu deferimus, è cuius æquissimo arbitrio quicquid rerum humanarum vel fit vel dicitur, sumit originem. *Fortuna lubrium.*

Varia de genere mortis opinio. Nonnulli venenũ malũ niueo libello inditũ asserũt, quod p ineffabilia mysteria cõmutatũ quotannis morituriq; libamus. Monachos Prædicatorij ordinis, quib. ille ministris vtebatur in sacrificijs, horrẽdi facinoris extitisse auctores, eãq; rẽ Beneuẽtus Imolẽsis, seculi ei⁹, in literas retulit. Fuisse tamẽ postea ex ea familia, Cartusiẽsis in Fasciculo tradit, qui re delata ad Põtificem maximũ, decretũ causa cognita impetrarint, quo innoxius eius veneficij Ordo vniuersus pronunciatus fuerit. Dominicani qui Luceburgi agunt, hoc amplius, cœnobij sui auctorem nõ alium citãt quàm Henricũ: neq; ergo fieri potuisse, vti tantũ scelus in tam bene meritum perpetratũ extiterit. Nobis potius in medio relinquere placet disputationem funestam, quàm de infandæ audaciæ fama, certam proferre sententiam. *Opinio de morte Henrici VII.*

FINIS.

HENRICI VII IMPERATORIS, AD IOANNEM DE Elnbogen/cœnobij Waldsassensis in Narisci, abbatem, epistola.

HENRICVS *Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus: venerabili Abbati Waldsassensi, Cisterciensis ordinis, deuoto suo ac dilecto, gratiam suam & omne bonum. Magnus dominus & laudabilis valde, in excelso Diuinitatis suæ solio residens, Imperiũ suum (quod pro meritis eius inter nationes diuersas, quasi cum gentib. à suo Creatore degenerãtibus, vacillabat) transire voluit ad Romanos, vt illic præiret Imperialis excellẽtiæ thronus, vbi erat sacerdotalis sedes & apostolica affutura: ita quòd in eodem loco summi Pontificis & Imperatoris auctoritas reniteret. Nouissimis quippe tẽporibus, illo translato in Germanos, postquã plures Principes ad ipsum vocatos imperium, quorũ quidã ipsius Imperij assumpsere diadema, quidam non: diuina cooperante clementia, per eos ad quos spectat, in Romanorum regẽ, futurũ imperatorem, ritè & cõcorditer electi, proposuimus ad Vrbẽ, pro coronationis nostræ suscipiẽdis solennijs proficisci. Ac sanctissimũ in Christo patrem dominum Clementem summum Pontificẽ requisiuimus, vt ad Vrbem accedens, præfata solennia nobis ibidẽ tradere dignaretur. Qui cũ ex certis causis, iuxta nostrũ immẽsum desiderium interesse nequiret: ne dicta coronatio ob sui absentiam impediri valeret, venerabilibus patribus, dominis Arnoldo S. sedis apostolicæ legato, Leonhardo Albanẽsi, & Nicolao Hostiensi ac Veltrensi episcopis, ac Francisco S. Luciæ. nec non Lucæ, S. Mariæ in via lata diaconis Cardinalibus, commisit in hac parte plenariè vices suas,*

cum clauſula, vt ſi non omnes his exequendis intereſſe valerent, quatuor, tres, duo, vel vnus eorum, dictæ coronationis noſtræ negotium expediret.

Verùm dictis Leonhardo & Franciſco de hac luce ſubtractis, per dictos dominos cardinales ſuperſtites, die feſto beatorũ Petri & Pauli apoſtolorũ (quem ad hoc vt poteramus, virtute dictæ cõmiſſionis, elegimus) in eccleſia S. Ioannis Lateranenſis, præſente Archiepiſcoporũ, Epiſcoporũ, Abbatũ & aliorũ prælatorũ ac eccleſiaſticorũ ordinum Vrbis, Ducumq;, Comitũ, Baronũ, nobiliũ ac Rom. populi, in numeroſa caterua, oleo ſacro vncti fuimus, nec non imperiali diademate coronati, ac alijs debitis ac cõſuetis ſolennijs inſigniti. Hæc aũt deuotioni tuæ voluimus intimare, vt de noſtris felicibus ſucceſſibus valeas exultare. Datum Romæ, quarto kalendarum Iulij, regni noſtri anno quarto, Imperij verò anno primo.

AVCTORIS INCERTI FRAGMENTVM HISTORICVM, M. ALBERTI ARGENTINENSIS CHRONICO in manuſcriptis Codicibus præfixum.

ANNO ab incarnatione Domini DCXXXI, Dagebertus rex monarchiã in trib. regnis, Burgundionũ, Auſtraſiorũ, ſuperiorũ Francorũ ſagaciter accepit, fuitq; rex fortiſſimus, enutritor Francorũ ſeueriſſimus in iudicijs, & eccleſiarum largitor, pacem in cuncto regno ſuo ſtatuit. In multis regnis rumor eius perſonuit: timorẽ vniuerſis regnis per circuitũ incuſſit, pacific⁹ & quietus regnũ obtinuit Francorũ: ſancto Arnulfo Metenſi epiſcopo, Pipino duce & Erchinoldo maiore domus vtẽs cõſiliariis: nimio amore iuſtitiæ flagrauit. Cuius tẽporibus, Dageberti ſcilicet regis Francorũ, vſq; ad annũ quo Carolus cognomẽto Magnus ex Frãcigenis primus imperator Romanorũ factus, & per annos circiter CLXXI, fuerunt quindecim Imperatores Romanorũ, quorũ nomina hæc ſunt. Heraclius, Cõſtantinus, Heracleonas, Cõſtans, Conſtantinus, Iuſtinianus, Leontius, Abſimarus, Philippus, Artemius qui & Anaſtaſius, Theodoſius, Leo, Conſtãtinus cum Irene. Hinc Romanum imperium ad Frãcos commigrauit.

S. Oſualdus rex.

Anno Domini DCXLII, in Britãnia ſanctus Oſualdus rex piiſſimus, cũ regnum Anglorum & Britonum IX circiter annis ſtrenuè adminiſtraſſet, contra Pendanum regem pugnans, occubuit, & plurimis poſt mortem miraculis claruit.

Gertrudis illuſtris virgo.

Anno Domini DCXLVI, Gertrudis virgo, filia Pipini ducis, ſoror Grimoaldi, Niuelenſis cœnobii mater, virtutibus claruit. Huius ſoror Begga & ipſa religioſa, Angiſo, ſancti Arnulfi filio, nupſit. Sanctus quoq; Arnulfus, cum eſſet in iuuentute Dux, genuit Angiſum ducẽ: Angiſus de Begga vxore genuit Pipinum ducẽ, qui maior domus regni Francorũ erat. Pipinus genuit Carolũ ſeniorẽ, & ducẽ & maiorẽ domus Francorũ. Carolus genuit Carolomannũ & Carolũ regẽ, poſtea imperatorẽ cognomẽto Magnũ, vt in ſequentibus planiùs dicetur. Et hęc eſt genealogia Caroli Magni.

Caroli Magni genealogia.

Anno Domini DCLXVIII, in Orientis partibus Conſtantinus huius nominis quartus imperator: Romanis imperat. cuius temporibus Conſtãtinopolis ſeptennio obſeſſa, nec tamen eſt capta. Sub eodem Conſtãtino floruit beatus Nicolaus archiepiſcopus, qui poſtea apud Myream ſub Iuſtiniano minore Imperatore, anno dominicæ incarnationis DCLXXIII, migrauit ad dominum. Eodem tempore beatus Arbogaſtus extitit, qui filium Dagebertĩ à morte ſuſcitauit: & Florentius, qui filiam eiuſdem regis à dæmonio vexatam liberauit, Argentinæ viciſſim ſuccedentes epiſcopi, claruerunt.

S. Arbogaſtus & Florentius.

Anno Domini DCLXXIIII, Dagebertus rex obiit, & filij eius duo regno ſubſtituuntur. Sigebertus cũ Pipino duce & maiore domus regiæ, Auſtraſiam: Clodoueus minor cum Nanthilde matre & Erchinoldo maiore domus regię, Franciam & Burgundiam accepit. Sigebertus rex Auſtri, Pipino duce defuncto, Grimoaldũ filium eiuſdem Maioremi domus ſtatuit. Decedente verò tẽpore defuncto Sigeberto rege, Grimoaldus filium eius paruulum, nomine Dagebertum totondit, & in Scotiam ad peregrinandum direxit, filium ſuum in regno conſtituens. Franci hoc valde indignantes, Grimoaldum capiunt, & ad condemnandum regi Francorum Clodoueo offerunt.

offerunt. Qui in Parisius ciuitate carceri mancipatus, vt erat dignus morte, quod in dominum suum exercuit, valido cruciatu finiuit vitam.

Per idem tempus concidit regnum Francorum casibus pestiferis. Fuit namq; rex Clodoueus omni spurcitiæ deditus, fornicarius & illusor fœminarum, gulæ & ebrietati intentus. De morte huius & fine nihil historia dignum recolit. Cui vicissim filij eius Lotharius, Hildericus, Theodoricus in regno successerunt. Erchinoldo igitur defuncto, Lotharius qui tunc regnabat, Ebroinum maiorem domus constituit. Qui ob nimia scelera sua à Francis accusatus, ab Hilderico, qui fratri in regno successerat, in Luxouio monasterio Burgundiæ recluditur, & Leudesius, quem Germani Luthericum vocant, filius Erchinoldi, consilio Leodegarij Augustudonensis episcopi maior domus palatij constituitur.

Rex igitur Hildericus cum per aliquot annos regnasset, à pestiferis conspiratoribus in aula, cum vxore sua prægnante, peremptus est. Leudesius verò & Luthericus cum Franciæ & Germaniæ principib. fratrem eius Theodericum regem constituunt, suffragantibus sibi Didone Pictauiensi episcopo, Leodegario Augustudonensi episcopo & Gerino Pictauensi comite fratre eius.

Igitur Ebroinus de Luxouio egressus, & apostata factus, Theodoricum regem & Leudesium persequutus, regales thesauros apprehendit, & quoscunque insidiatores suos reperit, crudeli morte damnauit. Postea in Germaniam cum suis, quasi pacis sub obtentu, pro Leudesio transmisit, vt eius auxilio in gratiam regni peruenire potuisset, dispositis ei in itinere insidijs. Ille verò, licet cum omnimodis habuisset eum suspectum, tamen pro pace restauranda iter aggressus est. Cumque ad loca insidiarum peruenisset, Ebroinus cum suis ex improuiso consurgens, Leudesio cum aliquantis militibus occiso, ipse principatum regni violenter inuasit, & cum conspiratoribus suis Leodegarium episcopum captiuum interemit, Didonem episcopum auunculum eius exilio damnauit. Leudesius namque cum maior domus esset, duxerat vxorem de prosapia sancti Sigismundi regis Burgundiæ, genuitque ex ea Athicum seu Adalricum, qui patre adhuc superstite, & Hilderico regnante, vxorem duxerat Berswindam nomine, filiam sororis sancti Leodegarij, sororem videlicet reginæ. Ob hanc causam consanguinitatis à præfato rege ducatum Germaniæ adeptus est, habuitque sedem in villa regia Ehenheim / & in castro quod Hohenburg nominatur: genuitque filiam à natiuitate cæcam, nomine Odiliam, quæ à sancto Herhardo Ratisponensi episcopo, & Hildolfo Treuerensi baptizata, in sacro fonte visum recepit.

Ebroini perfidia & immanitas.

Sedes ducatus Alemãnia.

Odilia illuã strix virgo.

Ebroinus igitur dum Francos crudeliter opprimeret, ab Ermenfrido occisus est, & Waranto maior domus à Theodorico constituitur. Quo defuncto, Franci in diuersa tendentes, vacillabant, & Berecharium quendam statura pusillum, sapientia ignobilem, consilio inutilem, maiorem domus palatij oberrantes statuerunt.

Pipinus igitur dux, filius Angisi, nepos sancti Arnulfi, decedentibus regibus, qui iamdudum dominabantur in Austria, terram sibi vendicauerat: & consurgens commoto hoste quàm plurimo contra Theodericum regem & Berecharium aciem dirigit: illisque inter se decertantibus, Theodoricus rex vnà cum Berechario terga vertit, Pipinus victor extitit, & Berecharius ab inimicis suis peremptus est. Post hæc Pipinus dux, Theoderico annuente, cepit esse in principali regimine maior domus: qui multa bella gessit cõtra Rapotonẽ gentilem, contra Sueuos, & quamplurimas gentes.

Theoderico decedente, Clodoueus filius eius regnauit, post quem Hildebertus, deinde Dagebertus. Pipinus itaque dum principatum palatij sub prædictis regibus annis XXVII egregiè administrasset, mortuus est, anno ab incarnatione Domini DCCXIIII.

Eius temporib. duo Angli presbyteri Ewaldi, dum Saxonibus prædicarẽt, martyrio coronati & miraculis declarati ab ipso Coloniæ tumulati sunt, anno domini DCXXIIII. Sequenti anno sanctus Willebrodus à Sergio papa archiepiscopus ordinatus, genti Frisonum prædicans, virtutibus floruit.

S. Willebrodus.

Igitur Pipino mortuo, Franci Raginfredum in principatum, maiorem pa-

latij elegerunt: qui, Dageberto rege mortuo, cum Francis Danielem quendam clericum cæsariæ capitis crescente, in regnum statuit, atque Hilpericum nuncupauit. Eodem tempore Carolus dux, filius Pipini, in Austria semel & iterum exercitu commoto contra Hilpericum regem, & Raginfredum maiorem domus, pro principatu decertantibus, Hilpericus cum Raginfredo terga vertit; Carolus victor extitit. Deinde Hilperico mortuo Theodericus ei successit. Quo mortuo, Hildericus regnauit, qui tonsus & in monasterium iussu Stephani papæ recluſus est, vt in sequentibus planiùs dicetur.

Carolus igitur dux victrici manu maior domus palatij effectus est, Raginfredo depositio: cuius regiminis quarto anno, qui est à natiuitate Domini DCCXVIII, Sarraceni Constãtinopolim obsidentes, tandem diuino auxilio fame, peste & ferro repelluntur.

S. Bonifacium primum archiepiscopum Mogũt. Sequenti anno sanctus Bonifacius à Gregorio papa Moguntiæ archiepiscopus ordinatus est, quamuis antea Moguntini episcopi suffraganei fuerint Wormatiensiũ episcoporum: & auctoritate apostolica duos in sua parochia episcopatus fecit, Wurzeburgensem scilicet, cui sanctum Burchardum, & Eistetensem cui Willebaldum cõprouinciales primos episcopos ordinauit. Hic etiam Fuldense cœnobium in saltu Bochania construxit, vbi postea cum Fresonibus prædicaret, martyrij coronam adeptus, anno Domini DCCLIIII sepultus est.

Fuldense Cœnobium.

Anno dominicæ incarnationis DCCXXIII, corpus sancti Augustini Hipponensis episcopi de Sardinia in Italiam à Luprando rege Longobardorum translatum est Ticinum. Sequenti anno sanctus Pirminius in Augia insula serpentes fugauit, & cœnobialem vitam ibi instituens, Ethonem postea Argentinensem episcopum, qui etiam Ethenheim cœnobium construxit, pro se abbatem constituit, ipseque Alsatiam, Alemanniam atque Bauariam, alia constructurus cœnobia, petiit, quorum nomina hęc sunt: Althahe/Pheveré [Fauarias] Murbach/Schuttere/Gengenbach/Swarzahe/Wissenburg/Horenbach/Morsmünster/Nuwilre.

Augia maior cœnob.

Ettenheim.

Cœnobia à S. Pirmino inchoata.

Anno dominicæ incarnat. DCCXXXI, Beda presbyter natione Anglicus, doctor eximius migrauit ad Dominum.

Carolus igitur dux & maior domus regni Francorum, postquam Alemanniam, Bauariam & totam prouinciam Teutonicorum subegit regno Francorum, genuit Carolomannum & Pipinum: qui diuiso post obitum eius patris regno Francorum maiores domus præfuerunt: regibus tamen in Francia, sed parua dignitate, regnãtibus. Igitur Pipinus missis Romam legatis Zachariam papam de regno Francorum & ignauis eius regibus consuluit: cuius auctoritate & non multò post iussu Stephani pontificis Romani, Hilderico, qui tunc temporis regimen Francorum tenebat, depositio, atque in monasterium detruso: Pipinus maior domus, rex Francorũ electus, & Suessionis, à sancto Bonifacio Moguntinensi archiepiscopo vnctus est, anno domini DCCLII.

Pipinus maior domus rex Francorum.

Regum è Merouingis extremorum ignauia.

Gens namque Merouingorum, de qua Franci reges creari sibi soliti erant, vsque ad hæc tẽpora durauit: quæ licet in Hilderico finita posset videri, tamen iamdudum nullius vigoris erat, nec quidquam in se clarum, præter inane regis vocabulum, præ se ferebat. Nam opes & potentia regni penes palatij præfectos, qui maiores domus dicebantur, & ad quos summa imperij pertinebat, tenebantur: neque regi aliud relinquebatur, quàm vt regio tantum nomine contentus, crine profuso, barba submissa solio resideret, ac speciem dominantis effingeret, Legatos vndecunque venientes audiret, eisque abeuntibus, responsa, quæ erat doctus, vel etiam iussus, ex sua velut potestate redderet: cum præter inutile regis nomen & precarium vitæ stipendium, quod ei præfectus aulæ (prout videbatur) exhibebat, nil aliud proprij possideret, quàm vnã præparui redditus villã, in qua domũ, & ex qua famulos sibi ministrãtes atq; obsequiũ præbentes, paucæ numerosicaris, habebat. Quocunq; eundũ erat, carpento ibat, bubus iunctis & bubulco rustico more agente, trahebatur. Sic ad palatium, sic ad publicum populi sui conuentũ, qui annuatim ob regni vtilitatem celebrabatur, ire, sic domũ redire solebat. At regni administrationẽ & omnia quæ vel domi vel foris agenda vel disponenda erant, præfectus aulæ procurabat.

Quo

Quo officio tunc cum Hildericus deponebatur, Pipinus iam velut hæreditario iure fungebatur, qui honor non alijs dari consueuerat quàm his, qui claritate generis & opum magnitudine cæteris eminebant. Hunc cum Pipinus ab auo & patre sibi & fratri Carlomanno relictum, summa concordia diuisum, sex annis sub rege memorato tenuisset: Carlomannus amore conuersationis contemplatiuæ succensus, operosa temporalis regni administratione relicta, in monte Cassino optata quiete perfruitur.

Pipinus autem per auctoritatem Romani pontificis ex præfecto palatij rex constitutus, cum per aliquot annos Francis solus imperaret: Stephanus papa pro auxilio contra Haistulphum Longobardorum regem poscendo, ad eum in Franciam venit, & filios eius Carolum, ob virtutum & meritorum quantitatem cognomento Magnum, & Carlomannum Parisiis reges inunxit, anno Domini DCCLIII.

S. Othmarus.

Anno Domini DCCLIX, sanctus Othmarus, qui cellæ sancti Galli primus abbas constitutus, XL annis præerat, à Warino & Ruthardo, consensu Sidonij Constãtiensis episcopi, iniquè damnatus, in Heniſtein relegatus, migrauit ad Dominum.

Eodem anno Waifarius tyrannidem in Aquitania exercuit: cui resistens Pipinus rex, Vasconiam seu Aquitaniam inuasit, & tyrannum iniustè vsurpata sub sacramento reddere coegit.

Pipini regis obitus.

Finito Aquitanico bello, quod per continuos nouem annos gerebatur, Pipinus XVII anno regni sui apud Parisios obijt: superstitibus filiis Carolo magno, & Carlomanno, ad quos successio regni diuino nutu peruenerat. Franci igitur facto generali conuentu, ambos sibi reges constituunt, ea conditione, vt totum regni corpus ex æquo partirentur. Carlomannus post administratum communiter biennio regnum, morbo decessit, & Carolus, fratre defuncto, consensu omnium Francorum rex constituitur: qui Hildegardam de gente Suaborum præcipuæ nobilitatis fœminam, in matrimonium accepit, & tres ex ea filios genuit, quorum vnus nomine patris sui Carolus, alter Pipinus, qui postea factus est rex super Italiam, tertius verò vocabatur Ludeuicus, qui fuit rex super Aquitaniam. Liberalibus disciplinis & mundanis legibus instruebat eos, & cum primò ætas patiebatur, more Francorum equitare, armis ac venationibus exerceri fecit. Tres etiam de Hildegarda filias habuit, scilicet Rudrudem, Bertam, & Giselam.

Carolum magnum Pipini F. rex.

Carolus igitur dum per XXXIII annos sub nomine regis circumquaque fortia gessit bella, Romam venit propter Leonem papam, qui a Romanis lingua præcisa & excæcatus in Saxoniam ad eum perductus fuerat: vbi Leonem de ei illatis & non probatis criminibus sacramento purgatum, sedi suæ restituit, ac temerarios iuxta leges Romanas capitali sententia addixit: sed precibus eiusdem papæ vita concessa, in exilium eos relegauit. Itaque cum tanti tamque famosi viri per totum orbem terrarum fidei probitatisve fama volauit: Romani potentissimum Romanum imperium, imò & papæ electionem sibi præscripserunt. Igitur precibus beati Leonis papæ & Principum regni, omniumque primatum admonitus, tam Dei quàm hominum voluntati consentiens, cum magno vniuersalis cleri plebisque tripudio, in die natalis Domini nostri Iesu Christi, anno incarnationis eius DCCC primo, ante altare beati Petri apostoli, Romæ a Leone papa consecratus & vnctus est Carolus Imperator, ipso Papa coronam auream capiti eius imponente, in iubilo cordis & oris Romano clero & populo acclamante: *Carolo Augusto à Deo coronato magno & pacifico Imperatori*, VITA ET VICTORIA.

Carolus M. Occidentis imperator creatus.

Sciendum est, quod primus omnium Regum vel Imperatorum post Christi natiuitatem, Carolus vnctus est: bis equidem, primò in Francia cum fratre suo Carlomanno adhuc puer in regem: deinde Romæ, in Imperatorẽ. Ex eo reges & Imperatores, more antiqui Dei populi, vngi cœperunt. Notandũ etiã quòd huius nominis tertius Valẽtinianus, sub quo beatus Augustin⁹ Hipponẽsis doctor obiit, nouissimus Augustorũ fuit in vrbe Roma: post quẽ Hesperiũ cecidit regnũ: & nemo creatus est Romæ Augustus, per annos circiter CCCXLVIII, vsq; ad Carolũ magnũ: ipse enim primus post Valentinianũ Romæ imperator augustus extitit. Post quem Romanum

Mos Gregoriadi reges. NB.

Aquisgranum sedes imperialis.

imperiũ cis mare Francorũ regib. administrandũ, cum Cæsaris imperatoris Augusti nomine cõmissum est, vsq; quo deficiente in Francia & lassescente regio stemmate, Romanũ imperiũ à Teutonicis Principib. administratũ est, vsq; in hodiernũ diẽ. Hęc ciuitas Romæ cõdita est à Romulo annis DXIX post Troiæ excidium: à conditione verò inclytæ vrbis vsq; ad incarnationem Domini fuerunt anni DCCLII.

Carolus factus Imperator, Galliarũ fines adiit, & locũ qui Aquis, ob aquarũ calidarũ adeptionẽ, traxit vocabulũ, solito more venãdi causa aggressus est, & pplexione syluarũ & errore viarũ à sociis separatus, thermas calidorũ fontiũ & palatia inibi reperit, quę quondã Granus, vnus de Romanis principibus, frater Neronis & Agrippę, cõstruxerat: quæ lõga vetustate deserta ac demolita, frutetis quoq; ac veprib. occupata, pede equi quo sedit, inter saltus riuos aquarũ calidarũ percepit & reperit. In quo loco sub titulo & honore beatæ Deigenitricis Mariæ, fundauit ecclesiã miri decoris, quàm auro & argento, & vario ornatu soli, æris, cãcellis quoq; & ianuis, magnificè & mirificè adornauit. Ad cuius etiã fundationis structurã cũ columnas & marmora aliunde habere nõ posset, Roma, Rauenna ac Treueri deuehenda curauit, nullũ laborẽ ac sumtum recusans. Cõsecrationem verò eiusdẽ basilicæ quanta solennitate episcoporũ & prælatorũ, quãta totius regni & imperij primatũ & principum numerositate celebrauerit, adscito etiã beato Leone, sanctę Romanę sedis præsule, series gestorum principaliũ manifestè dictauit. Illius namq; ecclesię celeberrima dedicatio, sub præsentia metropolitanorũ & episcoporũ numero CCCLXV, excepta innumerabili multitudine Ducũ, Marchionum, Comitũ, baronũ, tã Italiæ quàm Saxoniæ, tã Bauariæ quàm Alemãniæ, & vtriusq; Frãciæ, ab omnib. est glorioſissimè solennisata. Illic igitur domino apostolico & omnib. prædictis nobilib. & egregriis personis cõgregatis, Imperator meruit ab omnib. obtinere pro nimia deuotione, quam erga ipsum locũ & matrẽ Christi habebat, vt in tẽplo eodẽ sedes vnctionis regię locaretur, & locus regalis, & caput Galliæ trans Alpes haberetur, & in ipsa sede reges successores & hęredes regni initiarẽtur, & sic initiati iure dehinc imperialem benedictionẽ Romæ à domino apostolico, sine vlla interdictione, planiùs assequerẽtur. Cõfirmatum & sancitũ est à domino apostolico Leone, & à Carolo Romanorũ imperatore semper augusto, quatenus ratũ & incõuulsum hoc statutũ & decretũ maneat, vt Aquisgrani sedes regni trãs Alpes habeatur, sitq; caput omniũ ciuitatum & prouinciarum Galliæ. Acquieuerũt vniuersi voluntati Imperatoris, qui ad hoc solẽne dedicationis ex diuersis regnis, cõfluxerant, ac bonũ & acceptũ corã Deo & hominib. apostolici & imperatoris decretũ astruxerunt, & omniũ graduum episcoporum, abbatum quoq; banno corroborari hanc petitionem vniuersi acclamauerunt. Quàm strenuè Deo dilectus imperator materialis gladij cingulo militiæ præcinctus, laboriosum onus sustinuerit, qui scire desiderat, in catalogo virorum fortium & in Chronicis eiusdem inueniet: tamen pauca bellorum eius insignia adnotemus.

Aquisgranum sedes regia Vnctionũ. NB.

Christiani Hierosolymis oppressi.

Interim igitur dũ bellũ ageret cõtra Godefridũ regẽ Nortimannorũ, apud Ierusalem inter Christicolas & paganos discordia orta est adeò magna, quòd Patriarcha, vir perfectissimæ religionis, de ciuitate vi expulsus, ad imperatorem Constantinum & filium eius Leonem, qui tunc temporis illis partib. imperabat, Constantinopolim fugiendo, cum aliis Christianis peruenerit, & ei lacrymabiliter, quæ & quãta sibi sint illata, & qualiter sepulcrum Domini & sancta loca gentes inordinatè tractent, quod vniuersi Christi fidelibus deberet esse dolendum, enarrauit.

Imperator igitur hostes sanctæ ecclesiæ refrenandos, sociũ itineris adsciuit Carolum magnũ, literis ei cum muneribus insignibus directis. Quib. ille receptis, intellexit iam se à Deo ad hoc negotium prælectum esse, & iam vsq; ad Orientales famã suæ probitatis transuolasse. Hinc gaudio gauisus est valde: sed oppidò, quòd Dominicum sepulcrum à paganis, erat obsessum, cõdolens, lacrymari cœpit. Qui statim cõsilio habito, per totum Francorũ regnum edicto citissimè imperat, vt omnis quicunq; ad sese defendendũ arma possent deferre, tam senes quàm iuuenes, secum pugnaturi in paganos versus Orienteles plagas ineuitabiliter satagant. Alioquin quicunq; huius edicti mandata non peregerit, ipse in vita sua & filij eius similiter, ex regis decreto, de capite quatuor nummos, quasi serui soluant.

Quid

Quid vltrà cateruatim vndique populis circumfluentibus maiorem exercitum quàm antea habuisset, breui spatio congregauit. Itaq; in nomine Domini profectus, tandem cum exercitu suo Cõstantinopolim longo itinere fatigatus, peruenit. Postea verò fugatis quoque paganis, ad celsam vrbem, quæ vexilla crucis viuificæ, Christique passionis retinet monumenta, lætus & supplex aduentans, patriarchæ totique Christicolæ plebi cuncta prospera, Deo opitulante, solidauit. His itaq; gestis imperatorem Constantinum licentiam repatriandi Carolus magnus subrogauit, acceptis ab eo dignis ac sacrosanctis pignoribus, sanctorum, scilicet, de spinea corona Domini octo spinas, cum roboris parte, vnum de clauis Domini & de sancta cruce, & sudarium Domini, & sanctę Deigenitricis camisiam, & cinctorium vnde puerum Iesum in cunis cinxerunt, brachium senis Simeonis & alia multa: quæ omnia Deo dilectus Carolus post reditum suum Aquisgrani, cum multorum religiosorum virorũ comitatu diligentissimè recondidit.

Caroli Mag. Hierosolymitana expeditio.

Itaque magnus imperator Carolus postquam multis laboribus diuersa orbis regna innumerasque vrbes à mari vsque ad mare, diuinis munitus subsidijs, inuincibili suæ potentiæ brachio subiugauit, & ab infidelium potestate liberauit, Christiano imperio subdidit. Tanto igitur sudore ac graui fatigatus labore, vt requiem sibi daret, nec amplius bellũ inire proposuit. Et ecce per visum nocte intuitus est in cœlo quandam viam quasi stellatam, incipientem à mari Frisiæ, & tendentem inter terrã Teutonicam & Italiam, inter Galliam & Aquitaniam, rectissimè trãseuntem per Vasconiam, Basculamque & Nauarriam atq; Hispaniam vsq; Galliciam, vbi corpus beati Iacobi tunc temporis latebat incognitum. Hęc igitur cum Carolus per singulas penè noctes conspiceret: apparuit ei beatus Iacobus, admonens, vt ad expugnandam perfidiam & visitandam memoriam eius in Galliciam proficisci deberet: & post eum omnes populi, à mari vsque ad mare peregrinantes, & delictorum suorum veniam implorantes, illuc ituri essent, à temporibus suis vsque ad finem seculi. Quibus imperator excitatus & monitus, atque promissione apostolica fretus, coadunatis exercitibus multis, expugnare gentes Hispaniæ & Galliciæ aggressus est. Tunc prece ad Dominum & sanctum Iacobum fusa, muri confracti funditus corruerunt, sicut legitur diuinitus factum de muris Iericho. Itaque Sarracenos, qui baptizari voluerunt ad vitam reseruauit, eosque qui renuerunt, gladio feriendos tradidit. His auditis, cæteri Sarraceni inuictissimo Carolo vbique sese in deditionem tradebant, obuiamque ei tributa mittebant, & vrbes vltrò reddebant: totaque gens in Galicia valida & robusta, armis abiectis Imperatorem Carolum honorificè & pacificè recepit. Deinde Carolus visitato beati Iacobi sepulchro, accessit ad petram limitarem, & infixit in mari lanceam suam, agens Deo gratias & sancto Iacobo, qui huc vsque duxisset, dicens: quòd vlterius ire non posset.

Carolus Sarracenos in Hispania perdomat.

Reuerso demum in Galliam Carolo magno, quidam rex Africæ, nomine Agiolandus cum exercitu terram Hispanię sibi subiugauit, interfectis vniuersis, eiectisque de oppidis & vrbibus Christianis custodibus, quos ad custodiẽdam terram reliquerat. His auditis, Carolus cum magno exercitu rursum proficiscitur in Hispaniam, reperitque Agiolandum in amœno prato, super fluuiũ quod vocatur Teia, vbi postea basilica beatorum martyrũ Facundij & Primitiui ab ipso noscitur fabricata. Appropinquantibus autem Christianorũ exercitibus, mandauit Agiolandus Carolo optionem pugnandi secundùm velle suum, vel viginti contra viginti, vel XL contra quadraginta, vel centum contra centum, vel mille aduersus mille, vel vnũ contra vnum, vel duos contra duos decertantibus. Interea missi sunt à Carolo centum contra centũ Agiolandi milites, & interfecti sunt Sarraceni. Deinde misit Agiolandus ducentos cõtra ducentos Caroli milites, & statim occisi sunt Mauri. Iterum misit Agiolandus duo millia contra duo millia, è quibus alia pars occisa est, alia terga vertit. Tertia verò die iecit sortes Agiolandus secretò, in quibus cognouit Caroli detrimentum, & mandauit ei, vt ad pugnã plenariam contra eum die sequenti veniret: quod ab vtraq; parte concessum est. Tunc astiterunt quidam ex Christianis, qui sero ante diem belli arma sua bellica studiosè præparantes, hastas suas in terram fixerunt, erectas ante castra, scilicet in pratis iuxta præfatum flumen; quas summo mane corticibus & fron-

Caroli confictus cum rege Agiolando.

dibus inuenerunt veſtitas: hi ſcilicet, qui in acie proxima palmam martyrij pro fide Chriſti erant accepturi. Vnde vltra quàm dici fas eſt, admirantes, tantumq; miraculum diuinæ gratiæ & meritis fideique imperatoriæ adſcribentes, abſciderunt prope terram: quarum radices, quæ in terra remanſerunt, ex ſe poſtea magna nemora, quę adhuc in eodem loco apparent, genuerunt. Erant autem multæ ex haſtis fraxineæ. Die autem ſequenti commiſſa eſt contra hoſtes pugna, in qua occiſa ſunt Chriſtianorum XL millia, & dux Milo de Angulariis, Rotſandi genitor, ibidem martyrij palmam eſt adeptus, cum his, quarum haſtæ (vti dictum eſt) fronduerunt. Sed & Caroli equus in eadem pugna interemptus eſt.

Tunc Imperator conſtanter permanens, cum duobus millibus Chriſtianorum peditum & ipſe pedes, cum ſe inter innumera hoſtium millia cerneret circumuallatum, euaginato gladio multos Sarracenorum trucidauit. Die verò adueſperaſcente, tam Chriſtiani quàm Sarraceni in caſtra reuertuntur. Altera verò die Agiolandus in fugam verſus, in Legionenſium fines ſeceſſit, & triumphator Carolus in Galliam remeauit: vbi rurſus multis congregatis de imperij viſceribus, videlicet CXXIIII milibus, Hiſpaniam ingreditur, & cum Agiolando cõgreſſus, ipſum & omnes ſuos proſtrauit: & cuncta rite diſponens, victor ad propria rediit.

Hæc bella & multò plura rex & Imperator potentiſſimus per annos XLVII in diuerſis terrarum partibus ſumma prouidentia atq; felicitate geſſit. Omnibus itaq; Carolus in pace & tranquillitate compoſitis, coronato filio ſuo Ludouico, & commiſſo ei totius regni negotio, cũ more ſolito Aquiſgrani hyemaret, febre valida correptus decubuit, & in ſenectute bona viam vniuerſæ carnis ingreſſus eſt, v cal. Ianuarij, ætatis ſuæ anno LXXII, regni autẽ XLVII, ſubactæq; Italiæ XLIII: ex quo Imperator & auguſtus appellatus eſt, decimoquarto: incarnationis verbi Dei DCCC. XIIII, & in eccleſia Aquiſgrani honorificè ſepultus quieſcit.

Caroli Mag. deceſſus.

Anno dominicæ incarnationis DCC. LXXVIII, Hildegart regina vxor eius obiit. Eodem anno Bertha mater eius, quæ apud eum in magno honore ſenuerat, vita deceſſit, & apud maritum ſuum Pipinum Pariſiis ſepelitur.

Hildegardis Auguſtæ obitus.

Anno regni Caroli magni XLII, obiit Pipinus filius eius rex Italiæ. Sequenti anno Carolus primogenitus eius vita deceſſit. Solus Ludewicus ad regni gubernacula remanſit. Rudrudis filiarum eius primogenita defuncta eſt prius quàm ipſe obiret. Hæc Conſtantino filio Irenes deſponſata erat, Græcorum imperatori. Hic Conſtantinus huius nominis ſextus cum matre Irene imperium in Orientis partibus accepit, anno dominicæ incarnationis, DCC. LXXXIIII. Eodem anno homo quidã fodiens in longis Thraciæ muris, inuenit lapideam arcam: quã cum expugnaſſet, reperit virũ iacentem, & conglutinatas arcæ literas, continentes hæc. *Chriſtus naſcetur ex Virgine Maria, & credo in eum. Sub Conſtantino Irene imperatoribus ô Sol iterum me videbis.* Vnde cognoſcere poſſumus, nullo tempore defuiſſe fideles ſpiritu Dei plenos.

Anno Domini DCCC. XIX, corpus ſancti Marci euangeliſtæ, ſub nomine Valentis martyris Ratholdus Veronenſis epiſcopus à Duce Venetiæ impetrauit, & cum corpore ſancti Geneſij martyris in Augiam inſulam attulit.

S. Marci corpus.

Anno Domini DCCC. LXII, Tregandus Treuerenſis archiepiſcopus, Lothario regi & Gunthero Coloniẽſi archiepiſcopo cõſentiens in deiectione Tieburgæ vxoris, eiuſdẽ Lotharij falſo accuſatæ. Imò definitũ eſt in ſynodo, ad hæc machinandũ collecta, quod ipſa confeſſa fuiſſet, ſemetipſam fratris germani inceſtuoſo pollutam fuiſſe concubitu. Hanc falſam infamiam Lotharius his epiſcopis cõpoſuerat, cupiens hoc modo reginam abijcere, & Waldradam, ſororem Guntheri Coloniẽſis archiepiſcopi, quã ipſe adoleſcens concubinam habuerat, in regnum aſſumere. Quod cum iudicio epiſcoporum adeptus fuiſſet: ſequẽti anno Thregandus & Guntherus à papa Nicolao Romam, pro his cauſis, euocati ſunt, ibique omni eccleſiaſtica dignitate priuati & depoſiti ſunt, & Lotharius excommunicatus eſt.

Mortuo Nicolao papa, Adrianus ei ſucceſſit: ad quem cum Lotharius rex Romam veniſſet, & opitulante fratre Ludouico Imperatore, pro Waldradę concubinæ ſuæ matrimonio ſatis egiſſet, nihil profuit. Ea quidem conditio ei dabatur, vt ſi innocens eſſet de adulterio, fiducialiter corpus Domini perciperet: ſin verò, *illud* nullatenus acci-

nus accipere præsumeret. Sed ille temerarius accessit,& cum suis complicibus ineuitabile iudicium sibi suoque regno, heu nimium demens,percepit. Nam tanta clades præsumptionem hanc diuinitus subsequuta est, vt eiusdem Lotharij regno tota virtus ac nobilitas non peste,sed hostili gladio deleta esse videretur.Itaq; cum rediret domum,Placentiæ perijt,fautoresq; sceleris omnes penè in itinere periere,regnumque eius rex Galliæ Carolus,patruus eius,inuasit.

Anno domini DCCC.LXXX, Carlomannus rex Bauatiæ,apud villam OEtingen obijt. Tertio anno Ludouicus frater eius rex Germaniæ,absque hærede decessit.Itaq; frater ipsorum Carolus rex Alemanniæ Romam veniens, vna cum regina Richarda imperiali vnctione à papa coronatur,anno Domini DCCC.LXXXI. *Carolus Crassus Imp.*

Anno Domini DCCC.LXXXVII, Richarda imperatrix adulterij vitio cum Liutwardo Vercellensi episcopo incusata,diuino iudicio se ab omni vxorum commixtione integram & virginem approbauit,quanuis iam XII annis in coniugio imperatoris apparuit: moxque ab Imperatore separata,in Andelahe, cœnobium virginum à se constructum,secessit,ibiq; Deo seruiens,virgo regina permansit. Imperator autem ab omnibus deseritur,& Arnolfus,fratris sui Carlomanni filius, rex eligitur.Itaque Imperator Carolus iam priuatus deuotè Deo seruiens (vt quidam dicunt) à suis strangulatus obijt: anno Domini DCCC.LXXXVIII. *Andlo Cœnobium Alsatiæ.*

Anno domini DCCCC. XXIIII, sanctus Vdalricus Augustæ factus est episcopus.

Anno domini DCCCC.XLIX,Lothario rege Italię mortuo,Berengerus regnum eius inuasit,viduamq; eius Adelheidem,Rudolfi regis Burgundiæ filiam, multis iniuriis afflixit.Sequenti anno Otto rex Italiam petijt,sibiq; eam subiecit,& expulso Berengero,dominam Adelheidem liberauit.

Anno domini DCCCC.LII,Otto rex cum filio suo Ludolpho Italiam intrauit, & regales nuptiæ cum Adelheide vidua Papiæ celebrantur.Postea priuignus regis,Ernestus dux,filius Adelheidis reginæ,qui pro excessibus,regia maiestate læsa, proscriptus & exul factus erat,per plures annos & post infinitos labores exilij sui,Imperatori reconciliari meruit. *Otto primus Imp.*

Anno Domini DCCCC.LXI,Otto rex filium suum Ottonem ex Adelheide,regem eligi fecit,& ipse cum exercitu Italiam petijt,accepturus imperialem coronam. Sequenti anno Otto rex Romam venit,repugnantem subegit,ordinari se à Ioanne papa Imperatorem exegit.Otto imperator factus Ioannem papam pro scelerib. suis arguens,minime eum corrigere potuit.

NB.

Anno DCCCC.LXIII,imperator natalem Domini Papiæ moratus,iterum Romam venit,pro sceleribus Ioannis papæ diiudicandis. Sed eodem Ioanne papa imperatorem in Campaniam fugiente,in locum eius à Romanis & imperatore vis venerabilis Leo ordinatus est. Sequenti anno Romani Leonem papam expellunt, mortuoque Ioanne papa priore,Benedictus nolente imperatore ordinatur. Igitur Roma ab Imperatore obsessa est,& tanta fame oppressa, vt sextarius furfuris væniret XXX denarijs. Non multo post dedita vrbe,traditoque Benedicto,Imperator papam Leonem restituit, & Romanos ei fidem per sacramenta promittere coegit. *Imperator papam constituit.*

Vsque ad hæc tempora Roma sæpiùs capta est.Primò capta est à conditione sua, anno CCC.XXXV,nec vnquam postea similem passa est ruinam: cuius destructionis casus hic fuit.Galli senones,duce Breuno,exercitu copioso freti,totis viribus Romam contenderunt.Hos dirè irruentes Fabius consul cũ exercitu excepit,nec tamẽ obstitit: imò hostilis ille impetus Romanos quasi aridas segetes succidit, strauit,& transiuit vrbe destructa & incensa. Secundo Roma capta est,à conditione sua anno M.C.LXIIII,ab Alarico rege Gothorum,sub Honorio imperatore.Tertio capta est Roma,à conditione sua,anno M.CC.IX, à Genserico rege Africæ, sub Maximo imperatore. Odazer rex Torcilingorum & Rugorum,pervasa Italia Romam capit quarta iam vice, à conditione sua anno M.C.C.XXX, & Augule imperatore exiliato, ipse Romæ tyrannicè regnat. Exinde res Romanæ & omnis imperij status apud Constantinopolim solummodo esse cœpit: Hesperia ferè omni *Vrbis Romæ clades & occupationes.*

& Lybia barbaris addicta. His temporibus Theodoricus rex Italiæ Zenoni imperatori, qui tunc in Orientis partibus apud Constantinopolim Romanũ apicem gubernabat, cum suis Gothis militauit. Qui missus ab imperatore eodem, Odakarũ Romæ obsedit, capit, & interemit, anno dominicæ incarnationis CCCC.IX, & ipse Romam consensu Zenonis & Occidentis imperiũ XXX annis obtinuit. Hic Romæ, Rauennæ, Veronæ, & alibi, per singula quæq; regia habitacula construxit: qui etiam Arrianis fauit, occisis Boethio poeta, Symmacho patricio & Ioanna papa. Iste est Theodoricus, de quo Teutonica extant carmina, filius Dietmari, de quo etiam Gregorius in dialogo scribit. ¶ Quinta vice ab incarnatione Domini D.XLV, sub Iustiniano imperatore, Totila rex Gothorum transpadanorum Romam petijt, eamq; obsidionibus circumcludit. Quæ tantam famis penuriam passa est, vt præ magnitudine inopiæ, natorum suorum carnes comedere vellent. Fessis nimiùm Romanis, nec valentibus se tueri, Totila rex vrbem ingressus est, quæ tamen citò per Narsem eunuchum & cubicularium Imperatoris recuperata est, & liberata à Gothis, ipsis penè omnibus ad internecionem deletis, & Totila rege eorum interfecto. ¶ Sexta vice à conditione sua obsessa & capta est Roma, anno Domini DCCCC.LXIIII, ab Ottone magno imperatore, vt supra dictũ est. Qui decus tanti nominis, scilicet Imperatoris, à Francigenis in Teutonicos primus magnanimiter transuexit.

Mirandum est, eandem ciuitatem, sc. Romam, toties captam, nec tamẽ deletam, nec seruituti vllatenus addictam: quod in summis & præcipuis regnis non ita contigit. Nam Niniuen & Babylon, & Alexandria, & Persepolis aliquando numerosissimis imperabãt, postea tributa pendebant. Roma verò etsi interdum irrupta, semper tamen libera: si plærumque humiliata, semper tamen domina. Sed de his dicta sufficiant.

Anno domini DCCCC.LXXI, sanctus Vdalricus episcopus infirmus, Adalberoni, sororis suæ filio, episcopatum impetrauit. Itaq; synodo apud Ingelnheim ab episcopis collecta, beatus Vdalricus episcopus & Adalbero transgressionis Canonum accusantur: sed causa sua dicta & excusata, absoluti discesserunt.

Anno domini DCCCC.LXXIII, Otto magnus imperator subito mortuus apud Parthenopolim, id est *Medegeburg*, vbi episcopatũ fecerat, sepultus est: & filius eius Otto, cognomento Mirabilis, regnauit pro eo. Imperatrix verò Adelheidis post ipsum sanctè & regiosè viuens longo tempore, multa contulit ecclesiis de regali munificentia: & ad vltimum super littus Rheni fluminis nobile cœnobium construxit, dictum nomine Sehlse, & illud prædijs & alijs opibus ditauit, vbi & ipsa postea moriens quieuit. Eodem anno, Adelbero futurus (vt sperabatur) Augustensis episcopus, obijt. Ipso etiam anno sanctus Vdalricus migrauit ad Dominum, anno ætatis suæ LXXXIII, episcopatus L. Sequenti anno sanctus Cunradus Constantiensis episcopus de hac vita decessit.

Otto secundus Imp.

Anno domini DCCCC.XCI, Otto rex peragrata Italia, venit in montem Gargani, & cognouit à referentibus, angelorum obsequia nocturno tempore ibi esse, nec vllum mortalium velint interesse. Cuius causſæ notitiam cum disposuisset curiosius indagare, apostolicum conuenit super hac re primum. Cui cum apostolicus consilium suum indidisset, sibi minus placere illum angelicis ministerijs interesse: paruipendit consilium Papæ, & eo ignorante proficiscitur in montem Gargani. Vbi dum pernoctaret, inter cætera quæ cognouit sanctorum mysteria, veniã consequutus est angelorum. Quòd temerè sacratum locum introierat, tantùm ab angelis prostratus, pro quodam iudicio, quod perfecisse debuerat, nec fecit: pro negligentijs transuerberatus est. Deinde sanctus Michael iussit eũ Romam remeare, statuto sibi die, quo eum vellet inuisere. Sicq; cruentatus rex Romam repedauit, & Benedicto papę cuncta à se visa retexuit. Igitur rex valido languore tactus, vita decessit, & ab archangelo receptus, superis est sociatus, anno domini DCCCC.XCIIII, cuius exequiæ per apostolicum condigno honore celebratæ, in porticu sancti Petri sepelitur: pro quo filius eius Otto adhuc puer regnauit.

Ottonis secundi obitus.

Otto tertius.

Anno domini DCCCC.XCV, Henricus dux Bauariæ, frater Ottonis magni, obijt, cuius ducatum filius eius Henricus obtinuit.

Anno

Anno domini DCCCC.XCVII, Bruno, filius Ottonis ducis Alemanniæ Romæ papa electus & ordinatus, Gregorius quintus vocatur. Otto subactis rebellibus in Italia, Romam veniens à Gregorio papa imperialem accepit vnctionem.

Anno domini M.II, Otto imperator obijt, & Aquis sepelitur, pro quo Henricus dux Bauariæ rex electus est. Eodem anno Leo papa, qui & Bruno de castro Egensheim, natus est. *Henricus sanctus Aug.*

Anno Domini M.VII, Henricus rex summo studio apud castrum suum, Babenberg dictum, nobilem construxit episcopatum, in honore sancti Georgij martyris.

Anno Domini M.XIIII, Henricus rex imperiali benedictione, à Benedicto papa octauo coronatur.

Anno domini M.XV, monasterium sanctæ Mariæ virginis in Argentina surgit primò à fundatione sua.

Anno domini M.XXIIII, Henricus imperator absq; filijs obiens, quia coniunx sua Kunegundis virgo permansit, apud Babenberg episcopatum ambo sepeliuntur: & Cunradus de Guebelingen in regem vnctus est, & anno domini M.XXVII, à Iohanne papa decimo octauo Romæ in imperatorem coronatur. *Conradus saliqua Kam. seu.*

Anno domini M.XXVIII, Wernharius Argentinensis episcopus primus obijt, & Wilhelmus succedit.

Anno domini M.XXXI, monasterium sancti Thomæ apostoli in Argentina, à Wilhelmo consecratur, & sancti Petri ab eodem inchoatur.

Anno domini M.XLV, dedicatum est monasterium Hohenburg, in honore beatæ Mariæ virginis à venerabili Brunone, Leucorum, id est Tullensium episcopo, postea apostolico. *Hohenburg monasterium Alsat.*

Anno domini M.XLVII, Wilhelmus Argentinensis episcopus obijt: cui Hetzel successit.

Anno domini M.LXXVII, Bertoldus dux Carinthiorum, qui & Zeringen, vir catholicus, obijt.

Anno domini M.LXXIX, Wernharius Argentinensis episcopus secundus obijt, cui Otto schismaticus successit. Eodem tempore in Alemannia tria monasteria primò instituta, egregriè polleb ant: sancti Blasij in nigra sylua, sancti Aurelij in Hirsaugia, sancti Saluatoris in Schafhusen, quod nauium domus dicitur. Wilhelmus etiam Hirsaugiensis abbas in causa S. Petri feruentissimus, eo tempore plura monasteria vsque quaque ex integro construxit: sancti Georgij in Nigra sylua, alterũ sancti Gregorij, item aliud ad Duplicem aquam prope Danubiũ, item aliud in loco qui Kamberg dicitur: aliud quoque monasteriũ in Rheni fluminis ripa, Petershusen dictum, quæ omnia regularibus disciplinis instituit. *Cœnobia recentiora à Hirsaugiẽsi nata.*

Anno domini M.LXXXXVII, sanctus Nicolaus archiepiscopus à Mirea in Barensem ciuitatem translatus est.

Anno domini M.XC, fundata est Margbach ecclesia sancti Augustini, à militari & illustri viro Burchardo de Gebelsuilre, cuius adiutor & cooperator fidelissimus magister Manegoldus de Lutenbach extitit. In sequenti anno in Teutonicis partibus caro cum sanguine pluit, & bufones cum piscibus cœlo ceciderunt, & sanguis de panibus fluere videbatur. *Marbach cœnob. superioris Alsatiæ.*

Anno domini M.XCII, principes Alemanniæ, ad defensionem sanctæ matris ecclesiæ, vnanimiter conuenerunt, sibique ad hoc negotium exequendum fratrem Gebehardi Constantiensis episcopi, Bertoldum de Zeringen, ducem totius Sueuiæ constituerunt, qui nondum ducatum aliquem habuit, etsi iam dudum nomen Ducis habere consueuerit. Hic præterito anno in proprio allodio Brisgaugiæ Friburg ciuitatem initiauit. *Friburgum Brisgoiæ conditum.*

Anno domini M.XCIII, Bertholdus dux Alemanniæ, qui & de Zeringen, cœnobium monachorum in honore sancti Petri in Nigra sylua construxit, quod postea frater eius Gebehardus Constantiensis episcopus consecrauit. *Monast. S. Petri.*

Anno domini M.XCIX, Ierusalem à gente Francorum, & à duce Godefrido capitur, & multa laudabiliter ibidem peraguntur. Eodẽ anno inchoatur Cistertiensis ordo, & per multas prouincias mundi dilatatur.

Anno domini M C, facta est fames incomparabilis & mortalitas horribilis. Otto quoque Argentinensis schismaticus de Ierosolymitano itinere reuersus, sed de schismate (vt putabatur) non emendatus, diem clausit extremum: cui Baldeuuinus, sex tantum victurus hebdomadas, successit. Cui eodem anno Cuno successit.

Anno domini M. CXXII, Bertoldus dux de Zeringen Mollesheim occiditur.

Anno domini M. CXXIII, Cuno Argentinēsis episcopus de sede pellitur: cui Bruno episcopus supraponitur.

Anno domini M. CXXV, Henricus imperator iunior, in ordine Imperatorum quartus, regum verò quintus, apud Traiectum rebus humanis exemptus in ciuitate Spira patribus suis appositus est. Huius sororem Agnetem pater suus Henricus imperator cuidam Friderico de castro Stauffen, ob opem sibi ferendam, in matrimonio tradiderat, eiq; ducatum Alemanniæ dederat, quem Bertoldus de Zeringen ex nobilissimis optimatibus regni prius possidendum acceperat, vt superius dictum est. Fridericus igitur dux Sueuorū & gener imperatoris factus, Bertoldum pacē petere coegit. Conditio autem pacis talis fuit: vt Bertoldus ducatum exfestucaret, sic tamen vt Turegum nobilissimum Sueuię oppidum, à manu Imperatoris ei tenendum remaneret. Quidam totam Teutonicam terram Alemanniam dictam putant, omnesque Teutonicos Alemannos vocare solent. Sed illa tantum prouincia, id est Sueuia, à Lemanno fluuio vocatur Alemannia: populiq; eam inhabitantes solummodo vocantur Alemanni.

Alemannia pars Germaniæ tantū.

Bertoldus igitur quanuis in hoc negotio Imperatori cesserit, tamen strenuissimus ac fortissimus fuit: qui vacuum exhinc nomen Ducis gerens, id quasi hæreditarium posteris reliquit. Hic Bertoldus postea Mollesheim occisus est. Omnes enim vsque ad præsentem diem Duces dicti sunt, nullum ducatum habentes, soloq; nomine sine re participantes. Nisi quis ducatum esse dicat comitatum inter Iuram & montem Iouis, quē post mortē Wilhelmi comitis, filius suus Cunradus ab Imperatore Lothario susceptit: vel à ducatu Carentano, quē nunquam habuerūt, Ducis eos nomine honorandos contendat: in alijs tamen rerū & honoris non parua pollentes magnificentia.

Duces Zeringiæ.

Fridericus autem ducatum Alemanniæ sine contradictione habuit, & ex nobilissima compare sua Agnete duos filios habuit, Fridericum ducē & Cunradum postea regem ac post multa virtutum insignia diem vltimum claudens, in proprio fundo Lorche humatus est.

Henricus verò imperator iunior, sororē suam Agnetem viduam, Leopaldo marchioni Orientali, id est Osteriche, in vxorem dedit, quæ ei quatuor filios & tres filias peperit. Leopaldum ducem Bauariæ, Henricum ducem Austriæ, Cunradum Salzeburgensem archiepiscopū, Ottonem Frisingensem episcopū, Gertrudem ducissam Bohemię, Bertā ducissam Polonorū, & Itam marchionissam de Monteferrato. Fridericus igitur dux Alemannorum, frater Cunradi postea regis, duxit filiam Henricum ducis Noricorum, id est Bauarorum, nomine Iuditham vxorem, genuitq; ex ea Fridericū postea Imperatorē, & Iuditham, quæ Matthæo Lotharingorū duci nupsit.

Henricus iste Noricorum dux erat natione Alemannus, ex antiqua & nobilissima Welphorum familia originē trahens, ac per hoc multas possessiones ex ea parte qua Pyrenæos montes attingit Alemannia, iure hæreditario habens. Hic Henricus duos filios habuit, scilicet, Henricum, Welphonem & Iuditham filiam, vt supra dictū est de ipsa. Vnus filiorum id est Henricus patri in possessione & in ducatu Noricorū successit, qui etiam Gertrudem filiam Lotharij regis cum ducatu Saxonię accepto, vxorem duxit. Alter filius id est Welpho, fuit princeps Sardiniæ, dux Spoleti, marchio Tusciæ. Sed vnde digressi sumus reuertamur.

Lotharius Imp.

Henrico imperatore defuncto, vti dictum est, Lotharius dux Saxonum in regem eligitur. Anno domini M. CXXVIII, Lotharius rex ab Innocentio papa Romæ *in* Lateranensi monasterio consecratur in Imperatorem.

Eodem anno constructum est monasterium, quod vocatur Nouum castrum, in fundo Reinaldi Comitis de Lutzelnburg, & cœpit crescere in personis & rebus, & religione, ad laudem Iesu Christi.

Eodem anno, quarto nonas Augusti, Sol obscuratus est, sexta hora diei, & tenebrę factæ sunt.

Anno

Anno domini M. CXXX, facta est pugna inter Gebehardum Argentinensem episcopum & Fridericum ducem Alemanniæ apud Gügenheim. Eodem anno combustum est maius monasterium Argentinense primò.

Anno domini M.CXXXVIII, Lotharius Imperator obiit: cui Cunradus frater Friderici ducis Alemanniæ, contra quorundam principum voluntatem in regno succedit. *Conradus 3 imp.*

Anno domini M. CXL, combustum est monasterium Argentinense secundò. Sequenti anno Gebehardus episcopus obiit: cui Burchardus successit.

Anno domini M.CXLIII, Rogerius rex Siciliæ classes in Græciam destinat, præfectis eis ducibus strenuis & nauali prælio gnaris. Qui maxima ibi præda direpta, opifices etiam qui sericos pannos texere solent, ob ignominiam Imperatoris illius, suiq; principis gloriam, captiuos deducunt: quos Rogerius in Panormitano Siciliæ metropoli collocans, artem illam texendi suos edocere præcepit. Et exhinc prædicta ars illa prius à Græcis tantum inter Christianos habita, Romanis cepit parere ingeniis. *Ars panni serici texendi in Italiã.*

Anno domini M.CXLVIII, facta est expeditio Ierusalem secunda, sub Cunrado rege Romanorum, Ludouico rege Francorum, Bernhardoq; abbate Clarauallensi.

Anno domini M.CL, combustum est monasterium Argentinense tertiò. Eodem anno obiit Henricus filius Cunradi regis, quem pater ante expeditionem Ierosolymitanam per electionem principum regem ordinauerat, habens adhuc filium alium Fridericum nomine.

Anno domini M.CLII, Cunradus rex obiit: cui fratris sui filius Fridericus dux Alemanniæ, in regno successit. *Fridericus Barbarossa imp.*

Anno domini M.CLVIII, monasterium in Nouo castro consecratur, sub glorioso Friderico Imperatore, anno imperij eius sexto, in prædio Reinoldi comitis, quarto nonas Maij, à reuerendis episcopis Burkardo Argentinensis & Henrico Trecensis ecclesiæ, in honore sanctæ Crucis, & beatæ Mariæ virginis.

Anno domini M.CLXII, Mediolanũ à Friderico Imperatore capitur & destruitur. Eodem anno Horburg à comite Hugone de Dagesburg destruitur. Ipso anno Burcardus Argentinensis episcopus obiit, cui Rudolfus successit. *Horburg Alsat. castrum.*

Anno domini M.CLXX, beatus Thomas Cantuariensis archiepiscopus martyrium est passus.

Anno domini M. CLXXVI, combustum est monasterium Argentinẽse quartò.

Anno domini M.CLXXVIII, facta est cædes magna in Lagelnheim iuxta Columbariam, Cunone de Horburg & Egelolfo de Vrselingen inter se præliantibus.

Anno domini M.CLXXIX, factum est Concilium magnum sub Alexandro papa, in quo fuerunt ferè quingenti episcopi & abbates, aliiq; religiosi innumerabiles: in quo Bremensis archiepiscopus, Rudolfus Argentinensis, Ludouicus Basilienſis & Metensis episcopi deponuntur. Inchoabatur hoc Concilium, v calend. Martij, & terminatum est circa finem Aprilis. *Synodus Romana.*

Eodem anno Cunradus in vigilia Thomæ apostoli Argentinensis episcopus eligitur, qui proximo anno eodem die sepeliebatur, & Henricus cathedræ præficitur.

Anno domini M. CLXXX, dedicata est maior ecclesia inferioris monasterij apud Hohenburg, in honore sanctæ Dei genitricis Mariæ, à Montuano apostolicæ sedis legato.

Anno domini M.CLXXXV, quidam Astronomicus Toletanus, nomine Ioannes, misit literas per omnes mundi partes, asserens, proximo sequẽti anno circa mensem Septembrem omnes planetas debere conuenire in vnum domicilium, & ventum qui omne penè domicilium destructurus esset, venturum, & mortalitatem & famem, & multa alia incommoda futura, & finem mundi, & aduentum Antichristi instare: & in hoc omnes Astronomicos aliosq; Philosophos, & magos, tam Christianorum quàm gentilium & Iudæorum concordare. Vnde maximus timor multos inuasit, ita vt quidam fecerint sibi subterraneas domos: & per multas ecclesias ieiunia & processiones & letaniæ fiebant. Sed vt probaretur sapientia mundi huius stultitiam esse apud Deum, prædicto tempore magna aëris serenitas & tranquillitas fuit, & nihil eorum quæ prædicta fuerunt, euenit. *Astrologus metu paniddo reddens.*

Ipſo anno caſtrum Briſache à rege Henrico initiatur.

Anno domini M. CLXXXVI, erat hyems calida, ita quòd in Decẽbri & Ianuario multæ arbores florerent, in quibus circa Februarium pyra, quantitate in modum auellanæ, magna conſpiciebantur. Sed proximè ſequenti anno, ſcilicet anno domini M.CLXXXVII, circa Martium magna aëris inclementia & aſperitas algoris veniens, ferè vſq; ad calend. Iunij durauit, ita quod in Pentecoſte, videlicet in medio Maio, nix magna cecidit, & ferè omnia poma perierunt.

Eodem anno Argentina in menſe prædicto ex magna parte incendio vaſtata eſt.

Anno domini M.CXC. beatę memorię Henricus Argentinenſis epiſcopus, in annunciatione S. Mariæ virginis, die Paſchæ, ex hac luce migrauit, cui Cunradus ſucceſſit. Poſtea anno domini M.CXCIII. idem Cunradus epiſcopus Argentinenſis capitur à quibuſdam miniſterialibus eiuſdem ciuitatis.

Friderici I obitus. Anno domini M.CXC, Imp. Fridericus aſſumpſit characterem crucis, & per terram, non per mare, cum magna multitudine ad liberationem terræ ſanctæ proceſſit. Et cùm eſſet in Armenia obiit in quadam aqua, quæ vocatur Ferrum, ſubmerſus, & Antiochiæ ſepultus.

Henricus 6 Rom. rex. Eodem anno rex Henricus, filius Friderici Imp. huius cum exercitu in Italiã profectus eſt, tum pro imperiali benedictione, tum pro regni Apuliæ ſuſceptione.

Anno domini M.CXCI, Clemens papa obiit: cui Celeſtinus, qui & Iacinctus ſucceſſit, conſecratus die paſchæ: qui etiam Imp. Henricum ſecunda feria paſchæ vnanimi omnium Romanorum conſenſu conſecrauit.

Eodem anno Fridericus dux Alemannię, frater Imperatoris, in obſidione Acharon obiit, & in domo Teutonicorum ſepultus eſt. Pro quo Cunradus frater eius ducatum Sueuiæ accepit.

Anno dñi M.CXCVII, cùm Imp. circa Auguſtum in quodã nemore, in quo fontes erant frigidiſſimi, venationis delectaretur exercitio, in quo etiam maximus calor per diem & tale frigus, quod terram gelu & pruina cõſtringeret fuit per noctem: quadam nocte tactus frigore, circa feſtum B. Sixti cepit infirmari. Quamobrem iuſſit ad ſe vſq; Meſſinam ciuitatem, quæ duabus diætis ab illo diſtabat loco, deferri: vbi diarrhœa infirmitate laborans, & in bona confeſſione & cordis contritione, pridie ante feſtum S. Michaëlis, de hoc ſeculo migrauit.

Schiſma in imperio. Anno domini M.CXCVIII, Philippus dux Sueuiæ, frater Henrici prædicti, apud **Franckenfurt**, ab vna parte principum electus eſt in regem. Alia autẽ pars principum filium Henrici, quondam ducis Saxoniæ, nomine Ottonem, qui comes fuit Pictauię, regem fecerunt, atq; Coloniæ eum in regem vnxerunt. Audiens autem Philippus regis Ottonis electionem, trecentos milites cum multis aliis ſcutiferis Aquiſgrani miſit, vt & regem Ottonem ab ingreſſu ciuitatis arcerent, & ſibi ciuitatem & ſedem regni ſeruarent. Sed Otto rex cum ſuis adiutoribus ipſam ciuitatem obſedit, & in tempore meſſis cepit, atq; in ſedem regni triduo ſedit, ipſamq; ciuitatem fidelibus ſuis cuſtodiendam commiſit. Interim Philippus exercitum colligens, Alſatiam petiit, omne frumentum in meſſe peſſundedit, Mollesheim expugnãdo cremauit, ſolo cœmiterio in deditionem recepto. Haldenburg præſidium cepit, cœmiterium Epiaci confregit, omneſq; homines Argent. epiſcopi, & comitis de Tagesburg, qui erant aſſentanei Ottonis regis, & totam inferiorem Alſatiam incendio & rapina vaſtauit. Inde procedẽs, curiam Maguntię cum ſuis fautoribus, in aſſumptione B. Mariæ habuit, vbi à pluribus principibus ſolenniter electus, à Treuirenſi epiſcopo, qui iam relicto alio etiam hunc elegerat, vnà cum Tarẽtano archiepiſcopo, qui loco Magũtinenſis archiepiſcopi accitus erat, inunctus eſt. Ad eandem curiam Philippus rex Ottocarum ducem Bohemiæ regem fecit, datis ſibi & vxori ſuæ coronis.

Epiſch.

Bohemiæ regni titulo decorata.

In ipſo tempore Conſtantia imperatrix in Sicilia defuncta eſt, & filius Fridericus poſt multos labores ibidem cœpit regnare.

Philippus rex epiſcopo Argent. infeſtus. Anno M.CXCIX, rex Philippus iterum collecto exercitu, tẽpore meſſis Alſatiam petiit, & omne frumentum peſſundedit, aduerſas domos in Rubiaco cõfregit: multa præſidia Argent. epiſcopi & comitis Alberti deſtruxit, ipſamq; ciuitatẽ obſedit. Tandem mediantibus Bertoldo duce de Zeringen, & aliis multis principibus, talis compoſitio

positio pacis inter regem & episcopum Argentinensem facta est: quòd beneficia quæ pater & frater suus ab episcopio tenuerunt, omnimodè libera dimitterent, & episcopus ei ad retinenda regni gubernacula pro posse faueret.

Inde expeditione facta, exercitum versus Aquisgrani mouit, atq; Mosellam fluuium transiit: sed inde infecto negotio rediit, obstantibus sibi Ottone rege & fautoribus suis. Habuit præterea magnum cõuentum principum apud Babenberg, vbi multi episcopi & Saltzburgensis archiepiscopus affuit, vbi ipse cum episcopis ossa S. Henrici & S. Kunegundis leuauerunt, sicut ab Innocentio papa canonisati fuerant, & pluribus miraculis prius coruscauerant.

Contigit eo tempore res miranda, & nostris temporibus valde inaudita, apud Rhetiæ Augustam. Nam quædam mulier dum communicare deberet, corpus dominicum in ore reseruauit, quod postea cera circumdedit, & apud se domi retinuit, nescio quid tali machinatione tentatura. Postea pœnitentia ducta, ad quendam presbyterum religiosum & bonæ famæ accessit, & ei peccatum suum indicauit: qui nullam ei pœnitentiam iniungere voluit, quin prius corpus Domini redderet, quod apud se malè domi habuit. Abiit illa & Dominicum corpus, vt erat in cera, presbytero*. Qui assumptis secum multis aliis fidelibus, honorificè illud recepit, & aperiẽs ceram, inuenit corpus illud Dominicum & panem mysticum in veram carnis sanguinisq; mutatam esse substantiam. Ad cuius rei nouitatem non tam de propinquis regionibus, quàm de longinquis partibus terræ multitudo maxima confluit, & multa ibi Dominus miracula in laudem nominis sui operatur.

In eodem anno ante natiuitatem Domini, combustum est monasterium Hohenburg.

Anno domini M.C C, Otto comes, frater Philippi regis, in bona confessione & longa ægritudine apud Bisuntium defungitur.

Anno domini M.C C I, præclarissimus princeps Philippus rursus exercitum colligens, Mosellam transiit, Coloniam obsedit, Brunonem episcopum cepit, & sic ciuitatem & totam prouinciam ad deditionem coëgit. Postea Aquisgranum veniens cum multis Principibus in sede, vnà cum regina, regni sedit, ac deinde prosperè ad propria rediit. *Philippus Cæsar Colonia & Aquisgrani.*

Anno M.C C I I, Cunradus episcopus Argentinensis obiit: cui Henricus de Veringen successit. Hic religiosè cepit viuere, & guerras & prælia declinare.

Ipso tempore cùm sedes Moguntinensis esset in errore, vix à domino Apostolico licentiam ordinationis suæ impetrauit. Tandem vt Senonensis archiepiscopus ipsum consecraret, vix obtinuit, anno domini M.C C V I I. Qui in Pentecoste in Argentina celebrans ordines, X V I calend. Iulij fere quingentos clericos ordinauit & consecrauit: summa verò sacerdotum C I I I I extitit. Ipsa die Christianissimus rex Philippus in vrbe fuit cum principibus suis.

Anno domini M.C C V I I I, cùm piissimus rex Philippus in procinctu itineris esset eundi in Saxoniam, vt* diutina ibi finem accipere deberet, atque Babenberg veniisset, & militum collectionem expectaret, ibiq; venam incidisset, & cum quibusdam regni fidelibus in secreto loco palatij quiesceret: Palatinus de Witelsbach, qui lubricus erat & multorum nobilium homicida, veniens, sicut diu dolum in corde conceperat, introitum petiit & impetrauit, spatha extracta quasi ioculator ludum simulans, nacta opportunitate regem circa ceruicem percussit, & statim fugere cepit: & de ictu illo vitam finiuit. Corpus eiusdem ibidem humatur, sed postea reuoluto tempore à Friderico rege Spiram ad sepulturam regiam ossa deportantur, ac gloriosè ibi tumulantur. Marschalcus verò de Cathalin illum persequens, apud quandam grangiam sitam apud Danubium occidit, & caput eius in aquam proiecit. Regina verò audita ipsius morte, & sentiens vnicum solatium in eo (quia peregrina erat) perdidisse, & cùm esset prægnans, dolorem dolori cumulans, ad Stoup castrum deducta est cum festinatione, vbi post modicum tempus abortum fecit, & sic vitam cum fœtu finiuit, & ad monasterium Lorche deportatur, & ibi gloriosè sepelitur. Paulatim verò longa concertatio de regni electione quieuit. *Philippus rex sceleratè interemptus.*

Anno domini M.C C I X, Otto rex pro imperiali benedictione tempore messium *Otto Imp.*

Romam proficiscitur, qui etiam ab Innocentio papa in Imperatorem consecratur, iuramento prius præstito, quòd terram & bona sancti Petri, quæ sui antecessores vsque ad id temporis contra iustitiam tenuisse videbantur, Romanæ ecclesiæ libera dimitteret.

Anno domini M.CCX. Imperator non sano vsus consilio rupit fœdus iuramenti quod fecerat cum Papa & Romanis, occupando & vendicando sibi bona sancti Petri contra pactum. Vnde à Papa sæpiùs admonitus & correptus, desistere contempsit, & ob hoc meritam excommunicationis sententiam incurrit.

Eodem anno Otto Imperator profectus ab Italia transiit in Apuliam, vt terras illas, quas hæreditario iure possidebat Fridericus, filius Henrici quondam Imp. sibi subiugaret, ipsumq; Fridericum persequi & exterminare intẽdebat, prauo vsus consilio: quia si statim post coronationem repatriasset, omnia in prosperum sibi cessissent.

Otto Cæsar excommunicatus.

Anno domini M.CCXI, mandante papa per totam Alemanniam promulgari cœpit sentẽtia excommunicationis lata in Ottonem. Omni autem tempore Ottonis per totum regnum Alemanniæ summa pax & securitas fuit, ita vt omnes mirarentur, quòd etiam in absentia eius, dum esset in Sicilia, tanta pax esse potuit in terra.

Thuringia bellum infertur.

Anno domini M.CCXII, Otto Imperator ab Apulia & Italia reuersus est ad partes Teutoniæ, celebrauitq; curiam apud Franckenfurt, & circa messes coadunato exercitu, mouit expeditionem in Turingiam, aduersus Hermannum Lantgrauium sibi aduersantem: vbi etiam expugnauit & destruxit duas munitiones satis munitas, scilicet Rotenberg & Saltzungen: & inde progrediens, obsedit oppidum Wizense, quod similiter expugnauit vsq; ad arcem. Ibi tunc primum cœpit haberi vsus instrumenti bellici, quod vulgo *Trybock* appellari solet.

Nugatoria expeditio.

Ipso tempore facta est nugatoria quædam expeditio, paruis & stultis hominibus sine aliqua discretione signum crucis arripientibus, curiositatis caussa potius quàm salutis. Pergebant autem de vtroq; sexu pueri & puellæ, non solùm minores sed adulti etiam, nuptæ cum virginibus, euntes vacua crumena, non solùm per totam Alemanniam, sed etiam per partes Galliarum & Burgundiæ: nec retineri vllo modo poterant à parentibus & amicis, quin totis conatibus iter illud arriperent, in tantum vt passim per villas & agros, relictis instrumentis suis, & his quæ tunc præ manibus habebant, transeuntibus se sociabant. Et sicut ad tales nouitates sæpe & de facili credula turba sumus, multi quidem arbitrati sunt, hoc non de leuitate mentis, sed per diuinam inspirationem fieri, & ex quadam pietate. Vnde & subueniebant eis in expensis, victum & necessaria ministrantes. Clericis autem & quibusdam aliis, quibus erat mens sanior, contradicentibus, & iter illud vanum & inutile iudicantibus, vehementer laici resistebant, dicentes: clericos esse incredulos, ipsosq; propter inuidiam & auaritiam huic facto se opponere magis, quàm propter veritatem & iustitiam. Sed quoniam omne negotium quod sine libramine rationis & sine vigore consilij fuerit inchoatum, non bonum sortitur exitum: postquam hæc stolida multitudo peruenit ad partes Italiæ, diffusi sunt & dispersi per ciuitates & oppida, quorum multi ab indigenis terræ detenti sunt in seruos & ancillas. Alij dicuntur venisse ad mare, qui seducti à nautis & marinariis, transuectiq; ad alias partes terrarum remotas. Reliqui verò peruenientes Romam, cùm viderent quòd non poterant habere processum, vtpote nulla fulti auctoritate, tandem laborem suum cognouerunt esse friuolum & inanem: & tamen à voto crucis minime fuerunt absoluti, præter pueros, infra annos discretionis existentes, & eos, quos senium deprimebat. Sic ergò decepti & confusi, redire cœperunt: & qui prius gregatim & per turmas suas, & nonquam sine cantu celeumatis transire solebant per terras, modò singillatim & in silentio, nudipedes & famelici redeuntes, facti sunt omnibus in derisum: quia plurimæ virgines raptæ sunt, & florem pudicitiæ suę amiserunt. Redeamus nunc ad Historiam de Ottone.

Videns igitur Papa pertinaciam Ottonis, quem prius in omnibus fouerat, & in altum sublimauerat, cum neq; pro absolutione nec pro compositione aliqua laboraret, misit in Siciliam, & eduxit inde Fridericum, supra præmemoratum Hẽrici quondam Imperatoris filium, & literas suas direxit vniuersis terræ principibus, quibus dedit in mandatis, vt eundem Fridericum loco regis susciperent & manutenerent,

& in

& in omnibus ei aſtarent, ſibiq; tranſeunti per terras quiſq; ſuo loco conductum honorificè præberent: quod & factum eſt.

Comperiens ergo Otto Friderici aduentum, deſiſtens ab impugnatione Lantgrauij, proficiſcitur obuiam aduerſario. Qui dum in partibus Sueuiæ conueniſſent, Otto cum ſuis cedere compulſus eſt, & prævalere non potuit: quia pro tenacitate ſua multi eum reliquerant. Qui ſecedens inde reuerſus eſt in Saxoniam, conducentibus eum quibuſdam terræ nobilibus. Fridericus autem obſeſſo & dedito ſibi caſtro Hagenowe, quod adhuc tenebant fideles Ottonis, veniebat de ciuitate in ciuitatem, & receperunt eum, & in breui obtinuit terram. Idem Fridericus iam duxerat vxorem, reginam Arragonum, de qua genuit filium, nomine Heinricum, poſtea regem.

Anno domini M.CCXIII, Fridericus curiam Aquiſgrani in feſto B. Iacobi habuit, vbi de conſenſu principum locatus eſt in ſedem regni. *Fridericus 2. Cæſar.*

Anno domini M.CCXV, celebrata eſt ſancta & vniuerſalis ſynodus Romę, in eccleſia Saluatoris, quæ Conſtantiniana vocatur, menſe Nouembri, præſidente domino Innocentio papa, pontificatus eius anno XVIII, in qua fuerunt epiſcopi CCCCXV. Inter quos extiterunt de præcipuis Patriarchis duo, videlicet Conſtantinopolitanus & Ieroſolymitanus. Antiochenus autem graui languore detentus, venire non potuit: ſed miſit pro ſe vicarium Anteradenum epiſcopum. Alexandrinus verò ſub Sarracenorum dominio conſtitutus, fecit quòd potuit, mittens pro ſe diaconum germanum ſuum. Primates autem & metropolitani LXXIIII, cæterum Abbates & Priores vltra DCCC. Procuratorũ archiepiſcoporũ, eporum, abbatum, priorũ, capellanorũ abſentium non fuit numerus comprehenſus. Legatorum verò regis Siciliæ, in Romanum Imperatorem electi, Imperatoris Conſtantinopolitani, regis Franciæ, regis Angliæ, regis Vngariæ, regis Ieroſolymitani, regis Cypri, regis Arragonum, nec non aliorum principum ac magnatum, ciuitatum etiam aliorumque locorum, ingens fuit multitudo. *Generalis ſynodus Romana.*

Ante tempora huius Concilij ferè triennio, diſponente Deo, hęretici, qui peruerſo dogmate latenter ſeducunt fideles eccleſiæ, comprehenſi ſunt in ciuitate Argentina. Producti verò cùm negarent hæreſin, iudicio ferri candentis ad legitimum terminum reſeruantur, quorum numerus fuit LXXX vel amplius de vtroque ſexu, & pauci quidem ex eis innocentes apparuerunt. Reliqui omnes coram eccleſia conuicti, per aduſtionem manuum damnati ſunt, & incendio perierunt.

Anno domini M.CCXVI, Innocentius papa obiit: cui Honorius ſucceſſit.

Eodem quoq; tempore Otto Imperator obiit.

Anno domini M.CCXIX, Fridericus rex pro imperiali benedictione Romam proficiſcitur, vbi ab Honorio papa, circa feſtum beatæ Ceciliæ, in Imperatorem conſecratur & inungitur.

Anno domini M.CCXXVII, Henricus filius Imperatoris admodum puer, quaſi decennis, per Ottonem Wirzeburgenſem epiſcopum, cuius tutelæ deputatus fuerat, à patre de conſenſu principum in regem electus, copulata ſibi vxore filia ducis Auſtriæ, ex qua duos filios habuit, cum ipſo duce & Saltzeburgenſi archiepiſcopo, & aliis multis principibus gloriosè in ſede Aquiſgrani eſt inthroniſatus, vnà cum regina. Ipſe quoque Imperator Fridericus, mortua vxore ſua regina Arragonum, matre prædicti Henrici, poſtea duxit vxorem filiam regis Ieroſolymitani, de qua ſuſcepit filium, nomine Cunradum, poſtea regem. *Henricus, Frid. 2. filius, rex.*

Anno domini M.CCXXII, de terra Perſarum exercitus magnus valde & fortis egreſſus de finibus ſuis, per adiacentes ſibi prouincias tranſitum fecit, qui dicebantur fuiſſe homines magnæ proceritatis & ſtaturæ horribilis: quod tamen non credimus. Sed qua de cauſſa egreſſi fuerint, vel quid egerint, ignoramus: in breui reuerſi ſunt ad propria. Dicebant tamen quidam, quòd verſus Coloniam vellent ire, & tres magos de gente eorum natos ibidem accipere. Vnum tamẽ ſcimus, quòd Iudæorum gens ſuper eode m rumore ingenti lætitia exultabant, & vehementer ſibi applaudebant, neſcio quid de futura libertate ſua ex hoc peruenire ſibi ſperãtes: vnde & regem multitudinis illius filium Dauid appellabant. *Motus Perſarum.*

Anno domini M.CCXXIII, orta eſt peſtilentia maxima pecorum & iumento-

rum, incipiens (vt dicebatur) ab Vngaria & per omnes prouincias interiacentes trãsiens, vsq; ad nos, quæ etiam durauit amplius quàm per triennium.

Ipso anno Henricus episcopus Argentinensis obiit: cui Bertoldus successit. Hic cùm esset iuuenis, sano semper vtens consilio, in omnibus agendis suis seniorem se gessit in opere, quantum ad augmẽtum suæ ecclesiæ: quam suis temporibus plus ditauit, quàm omnes sui antecessores, & quocunque se vertebat prosperis successibus pollebat, & monasteria in suo episcopio sita, satis humanè & sine magno grauamine protexit & fouit, atque suis rebus contentus fuit: & idcirco gloriosum nomen sibi acquisiuit.

Anno domini M.CCXXVI, fundata est domus apud Argentinam in honore sanctæ Trinitatis, à Wernhero Marschalco, non sine graui impensa Marbacensis.

Anno domini M.CCXXVII, Bertoldus Argentinensis episcopus completo ferè vno mense in obsidione castri Bernstein, tandem expugnauit & obtinuit illud.

Bellum inter episcopũ Argent. & præsidem Alsatiæ.

Anno domini M.CCXXVIII, dissensio grauis orta est, inter Bertoldum de Tecke Argentinensem episcopum, & cognatos ipsius comites de Pfirt, quæ dum magis ac magis inualesceret, tota ferè prouincia vsque ad triennium incendiis & rapinis afflicta est penitus & vastata. Igitur episcopus cum multas sustinuisset iniurias sui & suorum, tandem collecto exercitu, ipse & comes Albertus de Habesburg, qui simili modo damnificatus erat in multis, parauerunt se ad resistendum. Nihilominus & Phirretenses freti auxilio & fauore regalium ciuitatum, & habentes secum in auxilio comitem Egenonem de Friburg, contrahentes magnam copiam armatorum, occurrerunt eis inter Bladoltzheim & Hirtzefeld, & facta congressione, in fugam versi sunt comites de Pfirt & eorum adiutores, relinquentes ibi spolia castrorum plurima in papilionibus, in vestibus, in armatura, in animalibus: quæ omnia sublata sunt à parte aduersa: plures ibi mutilati & vulnerati, plurimi captiuati sunt. Ex hoc autem Pfirretenses & ciuitates regis tantum pudorem & rerum amissionem non ferentes, commoti sunt ira vehementi, cum etiam regis indignatio super hoc accensa fuisset, & augmentato postmodum exercitu, sequenti videlicet anno, villas episcopi plurimas incendio concremantes depopulati sunt.

Pugna auff der Hard.

Anno domini M.CCXXIX, prænunciatum est à quodam magistro Toletano, qui dicebatur Andreas, & à quibusdam prædicatum est in tectis, quòd post septem annos venturi essent venti turbinis, tantæ vehementiæ, qui ædificium omne destruant & subuertant, & multas ciuitates terræmotu ruituras, & eclipsin Solis futuram: corruptionem quoque aëris & exinde mortalitatem hominum, & alia quædam inaudita mortalibus. Hoc idem vaticinium pleniùs scriptum reperies, in his eiusdem Chronicis, si retro perquiras, ante annos ferme quadraginta quatuor.

Anno domini M.CCXXX, reconciliati sunt rex Henricus & episcopus Argentinensis, & pace reddita siluit & quieuit terra à tumultu bellorum.

Anno domini M.CCXXXI, facta est persequutio contra hæreticos, hostes fidei, veritatis inimicos, quorum multitudo magna latitabat in populo Dei, in ciuitatibus, oppidis, & villis, subuertentes & in errorem mittentes quos poterant de ecclesia. Quorum plures comprehensi, & in præsentia cleri & populi conuicti fuerunt, & inter cætera nefandi erroris sui flagitia confessi sunt, quòd etiam ab esu carnium in Quadragesima non abstinerent, & quòd annualem censum transmittere solebant Mediolanum, vbi diuersarum hæresium primatus agebatur.

Eodem anno Ludouicus dux Bauariæ interfectus obiit. Fuit autem transfixus cultello præacuto, quem nos possumus appellare sicam, à quadam persona (vt dicebatur) vili & ignobili, quales mittere solet quidam potens, qui dicitur senex de Montania. Comprehenso autem interfectore, cum multis suppliciis torquerent eum & cogerent ad confitendum, cuius instinctu vel iussu tantum facinus attentare præsumpsisset, nihil ab eo poterant extorquere: & sic per omnia laniatus & discerptus periit.

Anno domini M.CCXXXIII, frater Cunradus de Margburg, per multa tempora

pora crucis prædicator, à malignis hominibus interfectus est.

Ipsis temporibus Elisabeth prouincialis comitissa Turingiæ, filia regis Vngariæ, vxor quondam Ludouici Lantgrauij, qui in itinere crucis apud Brundusium vita decessit, mulier sancta & religiosa, post mortem mariti signis & miraculis claresce- re cœpit. *S. Elisabeta.*

Anno domini M. CCXXXV, cùm Fridericus Imperator esset in Italia, & cum aliquo tempore mansisset ibidem, filius suus Henricus rex patri suo se opposuit. Fridericus reuersus in Alemanniam circa festum Iohannis baptistæ, filium Henricum captiuauit, & eum in Apuliam transmisit vinculatum, ibiq; in captiuitate mortuus est & sepultus, anno domini M.CCXXXVI. *Henrici regis obitus.*

Imperator & episcopus Argentinenſis circa initium Quadragesimæ, pacificè conuenerunt de feodo, super quo prius longo tempore inter eos contentio vertebatur.

Eodem tempore apud Fuldense monasterium Iudæi quosdam pueros Christianos, in quodam molendino, vt ex eis sanguinem elicerent ad suum remedium, peremerunt. Vnde ciues eiusdem ciuitatis multos ex Iudæis occiderunt. Sed cùm puerorum corpora in castrum Hagenowe delata, & ibidem venerabiliter tumulata fuissent: Imperator tumultum, qui tunc contra Iudæos ortus est, aliter sedare non valens, multos viros potentes, magnos & literatos ex diuersis partibus conuocans, diligenter à sapientibus inquisiuit, vtrum sicut fama communis habet, Iudæi Christianum sanguinem in parasceue necessarium haberent: firmiter proponens, si hoc ei de vero constaret, vniuersos imperij sui Iudæos fore perimendos. Verùm quia nihil certi super hoc experiri poterat, seueritas imperialis propositi, accepta tamen à Iudæis magna pecunia, acquieuit. *Pueri à Iudæis necati.*

Anno domini M.CCXXXVII, Imperator profectus est in Austriam, cui ministeriales ducis de marchia Stirensi se tradiderunt. Inde venit ad ciuitatem Viennæ, quæ similiter ipsius dominio se subiecit: vbi etiam Cunradum filium suum, de vxore transmarina genitum, eligi fecit in regem, quem elegerunt archiepiscopus Moguntinus & Treuerensis & rex Bohemiæ, & dux Bauariæ, qui & Palatinus comes Rheni, consentientibus cæteris qui aderant, tamen paucis, & relicto ibi præsidio militum, rediit ad partes Rheni. *Cunradus, Frid. F. rex.*

Anno domini M.CCXXXVIII, Henricus comes prouincialis Alsatiæ decedens sine hærede, feoda plurima quæ tenebat ab imperio & episcopatu & ab aliis ad dominium suæ proprietatis sunt reuocata, quia frater eius in ipsis feodis nihil iuris habebat, & vxori eius nihil aliud remansit nisi pauca prædia quæ eiusdem erant: quæ pauco tempore post enixa est filium. *Defecimus Lantgrauij Alsatia.*

Hic Fridericus postposito iuramento quod fecerat Innocentio papæ, vsurpauit sibi bona ecclesiæ, & tenuit ea violenter vsq; ad papam Greg. à quo fuit excommunicatus: sed facta compositione, absolutus fuit. Transactoq́ue breui tempore, compositionem violauit, vsurpando sibi bona ecclesiæ, & tenuit ea violenter, vsque ad mortem Honorij & Celestini papæ, per auxilium ciuium Romanorum, qui eum contra Apostolicum fouebant. Cùm autem infra discordiam Innocentius papa quartus electus & exaltatus fuisset, & in vrbe Roma non posset resistere Friderico, transtulit se occultè in ciuitatem Ianuensem. Ianua recedens, venit in ciuitatem Lugdunensem, ibiq́ue conuocatis Cardinalibus, & multis pontificibus & prælatis ecclesiarum, præfixit & statuit Concilium, & citauit Fridericum, vt in Concilio compareret, super obiectis coram principibus responsurus. Qui non comparuit, sed responsales pro se transmisit minus sufficientes. Innocentius autem papa celebrato Concilio, mediantibus patriarchis Antiochiæ & Aquileiensi, Imperatori Constantinopolitano & multis maioribus ecclesiæ, recitauit damna & grauamina, excessus plurimos & crimina Friderici: & lata sententia excommunicauit eum, & priuauit eum imperio & omni honore. *Dissidium inter Pontificē & Imp. Fridericum.*

Principes verò Alemanniæ, scilicet archiepiscopus Moguntinus, & Coloniensis & Treuerensis, cum cæteris episcopis, Argentinensi, Metensi, Spirensi & aliis,

Contra Fridericum nouus rex elegitur.

elegerunt apud Herbipolim, Henricum Lantgrauium Turingiæ in regem. Electione verò facta, idem rex præfixit principibus curiam solennem apud Franckenfurt. Cùm autem Fridericus depositus Imperator filium suum Cunradum regem in Alemannia haberet: ille curiam præfixam in Franckenfurt prævenire cupiens, & impedire volens, collegit magnum exercitum, & venit ad cãpos apud Franckenfurt. Henricus verò rex qui curiam præfixit, cum episcopis & fautoribus ecclesiæ collegit etiam magnum exercitum & insequebatur Cunradum regem vsq; ad eosdem campos, ibique facta est pugna & maximus conflictus inter prædictos duos reges, in festo B. Oswaldi, & Deus dedit victoriam ecclesiæ & regi Henrico. Cunradus autem rex fugiẽs, amisit multos milites & maxima bona, & imposuit Sueuis, qui cum eo venerant, & cum ipsis multis amissis fugerant, quòd ipsi eum infideliter prodidissent. Sueui proinde ira moti, conspirauerunt cum ecclesia & rege Henrico, mouentes bellum in regem Cunradum & suos fautores per Sueuiam, & circa Danubium & Mogum & vbique.

Episcopus verò Argentinensis, nomine Henricus de Stahelecke, obsedit in Alsatia munitiones, oppida & castra, quę Fridericus & filius suus possidebant: & expugnauit firmissima & nobilissima duo castra..... & Kronenburg/ quę funditus destruxit, & alia munita castra igne consumpsit. Fautores verò eiusdem episcopi expugnauerunt ex altera parte Rheni nobile castrum Mulberg/ & castrum Husen & multa oppida. Posthæc expugnauit idem episcopus castrum Ortenberg/ & subiugauit sibi oppidum Offenburg/ & Kintziger thal & Gengenbach.

Cunradus autem rex, filius Friderici, videns, quòd non poterat resistere fautoribus ecclesiæ, duxit filiam ducis Bauariæ, spe consilij & auxilij: sed parum profuit ei, quia Sueui fugauerunt eum de ciuitate in ciuitatem, & cum rege Henrico obsederunt ciuitatem Vlmam in Sueuia, sed non expugnauerunt: propter magnum frigus & defectum pabuli oportebat eos recedere de ciuitate. Rex autem Henricus ab Vlma recedens, venit in Turingiam, & mortuus est, anno ab incarnatione domini M.C.C.X.L.V.I.I, & non regnauit per annum vnum.

Mortuo verò Henrico rege, Innocentius papa pro alio rege laborabat, & inter principes non inuenit aliquem, qui se de regno vellet intromittere cõtra Fridericum & filium suum Cunradum. Tandem dux Brabantiæ, filium sororis suæ, Wilhelmum comitem Holandiæ, domino papæ & episcopis Alemanniæ præsentauit. Quem episcopi elegerunt in regem apud Coloniam, promittentes ei iuramento præstito, rebus & personis fideliter assistere. Qui cũ episcopis, comitibus & nobilibus obsedit Aquisgranum & firmissimum castrum Werde in fluuio Rheni, & Ingelnheim: quæ omnia sibi subiugauit. Colonia, Moguntia & Argentina ecclesiæ assistebant: sed Wormatia, Spira, & aliæ ciuitates & oppida Rheni, Sueuiæ & Bauariæ, & Metis, fauebant Friderico & filio suo sub vinculo excommunicationis: & eorum fauore Cunradus natus Friderici tenuit bellum contra ecclesiam, & terram aduersariorum suorum deuastauit incendio & rapina, vsq; ad mortem patris sui Friderici.

Wilhelmus Holandus Antiquesar.

Fridericus 2. moritur.

Anno domini M.C.C.L, Fridericus Imperator cùm post suam ab imperio depositionem inter ciuitates Lombardiæ Parmam, tanquam magis exosam sibi, forti manu obsideret: à legato domini papæ & à Parmensibus est deuictus, & amissis thesauris suis & rebus aliis in Apuliam rediens, ibi graui infirmitate correptus, defunctus est.

Anno domini M.C.C.L.I, Cunradus rex filius Friderici, vt mortuo patre Siciliæ regnum susciperet, per mare in Apuliam deuenit, & capta Neapoli, muros illius funditus destruxit. Sed cum sequenti anno introitus sui in Apuliam infirmati cœpisset, clystere, quod à Medicis iudicabatur ad salutem, veneno mixto intulit sibi mortem. Post hæc Wilhelmus rex à Frisonibus occisus est.

Richardus Anglus Conrado Friderici F. oppositus.

Hæc audiens episcopus Colonienſis, ad Angliam perrexit, & inde duxit Richardum ducem Cornubiæ, quem ipse & episcopus Moguntinensis elegerunt in regem: quibus dedit multam pecuniam, & cæteris episcopis Alemanniæ & nobilibus terræ. Et cùm adhuc opulentus esset in diuitiis, vehebatur per principes Alemanniæ ad singulas ciuitates & oppida imperij super fluuium Rheni: & ab omnibus ciuitatibus, ob reuerentiam principum qui cum eo aderant, honorificè est receptus. Cùm autem Richardus

Richardus rex peruenisset vsq; ad ciuitatem Basileam, defecit ei substantia: tunc reliquerunt eum principes Alemanniæ solùm, dicentes: quòd eum non dilexerunt propter personam, sed ratione substantiæ, & dederunt ei libellum repudij, & per aliam viam reuersus est in regionem suam: cuius regis memoria cum sonitu periit. Tunc vacauit regnum Romanorum, annis XXIII, vsq; ad tempora domini Rudolfi Dei gratia Romanorum regis.


Vacante autem regno prædicto, Cunradinus, Cunradi regis filius, filij Imperatoris Friderici, pollens diuitiis & honore, adhuc adolescens de morte patris sui Cunradi, & aui sui Friderici Imperatoris dolens, cùm esset infra dies luctus, consilio vsus suorũ, volens & patrem & auum vlcisci, licet esset teneris sub annis collegit exercitum magnum, venit in Italiam, volens inuadere regnum Siciliæ, quod ad eum ex successione hæreditaria asseruit pertinere, tempore Clementis papæ quarti. Hoc audiens Carolus, qui tunc ex donatione Apostolica sibi assumpsit regni Siciliæ gubernacula gubernanda, collegit vice versa exercitum, & inito cum proceribus, qui cum eo aderant, consilio, qualiter & quomodo ipsi Cunradino & suis resistere posset. Fauore tamen & auxilio domini Clementis papæ cõgregati sunt, ac acies hinc inde ordinatę, aggressi sunt conflictum & bellum magnum, & facta est cædes magna hominum, & obtinuit prima facie fictè Cunradinus & sui victoriam. Et cum Teutonici insistentes spolio, fugarent aduersarios, adhuc Cunradino existente in tentoriis, superuenit quędam acies Caroli, Cunradinum captiuare conantes: & cum se desolatum vidit, fugiebat. Demum captus & capite truncatus est, anno Domini M. CCLXVIII, de cuius morte tota dolet Germania.

Cunradinus Siciliæ hæres datus fatum.

Cùm autem regnum Romanornm vacaret à tempore Richardi regis, qui Romani imperij (licet profecisset modicum) assumpsit gubernacula gubernanda, & nullus Alemanniæ principum, propter metum aliquorum Alemanniæ, sibi Romani regni regimen assumere vellet, qui partem Imperatoris & suorum contra ecclesiam fouebant: & medio tempore in partibus Alemanniæ & aliarum circumiacentium per diuersos spoliatores viarũ & nobiles ipsius terræ fuerint insolentiæ perpetratæ quamplurimæ, tempore Gregorij papæ decimi, apud quem per diuersos Alemanniæ nobiles & alios transeuntes sæpe & sæpiùs querimonia super tanta importunitate vertebatur: inito consilio præcepit principibus Alemanniæ electoribus duntaxat, vt de Romanorum rege, sicut sua ab antiqua & approbata consuetudine intererat, prouiderẽt, infra tempus eis ad hoc de papa Gregorio statuto: aliàs ipse de consensu Cardinalium, Romani imperij prouidere vellet desolationi.

Mandato autem Apostolico viso ab ipsis principibus & recepto, conuenerunt apud Franckenfurt, de electione Romanorum regis tractaturi. Qui vtique se electores diuersis inter se tractatibus & diuerticulis habitis, non poterant de electione concordare, reducentes sibi inuicem memoria vniuersorum nobilium per omnem gyrum Alemanniæ regionis. Qualiter autem vltimò concordabant in dominum Rudolfum comitem de Habesburg, eligendum in Romanorum regem, in sequenti opusculo patebit.

FINIS.



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 136;Leibn. Marg. 136, Stück 2, [100] - -

M. ALBERTI ARGENTINENSIS CHRONICON INTEGRVM, CONTINENS HISTORIARVM SERIEM, A RVDOLFO PRIMO HABSPVRGENSI, vsq; ad Caroli quarti Imperatoris obitum; id est annum Dominicæ incarnationis M.CCC.LXXVIII.

Adiectus est eiusdem (vt videtur) Alberti Commentarius, de Bertoldi, è comitibus Buchheckianis, episcopi Argentinensis rebus gestis, Ludouico quarto imperij habenas moderante.

Omnia iam primùm typis euulgata.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 136;Leibn. Marg. 136, Stück 2, [101] - -

In Albertvm Argentinensem præfatio.

CVm *Albertus de Argentina historias Germanicas illius seculi, quod Rudolfi Habspurgẽsis electionem & Caroli quarti mortẽ interceßit, sincera fide literarũ æternitati cõmendarit, resq; multas ab aliis vel intactas, vel nõ tãplenè tractatas scripserit: equidem sæpius fortunam eius miseratus sum, quæ eũ non nisi membris truncatũ ac toto penè corpore tabidũ, in hominum conspectũ prodire passa esset. Quod.n. istius lucubrationis fragmentũ in publicũ abierat, id infinitis penè verborũ & sententiarũ mendis adeò corruptũ erat, vt quãplurimis locis sensus nullus, quibusdam ẽt falsus & deprauatus ineßet, atq; ideo velut exangue & putre corpus, contẽptui laborarit. Cuspinianum certè, virũ in historiarum rep. clarißimum, hasce boni auctoris mancas pagellas non magni feciße constat: vnde & lectorẽ cautum esse iubet, ne his nimiùm fidendo in errorẽ agatur. Ac sanè fateri debeo, me illius ductu, in historia Basilienßi alicubi (quãquam in re non vsq; adeò magni momenti) impegisse. Verumenimuerò q̃ scriptor hic ἄδοξος permãsit, eiq; tantum non fides derogata sit, eum certè næuum non suâ culpa contraxit, sed temporum & vetustatis inuidia, quæ exemplaria longos vitiata per annos, tantũ non aboleuerat. Neq;.n. cuiquã dubium esse potest, auctorem illum quo antehac habitu comparuit, ex veteri codice lacero, aut squalore & carie corroso vel obliterato, trãscriptũ esse: qui si hãc iniuriã nõ persensißet, maiore & fide & dignitate polluißet. Cuspin. equidẽ duo se M. Alberti antiqua exẽplaria nactũ esse memorat: vnũ quod præ vetustate vix legi potuerit: alterũ, à priore diuersum, feneßtratũ atq; mancũ.*

Lætatus igitur sum, cùm liber is totus ac integer, quantumuis à recentiore quodam transcriptus, in manus meas incidißet: quanquam primo intuitu (eo quòd nullum auctoris nomen præ se ferret) Albertum esse ignorarim. Nec diffido, quin alij quoq; patriæ amantes, quando eum sui temporis historias, si non eleganter & ornatè, verè tamen atq; syncerè, tradidisse animaduerterunt, voluptatem indefructuosam sint percepturi, atq; eum aliis mediæ ætatis scriptoribus fide neutiquam inferiorem habituri. Contuli aũt prædicti ũ huius scriptoris apographum, cũ vetusto è membranis codice, quem (vt reor) bibliotheca cœnobij Nouientensis seu Ebersheimensis, siti in Alsatia, in insula Ille fluminis, conseruârat. Eum clariß. vir, D. Ioannes Pistorius, Marchionum Badensium & Hochbergensium medicus, amicus optimus, iuuandi mei instituti causa, Carolsburgo ad me perferri curauit. Is codex meo per omnia ferè consentiebat, nisi quòd principium libri, de comitum Habspurgensium è Romana gente origine (quam sanè opinionem & alij quoque docti non satis verisimilem censent) in meo desiderabatur, his verbis incipiente: Rudolfus comes de Habspurg, cùm esset apud Fridericum Imp. &c. *Eo autem prorsus erant similes, quòd vterq; continuo orationis filo nullis argumentis (vt in impresso fragmento) interseritis, descriptus erat, prætermißis vtriq; nonnullis quæ in eodem fragmento leguntur. Hæc tamen audaciùs eiicere nolui, sed vt quæ in manuscriptis codicibus nõ extant, à reliquo cõtextu dignoscerentur, ab initio signo ☜, ad calcem verò signo ☞, notãda esse duxi. Denig; in vtrog; exẽplari antecedebat Fragmentũ historicum, à Dagoberto Franc. rege, vsq; ad Rudolfi tempora, quibus Albertus historiam inchoat, deductũ: sequebatur verò cõmentarius ille de rebus gestis Bertoldi episcopi Argent. quibus tractatibus ego quoq; auctorem hunccе vestitum in theatrũ exire volui.*

Porrò quòd ad auctorem, dubitatio aliquando incidit, num is, de Basiliensium rebus tã multa referens, è vetusta & equestri illa vrbis nostræ familia ortum duceret, quæ cognomine de Argentina, *ante* CCC *annos floruit, & aliquot dignitate & muneribus insignes viros produxit. De quorum numero fuêre equestri baltheo decorati, Albertus de Argentina, circa annum 1236, in vrbe Basil. imperij aduocatus, & Wernherus anno 1263 ciuium magister, quorum hic (vt Colmarienses fasti memorant) à Richeimẽsibus rusticis postea occisus fuit. Item Ludouicus, anno 1318 summi templi mysta seu canonicus. Verùm eas mihi nebulas discußit, locus in historia Ludouici quarti, quo scribit, se ab episcopo Argentinensi Auinionem ablegatum fuisse, vt & eum pontifici Romano excusaret, eiq; Ludouici decretum per omnẽ Germaniam promulgatum, afferret, quo palam astruebat, pontificii in exauctorando Cæsare nil iuris esse, &c. Inde coniicio, fuisse hunc Albertum episcopo Argentinensi familiarem, fortè Doctorem (quod magistri nomen insinuat) aut sacerdotem: cuiusmodi plures Argentina habuit, qui res eius vrbis & episcopatus literis ad posteros transmiserũt. Quales sunt Fridericus Closnerus qui historiam à Rudolfo Habspurgensi, vsq; ad annum salutis 1362 perduxit: & Iacobus Kongelshofius qui res Argentinensium ab vrbis origine vsque ad principium seculi à nato Christo decimi quarti, collegit.*

M. AL-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 136;Leibn. Marg. 136, Stück 2, [102] - 96

M. ALBERTI ARGENTINENSIS CHRONICON INTEGRVM, A RVDOLPHO HABSPVRGENSI, ADVSQVE CAROLI *quarti Imperatoris obitum, id est annum dominicæ incarnationis, M.CCC.LXXVIII.*

RVDOLPHVS comes de Habspurg ex antiquis progenitoribus ab vrbe Roma traxit originem. Olim namque duobus fratribus, propter potētis Romani occisionem, eliminatis ab Vrbe: pater eorū nobilior Romanus, dans cuilibet eorum immēsam pecuniam, ipsos iussit in partes abire remotas. Qui se in superiori Alemannia receperunt. Antiquior autem ad emptionem prædiorum & munitionum, iunior verò ad habendam vasallorum multitudinem contendebat. Patre autem in Vrbe existente post aliquot annos cùm intellexisset, filios cum pace stare in Alemannia, ipsos visitabat. Et cùm vidisset senioris empta prædia, eius prudentiam nimium commendauit. Requirens autem à iuniore, quid cum sua substantia egerit, ille se omnem in vnam munitionem fortissimam collocasse, respondit: & iussis omnibus vasallis suis, cum eorum liberis masculis optimè armatis ad munitionem pertinentibus, & ab eo infeodatis, venire ad mōtem, vbi castrum Habesburg est collocatum, illuc patrem traducens, illam fortium multitudinem, quos & omnes eorum posteros masculini sexus suos & posteritatis suæ fideles vasallos illis confitentibus patri, probauit. Quo viso, pater in illius animosa nobilitate gauisus, reuersus ad Vrbem, magnum thesaurum destinauit eidem. Ex quibus duobus fratribus omnes de Habespurg postea processerunt. *Stirps Habspurgensis ortus.*

Rudolfus verò cùm esset apud Fridericum Imperatorem secundum in Lombardia, qui & ipsum Rudolfum leuauit de sacro fonte: Astronomus Imperatoris ipsi Rudolfo, quamuis iuueni frequenter assurgens, ipsum præ cæteris cunctis spectabilibus & clarissimis honorauit. Scisitatus autem à Cæsare Astronomus, cur *illi* iuueni præ cæteris tantùm exhiberet honorem: respondit, quòd ad eum imperij honor & principis potestas in posterum deueniret. Turbato ex hoc Cæsare, & iuueni illi indignanti, Astronomus dixit: Non indignemini ei; quia anteq̄ incipiat eius dominium, ex vobis, qui iam decem habetis filios, & ex eis qui succedat in imperio penitus nullus erit. Verùm Rudolfus abinde recessit, propter imperatoris indignationem. *Imp. Friderico secundo Rudolfi.*

Malè autem succedente principi, depositio ab Innocentio quarto, & dolis cleri prævalentibus contra eum, ipsoq; tandem in regno suo Siciliæ in Panormo defuncto: principes Germaniæ, virtute translationis ad ipsos factæ ex morte Ottonis tertij Imperatoris, Richardum regem Angliæ inclytum in regem Romanorum eligere decreuerunt: qui regi Franciæ inuidens, illico eidem quandam ciuitatem obsedit, & in obsidione iaculo est occisus: statimq; postea electo per principes Lantgrauio Turingiæ, deinde Wilhelmo comite Holandiæ, qui Rhenum ascendens Brisacum venerat, & descendens Frisiam inuaserat, ipse inibi est occisus. Sic post Fridericum imperium regnumq; Romanorum xxx annis vacauit. Richardus enim & Wilhelmus, quia non durauerūt in regno, non fuisse censentur, & ambo caruerunt benedictione imperiali. *Cæsares contra Fridericum electi.*

Sicilia regnum ad Gallos trãslatum, Anno 1265.

Innocentius autem papa quartus, qui Fridericum depoſuit, Carolum Martellum comitem Prouinciæ, fratrem ſcilicet regis Franciæ, conſtituit Siciliæ regem: contra quem Cunradinus nepos Friderici ex Cunrado filio ſuo, veniens in Italiam cum duce Auſtriæ, & magna multitudine Germanorum, cum Carolo iniuit conflictum: victoq; per Germanos Caroli exercitu & fugato, Germani prædam fugientium inſequentes, Cunradinum cum duce & pauciſſimis reliquerunt. Quod videns Carolus, qui ſe in montem cũ magna parte exercitus ſui receperat, vt videret receſſus Germanorum: Cunradinum quaſi deſolatum inuaſit. Quo cum duce & quibuſdam aliis capto, indeq; abducto, exercitus eius diſperſus ob prædam, miſerabiliter fugatus eſt & occiſus. Scripſit autem Carolus Clementi tum papæ exiſtenti, quid faciundum eſſet de Cunradino capto. Qui reſcripſit eidem, quia ei fauebat: *Vita Cunradini, mors Caroli: mors Cunradini, vita Caroli.* Quo ſcripto viſo, ſtatim Carolus Cunradinum cum duce Auſtriæ & cæteris decollauit.

Cũradinus Sueuus dux capite multatus 1267.

Petrus Aragonius Siciliã occupator.

Quod Petrus rex Arragonum, Cunradini proauunculus ægrè ferens, habitis machinationibus occultis cum incolis inſulæ Siciliæ, per mare potenter inſulam ingreſſus, occiſis Francigenis, & fugato Carolo, inſulam Siciliæ occupauit: quam eius poſteritas poſtea tenuit, & eius abnepotes hodie detinent ſine lite. Carolus autem Neapolim & reliquam partem quæ eſt citra mare, vnà cum comitatu prouinciæ, cum poſteris ſuis quietè poſſedit, ſemper reſiſtendo Germanis: ſub quo Guelforũ, de parte eccleſiæ: & Gibellinorum, de parte imperij ſunt nomina inchoata.

Erat autem mater Caroli, filia regis Caſtellæ, cuius regni arma ſunt, caſtra: regni autem Franciæ, lilia. De quo Carolo, antequam mater eius regi Franciæ nuberet, prophetizatum dicitur in hæc verba: *Caſtra floribus coniungentur, & ex equa equus generabitur generoſus, qui pugnabit contra pullos Aquilarum, & prævalebit eis.* Papa autem Alexander contra Petrum Arragoniæ ac filios & regna eius in tantum proceſſit, quòd multis annis in regnis eius nunquam ſunt celebrata diuina, etiam nominantes eum regem, damnando. Qui Petrus rex in ſenio duos filios ſuos, vnum Arragoniæ, alium Siciliæ reges conſtituens, ſibi huiuſmodi titulum adſcripſit: *Petrus Arragonenſis natus, pater duorum regum, dominus maris & miles imperterritus.* Tandem ſedes Apoſtolica cum vltrò reuocaſſet proceſſus, iuuenes qui in eiſdem regnis tempore interdicti ſucceſſerant, vel ſuccreuerant, ante non viſam celebrationem diuinorum deriſerunt: propter quod poſt multa tempora Bonifacius papa octauus decretalem *Alma* condebat.

NB. Franciſcani & Dominicani honoribus aucti.

Poſt Fridericum creuit potentia & ſuperbia ſedis Apoſtolicæ, ac Minorũ & Prædicatorum, quos eò quòd Fridericum & ſuos deteſtabantur, ipſa ſedes apoſtolica præ cunctis Ordinibus priuilegiis exaltauit in tantum, quòd nunc ipſa ſedes & clerus vix defenſantur ab illis.

In diebus illis Henricus de Strahelegge, epiſcopus Argentinenſis, quem Imperator forſan viuens læſerat, *Kronenburg, Haldenburg, Illewickersheim*, & quædam alia caſtra Imperij demoliuit.

Creuit autem Rudolfus de Habſpurg temporibus prædictis, aſtutia & honore: qui cum litem duram haberet cum abbate ſancti Galli, & duę lites aliæ ſibi etiam ſuccreſcerent, venit ad domum abbatis, qui eum perſequebatur odio capitali, ſedens ad menſam eius edentis, inſcius & non vocatus. Abbas verò miratus, ipſum honorificè & gratanter recepit. Facto ſic ſimul prandio, illico in tantum ſunt amici effecti, nullo ſe interponente, quòd abbas cum exercitu, ad inuadẽdum alios comites aduerſarios, in auxilium cum eo perrexit. Dixit enim comes ad ſuos: Quicunq; tres lites haber, duas ſi poterit reformet: hoc eſt conſilium meum.

Cùm autem quadam vice idem comes, animo quædam inuadendi, in *Enſenſheim* ſeruitores congregaret paulatim, & illis panem de ſiligine, & vinum duriſſimum miniſtraret, quidamq; milites ex illis, panem album & bonum vinum ſuper menſam comitis emerent ſibiipſis: comes leuata menſa illos milites licentiauit ſecretè, dicens: ſe non indigere ipſorum. Illis verò cauſſam licentię quærentibus, ipſos quòd non contentabantur iis, quibus meliores contentarentur, arguendo confudit.

Sororij Rud. Habſpurgenſis.

Habuit autem comes de Kuſſenberg ſororem ipſius Rudolfi: quo defuncto ſine liberis,

liberis, eadem soror Ottoni de Ochsenstein data est in vxorẽ: ex qua domini de Ochsenstein & Strasberg postmodum prodiêre.

Obiit autem antiquus comes de Kiburg, ipsius Rudolfi auunculus, solam relinquens filiam, quam ipsi recommisit, qui eam Eberhardo, filio patrui sui, dedit in vxorem, retinens sibi dominium in Kiburg/Winterthur/Diessenhofen, Baden/Mellingen/Arowe/Friburgum Vehtlandiæ, & quædam alia: assignans tandem eidem patrueli, postquam aliquandiu cum duce Burgundię auunculo suo morabatur superius dominium, quod socer eius à matre sua, sorore ducis Zeringię habuit, sc. Burgdorff, Thune/& alia, quæ illius posteritas hodie tenet. Aliâ verò ipse Rodolfus suæ posteritati reliquit. Ipse verò patruelis & eius posteritas deinceps nõ de Habspurg, sed de Kiburg sunt vocati, eò quòd illud dominium aliud præcessit, tẽpore, diuitiis & honore.

Kiburgensium ditiones ad quos deuoluta. Anno 1264

Erat autem antiquum castrum Kiburg olim in Brisgaugia, ex opposito nũc castri Friburgensis, cumq; olim dux Zeringię à sororio suo comite de Kiburg precibus obtinuisset, vt annueret ducem facere domum venationis in monte castri Friburgẽsis: vxor territa dixit marito comiti: Bene dixit frater meus, quòd domum venationis ibi facere velit, quia venabitur & expellet vos per ipsam domum de partibus istis, & omni honore: quod & breuiter postea factum est.

Kiburgum Brisgoia. Zeringense castrum cum ditur.

Mortuo aũt tempore Friderici, Berchtoldo duce Zeringiæ, anno M.CC.XVIII, calendis Maij: vni sororio de Kiburg cessit illud dominium in Burgunden: alteri Egenoni cum barba, comiti de *Vrach*, cessit inferius dominium. Quo mortuo, cùm reliquisset duos filios, scilicet Chunradum seniorem, cui cessit dominium in Brisgaugia: & Egenonem, cui cessit dominium in Suetia, à quo comites de *Furstenberg* processerunt. Chunradus verò comes Friburgensis moriens, reliquit duos filios: Egenonem seniorem, cui cessit dominium Friburgense: & Henricum, cui cessit *Neuwenburg* & *Badenweiler*. Qui Henricus cùm Neuwenburg venisset, animo recipiendi in crastino ab hominibus fidelitatem: in sero sub macellis cuiusdam burgẽsis vxorem stuprauit, propter quod Neuwenburgenses illi fidelitatem facere renuerunt.

Hæredes ditionum dacum Zeringiæ.

Origo dynastarum à Furstenberg

Erat autem in diebus illis partialitas inter nobiles Basilienses, hodieq; durans, inter Psittacos & Stelliferos, quæ ex eo sumpsit originem. Cùm olim milites Basilienses ad torneamenta hastiludia, vel parlamenta alia cum multitudine egrederentur, & diceretur: Qui sunt isti? Tum dicebatur: *Scalarij & Monachi Basilienses*, qui erant excellentiores. De quo alij commoti, consilio habito, fecerunt vexillum albæ stellæ magnæ in rubeo campo, quod in Torneamentis & alibi efferebant: sub quo signo erant progenies de *Eptingen*, Vicedomini, *Vsheim*, *Kraften*, *Reichen*, *Pfaffen*, aliqui de *Ramstein*, Am Kornmarckt/postea dicti de *Neuwenstein*, *Macerell*, *Frick*, & plures alij. Alij verò fecerunt viridem Psitacum in albo campo: ij erant Scalarij, Monachi, de Rheno, Marschalci, Camerarij, & multi alij, qui semper in ciuitate Stelliferos præcesserunt. Erant autem omnes comites & nobiles vicini, de alterutra partium earundem. Omnes enim de progenie Nouicastri *am See*, marchiones de Hochberg & domini de Rotelen fuerunt Psittaci. Comites verò de Habspurg & de Pfirt, item Henricus cui cessit *Neuwenburg* & *Badenweiler* supradictus, fuerunt Stelliferi.

Ingenuarũ Basiliẽsium factiones.

Orta autem briga inter Henricum comitem de Badenweiler & Neuwenburgenses, eum pro domino receptare nolentes, cui Henrico Rudolfus de Habspurg pro viribus assistebat: quidam incolæ oppidi dicti *Wilre* & plures alij, clam pro Henrico episcopo Basilienſi, de Nouocastro dicto, miserunt. qui veniens media nocte, intromissus, castrum Neuwenburg iuxta portam superiorem, quod comes tenebat, confregit. Erat autem idem episcopus filius Vlrici comitis Noui castri: qui Vlricus moriens reliquit fratrem, qui habuit Nouum castrum & dominia Gallica: ipse verò habuit comitatum Noui castri & dominia Teutonica. Qui Vlricus reliquit quatuor filios antiquos, de *Nidowe*, de *Strasberg*, de Arburg & Henricum episcopum prædictum. Iste reliquit multas filias, datas dominis de *Tockenburg*, de *Valckenstein*, de *Rotelen*, de *Regensperg*, de Grandisone, ex quibus multæ progenies processerunt.

Sobolei Vlrici comitis Neocomẽsis ad lacum, seu vltra Iuram mortem.

Bellum inter Neoburgenses ad Rhenum & Henr. comitem, oppidi dominum.

Inualuit autem bellum contra Newenburgenses in tantum, quod pluribus annis nec agri, nec vineæ, imò nec vnus hortus, culti fuerunt: multisq; occisis & captis, vltra quinquaginta pedibus sunt truncati. Ipsi verò auxilio episcopi oppidum *Bla-*

dolzheim, prædicti Rodolfi, item turrim in *Otmarsheim*, destruxerunt. Nobiles autem oppidi, dicti *Sermentzer*, & alij cum comite existentes, nimis læserunt Burgenses, quibus duo fortalitia in *Ougheim* & castrum *Gerneck*, item vnum castrum *Froschbach*, per comitem ædificatum iuxta Rhenum prope *Bantzenheim*, vbi tunc alueus Rheni fuerat, demolita fuerunt.

Multa etiam alia acciderunt, quod durauit vsq; ad creationem Rudolfi, in regem promoti, qui tandem conquerentibus illis de stupro, oppidum ad ius regni Romani recepit, sinens tamen, quòd comes per se captos excoriaret ad vnguem. Insuper rex decimam partem omnium bonorum oppidanorum recepit, quam comiti assignauit.

Wernerus à Falckéstein archiep. Moguntinus Rudolfi promotor.

In diebus illis, electo Wernhero archiepiscopo Maguntino ad Vrbem pro confirmatione proficisci volente, Rudolphus comes prædictus per electum literis rogatus, ipsum ab Argentina vsq; ad Alpes euntem, eoq; feliciter confirmato redeuntem conduxit. Qui archiepiscopus grates sibi agens, optauit vt nunquam moreretur, nisi comiti de tanto officio respondisset. Itaq; Maguntinus feliciter procedens & prospere ad ecclesiam suam est reuersus. Quod postea fecit idem episcopus, qui pro creatione regis Romanorum principes quorum intererat ad oppidum Franckfurt conuocauit. Interea accidit, quòd Pfitaci Basilienses Stelliferos expulerunt: propter quod Rudolfus comes congregatis suis amicis, cum Stelliferis & eorum fautoribus iuxta capellam Binningen Basileam obsedit. Congregatis autem principibus electoribus in Franckfurt, rege Bohemiæ dempto, & inter se de periculo diutinæ vacationis Imperij, & de perditione iuris principum inuicem conquerentibus, ac de persona eligenda, quæ imperio expediret, tractantibus: Maguntinus Rudolphi comitis de Habspurg magnanimitatem ac sapientiam commendauit: multisq; aliis potentibus nominatis, Maguntinus asserens, sapientiam & strenuitatem diuitiis & potentiæ esse præferendas, pro Rudolpho comite instituit: Colonienſem quoq; & Treuerenſem ad id ipsum inducens. Dux autem Bauariæ, qui clarissimam vxorem suam, ex patre duce Brabantiæ, & ex matre de Hollandia natam, ob falsam adulterij suspicionem decollauerat, pater post Ludouici quarti principis, conuocans Burggrauium de Norinberg præsentem, qui & ipsius Rudolphi extitit consobrinus, ait illi: Si Rudolphus præfatus promoueretur in regem, quomodo essem ab eius læsione securus? Habet ne aliquam filiam, quam mihi daret in vxorem? Et illo asserente, quòd Rudolphus sex haberet filias, & de danda sibi vna, sub omnium bonorum suorum hypotheca duci cauente, dux annuit Maguntino. Quod audientes, dux Saxoniæ, & Marchio Brandenburgensis, qui & ipsi non habebant vxores, receptis cautionibus de dandis sibi Rudolphi filiabus, similiter consenserunt, sicq; concorditer est electus, anno domini M.CC.LXXIII, XII pridie calendas Octobris.

Rudolfus Habspurgensis Rom. rex 1273.

Burggrauius autem de Nurinberg acceptis de electione principum literis, Basileam ad Rudolphi exercitum properauit, & venit ibi repentè in media nocte: & excitato comite, dixit sibi, quòd esset rex nouus electus. Ille credens se deludi, cõtra Burggrauium commouebatur. Ille verò dixit: Absit quòd vos deludam, valetissimum dominorum: & sibi exposuit seriem rei gestæ. Rex verò audiens, filias suas nupturas tantis principibus, & de prosperitate sua dignè gauisus, Burggrauium in ciuitatem Basileam ad episcopum & ad Pfitacos eius inimicos, pro amica reformatione direxit. Audiens autem episcopus, quod erat factum, se percutiens ad frõtem, dixit: Sede fortiter dñe Deus, vel locum occupabit Rudolphus tuũ. Ambæ igitur partes cũ magnatibus illarum partium, cũ rege & regina Alberti sorore comitis de Hohenberg, Aquisgranum pro ipsorum coronatione, egregiè sunt profecti, rebus per omnia bene gestis.

Rudolfi Cæsaris liberi, eorumq; progenies.

Ex his itaq; tribus filiabus multi duces Bauariæ, Saxoniæ, & Marchiones de Brandenburg processerunt. Dedit quoq; rex vnam filiarum Carolo tertio, nepoti Caroli Martelli prædicti regis Siciliæ, ex qua reges Vngariæ, Clementia regina Franciæ & ꝑ mater Delphinorũ, & Andreas rex Siciliæ, processerunt. Non dico rex insulæ Siciliæ, quam semper Arragonij tenuerunt. Habuit autem & rex à prædicta vxore de Hohenberg, tres filios, Albertum Rudolfum & Hartmannum: qui Hartmãnus postea prope Rhinaw in Rheno submersus, Basileæ cum matre prædicta & adhuc vno filio paruulo, in choro maioris ecclesiæ Basilienſis sunt sepulti. Tempore autem electionis regis,

iuerat

iuerat Albertus ad comitem Titolis, ad recipiendam Eliſabet filiã ſuam. Et intelligens comes electionem regis, Alberto filiam illicò copulauit. Erat autem ipſa Eliſabet ſoror quondã Chunradini ex matre, quæ defuncto Chunrado rege recepit comitẽ Tirolis. Vacauerunt autem imperio à tẽpore occiſionis Chunradini; ducatus Auſtriæ, Stiriæ, & Carinthię. Rex aũt de ducatu Carinthię, quẽ aliàs ipſe comes occupauit, recepta ab eodem magna pecunia, inueſtiuit eundem, qui poſtea non comes, ſed dux Carinthiæ vocabatur.

Ducatus Auſtriæ ad domũ Habſpurgicam.

Ducatum autem Auſtriæ quem occupauit Ottocharus rex Bohemiæ, cõtulit Alberto & Rudolfo filiis ſuis, & veniens cum exercitu, eſt in Vienna ciuitate Auſtriæ capitali receptus: habitiſq; multis tractatibus, Ottocharus qui Bohemiam, Auſtriã, Morauiam, & quaſi Hungariam, & totam quaſi terram vſq; ad Pruſſiam, & vſq; ad mare, tenuit, à rege ſua feuda recepit. Venit autem ad regem cum ineffabili pompa & oſtenſione potentiæ & diuitiarum. Rex autem longus & gracilis ſtatura valde, aquilum habens naſum, indutus griſea ruſticali tunica, cum alto galero, in cõmuni ſtrata ſedens, Ottocharum indutum pretioſiſſimè, genu flexũ, more regio inueſtiuit de feudis. De quo indignatus Ottocharus, & per vxorem ſuam, quę Polona extitit, durè tentus, pro eo quòd ſe in tantum ſubiecit, cœpit regem infeſtare & Auſtriam occupare.

Anno 1276.

Henrici epiſcopi Baſilienſis res geſta.

Obierat autem diebus illis prædictus H. de Nouocaſtro, epiſcopus Baſilienſis, cuius geſta (qualiter tempore prædeceſſoris ſui Berchtoldus de Pfirt, adminiſtrator epiſcopatus fuit, & illo defuncto, quaſi ſine electione, ſed ſolo Capituli conſenſu, non audentis contradicere, epiſcopatum tenuit, quamuis quaſi illiteratus: qualiter quadam vice citatus per papam perſonaliter, nũcium poſt magnum honorem ſibi exhibitum, coëgit quaſi, vt papam ad eundem diem coram eodem epiſcopo citaret, ad caſtrum ſuum Birſecke: qualiter tunc comes Ferretarum, ex quadam indignatione ſuorum, quandam permutationem terræ ſuæ fecit cum epiſcopo, ad munitionem & vallem Telſchberg, & ob hæc ſui in eum iracundè irruentes, pro eo quòd eos infideliter alienauerit, ipſum facti pœnitentem, cùm vidiſſet tãtum ſuorum dolorem, coëgerint quaſi ad reſciſſionem contractus: & quod caſtrũ *Zouger & aduocatiam in Sergowe, quæ ipſe comes tenebat, epiſcopo reſignauit, ac Ferretum, Altkilch & alia ab eo, propter reſciſſionem permutationis, in feudum recepit: qualiter duo milites de Butenheim, ea quæ ab eccleſia Baſilienſi habuerunt à prædicto comite de Habſpurg in feudum recognouerant, & epiſcopus poſtea in præſentia regis eiſdem dixit: Vos alienaſtis vos à beata virgine, & ego vos ab ea tollo, Sathanæ committendos: qualiter poſtea quilibet eorum alter alteri ſuam cognouit vxorem, qualiter poſtea Landſer regi vendiderunt, & in rebus & in perſonis perierunt, ita quòd nullus eſt ſuperſtes ex eis, & alia ipſius epiſcopi acta) cauſa breuitatis relinquo.

**Sougeren caſtrum antiquum ad Birſam.*

Henricus minorita epiſcopus Baſil. 1275.

Erat aũt in diebus illis quidã frater Henricus de Iſena Sueuus, de ordine Minor. filius fabri, lector domus Moguntinæ, Theologus & Nigromanticus, qui dum quadam vice dæmonem cuidam bonæ mulieri in ſpecie viri diu cohabitantem, per characteres eieciſſet: dæmon non valens vltra illam accedere, dixit dæmon: Ab initio meæ ruinæ ſolitus eram cohabitare mulieribus, nunquam dilectiorem habui: nunquam ergo deſiſtam, quin illum qui te mihi abſtulit in eam altitudinem perducam, qua obliuiſcatur penitus Dei ſui. Hic Henricus cum pro Petro diuitis Canonico Baſil. & præpoſito eccleſiæ Moguntinenſis, pro epiſcopatu Baſilienſi iuiſſet ad papam,

Petr. Reich præpoſitus Baſil.

papa ſibi, videlicet Henrico, non illi, de epiſcopatu prouidit. Hic regi familiariſſimus eſt effectus.

Ottocharus Boheimus Rudolfo bellum infert.

Rex autem congregato forti exercitu, Bohemiam contra Ottocharum eſt profectus, cum quo ipſe Baſilienſis epiſcopus cũ c dextrariis iuit in propria perſona. Transeuntes autem ſyluam Bohemiæ per inuaſores, quaſi fugientes, damna plurima ſunt perpeſſi. Epiſcopus autem Baſilienſis tenens extremam exercitus cuſtodiam, inuaſores iterum venientes inuaſit, qui in amnem fugientes more ſolito, tranſire credebant. Epiſcopus verò perſonaliter in flumen proſiliens, quem ſui ſequebantur, cepit eos, quos nudos ligans ſuper equis ſecum duxit ita diu, quouſq; fuerunt à muſcarum corroſione perempti: nec ampliùs à talibus fuerunt infeſtati. Dicebatur autem de magna multitudine inimicorum latitantium in ſylua. Quod cùm rex dixiſſet epiſcopo: ſtatim

episcopus procurauit, quòd ducẽti galeati vltra flumen iuxta regis exercitum processerunt. Quærenti aũt regi, qui essent illi galeati & ignoti, episcopus respõdit: pro vobis sunt illi. Rex habens tædiũ de illis, rogauit episcopũ vt abirẽt: qui iubente ẽpo abierũt.

Cæsar Bohemo occurrẽs

Venit autem Ottocharus cum exercitu innumerabili contra regem. Rex aũt non insignis regalibus, sed in armis non signatis & rubiginosis prodiit in cõflictum. Venit autem quidã Valens ad regem, cupiens ab eo donum, eo animo vt sibi seruiret. Quod cum rex renueret, venit ad Ottocharũ: & illius dono recepto, promisit regẽ, quãtumcunq; se abscondentem, positurum ad terram. Videns Ottocharus exercitum regis, & quòd eum (quod credidisset) vitare nolebat, accessit dictum Zewusch Bohemum potentem, cuius fratris filiam ipse Ottocharus dolosè cognouit, & patrem eius in turri igne occidit, dicens illi, quòd ignosceret, si quid vnquam mali egerit contra ipsum, vt perpetuò ditaret eundem. Ille verò respondit, quòd pro eo fideliter pugnare non posset: segregans se cum Ottocharo cum electis duobus millibus Bohemorum.

Rudolfus de Rheno eques Basil.

Appropinquantibus autem timorosè & paulatim exercitibus ad conflictum, Rudolfus de Rheno miles Basilienſis, sonora voce cãtauit, quod per ambos exercitus audiebatur: *Domina sancta Maria, domina sancta*, quod tempore Litaniæ rustici cantant. Præordinauerat autem Henricus marchio de Hochberg, quòd quandocunque ipse tempore conflictus acclamaret, *ipsi fugiunt, fugiunt*, idipsum cæteri etiam acclamarẽt: quod & factum est, per quod territi sunt Bohemi. Henricus quoq; Schorlin Sueus, episcopi Basil. seruitor, habẽs equum indomitum, pressurã bormis seu aciei exercitus regis sufferre nõ valens, tacto equo cum calcaribus, primus Bohemos inuasit. Dixitq; rex: Tempus est vt ille iuuetur. Initoq; conflictu, prædictus Valens, qui donũ ab Ottocharo recepit, cognoscens regem quamuis absconditum per scapulas procliues, occiso equo regis, regem prostrauit in terrã. Quo Valẽte ab aliis occiso, cum seruitores regis pro illius erectione se occupare vellent, dixit rex: non curetis de me, non est vis de vno homine, sed progredimini ad conflictum, & iuuetis alios. Illi dimisso rege prostrato, trudentes & progredientes viriliter, Ottocharum occiderunt: imò eo capto, ipsum finito conflictu quidam Bohemus occidit, cuius relictam prædictus Zewusch postea recepit vxorem, quem Wenceslaus rex, Ottochari filius, postea decollauit. Reliquit enim Ottocharus filiũ & filiã, quibus Romanus rex prædictus Rudolfus suos liberos copulauit, dans Wenceslao vnam filiarum suarum, & sorori eius filium suum Rudolphum, cui sorori dominium de Kiburg quod ipse rex sibi retinuerat, morganitico iure donauit. Rudolfus verò dux postea moriens vnicum filium Ioannem ducem, Alberti regis occisorem, reliquit. Wenceslaus verò rex Bohemiæ absq; briga viuens quietè & sine armis in lecto moriẽs, filium & duas filias ex prædicta vxore reliquit. Filius factus rex per traditionem clam in lecto occisus est. Vnam filiarum habuit Hẽricus dux Karinthiæ, quem pro rege receperunt Bohemi: qui tamen propter infestationes Alberti regis, qui & ipse filium suum Rudolphum primogenitum ibi regem cõstituerat, possessionem pacificam habere nequiuit. Aliam verò filiam Wenceslai, diu postea occisi, successiuè Adolpho & Alberto regibus, & creato Heinrico comite de Lutzelburg Romanorum Imperatore, recepit in vxorem, & regnum Bohemorum cum ea, Ioannes filius Imperatoris eiusdem. Occiso itaq; Ottocharo, Rudolphus rex in Austriam pergens, diu quousq; omnia bene disposuit, permansit in Vienna.

Ottocharus prælio vi ctus & occisus 1278.

Vwanus dynasta Vngarus supplicio affectus.

Erat autem quidam potẽs comes Vngarus, nomine Vwan, qui regem & Austriam plurimùm infestauit, pluries pacta inita inter ipsos infringens. Pro quo rex verbis pacificis misit in dolo, & cùm venisset Viennam, timorq; magnus irruisset super eum, accedens mensam, bibit de cypho regis, dicens: Modò sum securus, quia bibi cum probiore viuente in hoc mundo. Verùm statim post mensam arreptus, sub glacie est submersus. Videns autem quidam de Liele magister militum regalis curiæ arreptionem, irruit in gladium suum pro illius comitis defensione. Rege verò dicente: desiste, quid ad te? ipse videns perfidiam regis, mœrens quieuit. Quidam verò miles probissimus, qui eundem comitem iubente rege illuc conduxerat, videns quæ fiebant per se impediri non posse, quasi amens factus, postea præ verecundia latitauit.

Cùm autẽ in Vienna nocte famuli euntes pro vino spoliarentur, & resistentes vulnerarentur: Fridericus comes de Liningen, qui cum rege erat, quadã nocte, assumẽs

Gruem

Gruem militem ſuum dictum Kranich/perſonaliter cum milite ſolo iuit pro viho, circuiens vndiq; cum cantharo tanquam garcio, omnes ribaldos in eum irruentes occidit, & omnibus illis amputatis capitibus, Kranich miles cuiuslibet caput poſuit ſuper ventrem occiſi. Manè autem facto, plures ciuium filij occiſi reperti ſunt in plateis, & magnus clamor factus eſt per ciues coram rege, de occiſione filiorum ſuorum, ipſo in ciuitate ſtante. Quis autem feciſſet, nemo ſciuit. Progrediente autem rege ad Miſſam, & ſequente eum Friderico comite, viderunt vnum in ſtrata occiſum, non tamen caput ſupra ventrem habentem: & clàm dicente Friderico ad Gruem, ſe illi non rectè feciſſe: rex audiens duorum colloquium, tacuit. Sed pòſt in camera ſua quęrens à Friderico & audiens ab eo facti ſeriem, ipſum commendauit: de cuius Friderici conſobrini regis geſtis nobilibus, integra hiſtoria opus eſſet. De Viuiano etiam ciue Baſil. ſocero prædicti Schorlin, quanta in prædicto conflictu peregerit, & de mirabilibus factis eius, ad præſens relinquo.

Incrementa dominorum de Walſee.

Reliquit autem rex cum filio ſuo duce Alberto multos Sueuorum in Vienna, quorum vnius ſcil. de Walſee liberi poſtea propter eorum virtutem conſtantiæ ditiſſimi ſunt effecti: ita quòd, qui per pedes venerant in Auſtriam, finaliter decem miliũ marcarum redditus habuerunt.

Henrici Schorlini facinus.

Veniente autem rege Nurenberg, Henricus Schorlin, filiam hoſpitis ſui ſpecioſiſſimam, violenter corrupit & ſtuprauit. Cùm aũt populus commotus, à rege propter hoc iudicium poſtularet: rex diu protrahẽs, cum ſe nemo interponeret, tandem dixit commotus: de iſto iudicabo, & in hoc loco iudicans, quàm diu vixero iudicabo. Perterriti autem nobiles & populus ciuitatis, videntes quanta ille affectione diligebatur à rege, Henrico Schorlin puellam in coniugem legitimam copulabat, & ducentas marcas argenti eis dabat, & ſic clamor contra Henricum ceſſabat.

Pourrentrutum ad eccleſiam Baſil. reuocatũ 1283.

Rediens autem rex ad Rhenum cum epiſcopo Baſil. caſtrum & oppidum Brundruti, quod comes montis Biligardi tenuit, quod antiquitus fuiſſe dicebatur eccleſiæ Baſil. obſedit. Quo tum victo, eccleſia Baſil. deinde quietè poſſedit. Conſtruxit etiam *ipſe* epiſcopus de auxilio regis caſtrum *Goldenfels*, vltra *Brunndrut*, in territorio Gallicorum, terram quæ circa eſt attrahẽdo. Cumq; comes Nouicaſtri, dicens ſe aduocatũ ſuper oppidum *Biele*, terrã vſq; ad Biele in ſua poteſtate teneret, prędictus eps caſtrum *Schloßberg* ædificãs, illam terram per duas leucas eccleſiæ ſuæ dominio attrahebat. Itẽ in valle S. Immerij caſtrũ forte *Arguel* ædificans, inibi meatum Gallicorum præcluſit.

Goldenfels.

Schloßberg.

Arguel.

Ex epiſcopo Baſilienſi electus Moguntinus 1286.

Idem epiſcopus poſt multos bonos actus & ſtrenuos, & vtiles eccleſię Baſilienſi, ad Maguntinum archiepiſcopatum promotus, Petrum Diuitis, mediante fauore Papæ, ad eccleſiam Baſilienſem promouit.

Rex autem nullum motum habens ad Italiam, forſitan quia vidit cæteris multis malè ſuccęſſiſſe: miſit prædictum Henricum epiſcopum Baſilienſem, cum membranis ſigillo ſuo ſigillatis, ad ciuitatem *Romanam, qui ibidem ſedi Apoſtolicę Romandiolam & quædam alia, in damnum graue imperij dedit: ibi habitis quibuſdam tractatibus nomine regio ſigillauit.

**alij Cumanam.*

Ipſe quoq; Henricus factus archiepiſcopus ſtrenuè multa peregit: volensq; viſitare epiſcopatum Conſtantienſem, Rudolfus de Habſpurg epiſcopus Conſtantienſis, filius patrui regis, ſibi reſtitit. Quibus ambobus poſtea corã rege conſtitutis, & inſtante archiepiſcopo pro viſitatione: epiſcopo verò dicente, modicum eſſe epiſcopatum ſuum & pauperem: illo verò dicente, ſe benè ſcire qualis eſſet: epiſcopus reſpondit: Bene credo, quia ſoleis veſtris ſæpiùs percutriſtis eum, quàm ego vnquam potuerim equitare. Vltimò tamen dixit rex, eum admitti debere & admiſſus fuit ad viſitationẽ. Fuerunt autem tres fratres de Habſpurg, filij patrui regis, ſc. Rudolfus epiſcopus Conſtant. Gotfridus dominus in Lauffenberg, & Eberhardus qui dicebatur de Kiburg.

Scomma in archiepiſc. Franciſcanum tactũ.

Habuit autem archiepiſcopus maiorem affectionem ad milites quàm ad clerum. Vnde quadam vice habens feſtum, cum clerici citiùs quàm milites ſederent ad menſam, dixit archiepiſcopus: bini & bini milites recipiant vnum clericum pro puluinari. Vnde & ſuper eius morientis ſepulchrum ſcripſit quidam verſus,

Nudipes Antiſtes, non curat Clerus vbi ſtes:
Dum non in cælis ſtes vbicunq; velis.

Indicta autem curia Coloniæ per regem, & adducto per eum genero suo, duce Bauariæ, in die hastiludij progrediũtur centum milites, ad hastiludium parati, omnes ducentes mulierem decapitatam in armis, in despectum ducis Bauarię. Quod videns rex, & ducem de accessu suo arguens, curia dimissa recessit.

Conflictus proximè Bernam 1289.

Rex quoq; postea oppidum *Petterlingen* situm versus Lausannam obsedit, & oppidum *Murten*, de manibus comitis Sabaudiæ eruens, ad regnum retraxit. Rex quoq; Bernam sibi rebellantem obsidens, & euincere non valens, sed quotidiana lite infestans: tandem Rudolfum filium suum clam cum quadringentis equitibus misit, qui se ponens in insidiis, quosdam abductores pecorum solito more præmisit: quos illi insequentes vsq; ad locum insidiarum, capti sunt & occisi. Ipsi verò Ludouicum comitem de Honberg, patrem valentissimi Wernharij, primum aggredientium cuspidibus recipientes, necârunt: sicq; Berna regi est reformata.

Pseudofridericus crematus.

Cumq; etiam rebellantem sibi Columbariam obsedisset, quidam verò quondam Imp. Friderico simillimus, in inferioribus Rheni partibus seipsum Fridericum fingẽs, ac Barones & ciuitates sibi aggregãs, vsq; Wetzflar venisset: rex pertimiscens, admissa cũ Columbariensibus concordia, cũ gente descendens, ac se illũ velle tanq̃ Imp. venerari fingens, ipsum apprehensum quæsiuit vnde venisset, & quis esset, & eũ cremauit.

Dicitur quoq;, quòd cum rex Frãciæ illis diebus monasterium S. Dionysij, quod imperio pertinebat, nimis grauaret, & pluries à rege Rudolfo rogatus nõ desisteret: tãdẽ rege scribente Franco inter singula, quòd desisteret, alioquin in partibus suis ipsum visitaret, per vires & viros, quos sibi felix Germania germinauit: Francus se nolens inbrigare cum illo, à grauaminibus cessauit & quieuit.

Rudolfus Burgundos bello petit pro episcopo Basil.

In diebus illis cum Petrus Basilienſis episcopus habens litem cum Gallicis vicinis, succubuisset in conflictu, militum præsertim Basilienſium magna multitudine captiuata: rex Rudolfus pro illorum recuperatione veniens, Bisuntium potenter obsedit: vbi manicas wambasij sui fractas, cum nouis peciis reparans, dedit exemplum aliis ita faciendi. Dux autem Burgundiæ cum omni quasi potentia Gallicorum, cum exercitu maximo se posuit contra regis exercitum, ne regi victualia possent afferri: ita quòd vno die regis exercitus in victu defectum maximum est perpessus. Videns autem rex rapas in campo, rapam vnam rasam comedit. Quod videntes alij, admirati de eo, omnes quodammodo rapis sunt saturati.

Rex autem retrocedens ad Gallicorum exercitum in valle positum iuxta ripam, in montem desuper se recepit, ita quòd vnus exercitus in alterum posset respicere: & in sero tractans cum satrapis suis, de ineundo mane conflictu, cum quidam ex eis miraretur, addens, de quo viuere vellent? rex ipsum inanem habere curam, respondit dicens: Si ipsos vicerimus, victualibus eorum vescemur: si nos vicerint, cùm nobiles sint, dabunt victum captiuis. Ipsisq; sic tractantibus, nox accessit.

Erat autem tumultuosum murmur in exercitibus, vt moris est. Et ecce quidam de Suitia, quorum rex mille ducentos habuit, soliti currere in montanis, descendentes montem, irruerunt in castra Theobaldi comitis Ferretarum, qui fuit adiutor in acie Gallicorum, & aliquibus occisis, ipsius spolia deferendo, & plurima laniãdo: ita quòd in valle facta est commotio clamorosa. Gallicis quoq; tractantibus de præcludendo regi discessu, cùm arbitrarẽtur, se propter eorum multitudinẽ, & quia non erat aptus descensus ad eos, securos à conflictu: quidam ex eis dixit, Nosco regẽ talem, etsi deberet manibus & pedibus repere, nos inuadet. Sicq; timentes, diluculo solennes ad regem pro concordia nuntios destinârunt. Cumq; rex aliud nollet, nisi ante omnia captiuis liberè restitutis: dux & maiores Burgundiæ se Basileam corporaliter præsentârunt, ibi de concordia tractantes. Vasalli imperij quoq; præstita fidelitate, sunt de regalibus inuestiti. Dicitur etiam, regem in ipso exercitu dixisse, se in qualibet mundi parte cum electis quatuor galeatorum, & quadraginta peditum armatorum de Alemannia millibus, stare inuictum: æstimans, hos omnem multitudinem aggressuros.

Theobaldus comes in Pfirt.

Cæsarius secunda nuptia.

Mortua autem domina Anna de Hohenberg regina, & in choro ecclesiæ Basilienſis cum duobus filiis sepulta: rex filiam sororis regis Francię in senio iuuenem recepit vxorem, quæ tamen post mortem regis rediit satis egens.

☞ Rex autem Rudolphus cum Anna de Hohenberg, sorore *Alberti de* Hohenberg,

berg, habuit tres filios: inter alios Rudolphum, Albertum & Hartmānum. Qui Hartmannus apud Reynow, in Rheno periit, & cū matre & paruulo fratre Carolo in choro Basilienſis eccleſiæ eſt ſepultus. Item habuit ſex filias, quarum vnam habuit dux Bauariæ ſuperioris, alteram dux Bauariæ inferioris, tertiam dux Saxoniæ: quartam dux Vratislauiæ: quo defuncto, recepit Marchionem in Brandenburg. quintam habuit rex Wenceslaus Bohemiæ, filius Ottochari, per ipſum Rudolphum regem occiſi: ſextam habuit Carolus primogenitus regis Siciliæ ſiue Apuliæ. *Rudolfi Cæſaris liberi.*

Ex Rudolfo filiorum primogenito & ſorore Wenceslai, deſcendit Ioannes Bohemiæ dux, occiſor prædicti Alberti. II.

Ex Alberto, qui habebat Eliſabet, filiam comitis Tirolis, antequam pater promoueretur in regem, quem comitem ipſe rex poſtmodum ducē Carinthiæ creauit, creati ſunt: 1 Rudolfus primogenitus, qui factus eſt rex Bohemiæ, & filiam regis Franciæ ducēs, ſine liberis eſt defunctus. 2 Item Fridericus, in Romanorum regem in diſcordia electus & coronatus: quia ex filia regis Arragonū ſola relicta filia, quæ poſtea comiti * Carinthiæ data eſt, ſine liberis eſt defunctus. 3 Item dux Leopoldus ſtrenuiſſimus, qui relictis duabus filiabus, ex filia comitis Sabaudiæ, quarū vna poſtea data eſt duci de *Sueinitz* Sileſiæ, alia domino de Cuſin Franciæ, ſine aliis liberis defunctus. 4 Item Otto dux, ex filia ducis Bauariæ inferioris duos relinquens filios, Fridericum & Leopoldum, qui mortui ſunt ſine liberis. 5 Item * dux Auſtriæ, qui ex filia comitis Ferretarum habet filios & filias: quorum Rudolfus primogenitus habet filiam Caroli Imper. & Bohemiæ regis. 6 Item Agnes, ducens Andream regem Vngariæ, ſine liberis eſt defuncta: quæ hodierno die ducit vitam ſanctam & beatam. 7 Item * duciſſa Lotringēſis, ex qua Rudolfus filius, & Rudolfus nepos, & domina de Chabilone ſunt nati. 8 Item Catharina deſponſata Henrico Imp. eoq; defuncto duci nupta Calabriæ, filio regis Ruperti Siciliæ, ſine liberis eſt defuncta. 9 Item * comitiſſa de OEtingen. III. *Alberti regis liberi.* * *forte Gorit.* * *Albertus.* * *Eliſabet.* * *Guta.* *Progenies filiarum Rud. regis.*

Ex filia Rudolfi regis in inferiori Bauaria. † IIII. V. † *ſupplendū forte, nulli proceſſerūt.*

Ex ſuperiore Bauaria nati ſunt, Rudolfus primogenitus, dux & palatinus Rheni, Ludouicus Romanorum Imperator quartus, & Lantgrauia Haſſiæ. Ex Rudolfo, & Metza filia Adolfi regis Romanorum, eius coniuge, deſcenderunt: Adolfus, Rudolfus & Rupertus minor, quem Arneſtum nominant, cuius mater fuit de OEtingen & de Wirtenberg: qui Arneſtus filiam regis Siciliæ duxit vxorem. Ex Rudolfo & filia ducis Carinthiæ, deſcendit vxor Romanorum & Bohemiæ regis. Ex Ludouico Imperatore deſcenderunt: ex Polona, Ludouicus & Stephanus filij, & marchioniſſa de Miſſen: ex Holanda autem, deſcenderunt Romerius marchio Brandeburgēſis, Wilhelmus comes Holandiæ, & Albertus, & duæ filiæ, quarum vnam habet frater regis Vngariæ, aliam Maſturus dominus Veronenſis. Ex Ludouico primogenito marchione in Brandenburg & filia regis Daciæ, deſcendit filia nupta regi Norwegiæ: ex filia verò ducis Carinthiæ, ablata Ioanni Bohemi propter impotentiam, nati ſunt filij & filiæ. Ex Stephano & filia regis Siciliæ, & poſtea ex filia Burggrauij de Nurēberg, multi filij & filiæ ſunt creati. Ex marchioniſſa Miſſenenſi plures filij & filiæ creati ſunt.

Ex Saxona, Rudolfi regis filia, plures Saxoniæ duces ſunt creati. VI.

Ex duciſſa Vratislauiæ, poſtea marchioniſſa in Brandenburg, Volmarus & quidam alij Marchiones nati ſunt. VII.

Ex regina Bohemiæ, ipſius Rudolfi regis filia, & ex Wenceslao rege, deſcenderunt, Wenceslaus filius, qui rex factus ſine liberis eſt defunctus. Item duæ filiæ, quarū vnam habuit Henricus dux Carinthiæ, ex qua deſcenderunt duæ filiæ: aliam habuit Ioannes rex Bohemiæ & marchio Morauiæ, vnde Carolus Imperator deſcendit. Ex Carolo Romanorum Imperatore, & ſorore regis Franciæ, deſcenderunt duæ filiæ: vna regina Vngariæ, quæ ſine liberis eſt defuncta, alia duciſſa Auſtriæ. VIII.

Ex regina Sicilię ipſius Rudolfi filia, deſcenderunt Carolus ſucceſſor patris etiam rex Siciliæ, ſed per patrem Rupertum & per papā electus, & de adiutorio Alberti regis Romanorum auunculi ſui Hungarię rex creatus. Item Delphina, ex qua duo Delphini filij ſunt nati. Item Clementia regina Franciæ, quæ abſq; liberis eſt defuncta. Ex Carolo rege Hungariæ prędicto deſcenderunt, nūc Carolus primogenitus, rex Hungariæ: item Andreas rex Sicilię, iugulatus per Iohannam vxorem & patruelem ſuam. IX.

De animoso & probo comite Alberto de Haigerloch & Hohenberg, qui dicebatur esse vnus de XII pugilibus.

Comitum de Hurningen dictones Alsatica.

ALBERTVS comes de Hohenberg & de Haigerloch, frater prædictæ reginæ, dominæ Annæ, duos comitatus habuit antiquos valde, scilicet *Haigerloch & Hohenberg*: & siti sunt in corde Sueuiæ, & dicebantur comites de Hurmingen, & illi comites fuerunt potentes in Sueuia & Alsatia. In Elsatia habuerunt castrum, quod dicitur *Ortenberg*, & magnas villas & totam vallem quæ dicitur **Albrechts thal**/ cum omnibus pertinentiis. In qua valle duo domini & fratres de Hurmingen, quorum vnus fuit laicus, construxerunt claustrum solenne ordinis sancti Benedicti, in honorem sancti Michaëlis, & procurauerunt eximi ab omnibus exactionibus & munetibus quibuscunque, à Sixto papa: excepto quòd annuatim debent præsentare ad cameram papæ vnum marmotinum, hoc est, denarium aureum, qui bene noscitur in Curia, & est minoris valoris, quàm paruulus florenus de Florentia. Nomen claustri, Latinè Hugonis curia, Teutonicè **Hugeshofen**. Prædicti verò duo domini ambo mortui sunt, & in dicto claustro sepulti, vbi corpora eorum hodierna die requiescũt. Quod dominium Albertus comes postea dedit Rudolfo de Habspurg, in dotem dominæ Annæ, prædictæ sororis suæ.

Hugeshofen monasteriũ.

Marmotinus nũmus.

Albertus verò prædictus multa bona fecit tempore suo, & laudabilia. Fuit bellicosus, animosus & probus: & cantatum fuit à quodam magistro, qui dicebatur *Kumier*, quòd idem Albertus esset sustentaculum Romani imperij totius Sueuiæ. Qui Albertus fuit occisus in proprio comitatu suo, per quendam ducem Bauariæ, iuxta castrum Lintstetten, pessimè derelictus à seruitoribus suis: quorum progenies hodie prædicto domino est nota, qui fugitiuè recesserunt à domino suo, sicut canes quibus alligantur vesicæ, quibus impositæ sunt fabæ. Progenies fugientium dicuntur, **die Lemmer von Wittingen**/ & duxerunt agnum per ista. Et sicut legitur, quòd vna ouis interficit totum gregem: ita dominus eorum interfectus fuit per fugam ipsorum. Vtinam fuissent lupi rapaces, qui deuorassent corpora eorum.

Familia Hohenbergẽsis.

Ex prædicto Alberto descenderunt, Albertus & Rudolfus. Albertus dicebatur **Röschmann** Rudolfo existente Albertus mortuus est. Rudolfus multa & laudabilia fecit: & potentior Sueuiæ fuit, qui tunc vixit. Et habuit tres comitatus, scilicet *Rotenburg, Haigerloch, Hohenberg*, exceptis pluribus munitionibus, *Horwe*, * *Nordlingen*, *Wersch*, *der Busch*, *Buggingen*. Obsedit etiam Rudolfus Eberhardum de Wirtenberg, & filium suum Vlricum vnicum, cum machinis & aliis instrumentis, cum quibus castra & munitiones inuaduntur, & duo sibi castra destruxit, & eum obsedit pluribus septimanis cum magnis expensis: quorum vnum dicebatur *Hoheneck*, aliud verò *Pfullentz*, & *Grauenwiler* ita destruxit, quòd domini de Wirtenberg nunquam audebant eum depellere de loco.

**fortè Nurtingen.*

Ex Rudolfo & domina de Werdenberg descenderunt Albertus, Rudolfus, Hugo, Henricus, & vna filia. Albertus missus fuit in Constantiam per patrem suum Rudolfum caussa studij, vbi stetit honorificè pluribus annis, & multum profecit in artibus: factus est canonicus maioris ecclesiæ, & rector cuiusdam ecclesiæ in Austria quę dicitur *Ruspach*, & rector trium ecclesiarum in Sueuia, quarum pater eius fuit patronus. Postea missus fuit Parisios, vbi stetit pluribus annis cum magnis sumptibus, & profecit in magnum clericum: & legebat iura ad tempus multis audientibus. Postea licentiatus fuit in Decretis, non caussa dominij, sed caussa veræ scientiæ. Postea rediens in patriam, receptus est in canonicum Argentinensem. Mortuo autem domino Rudolfo episcopo Constantiensi, electus est in episcopum; sed in discordia non habuit processum, quia maiori pars Capituli & burgenses erant contra eum, qui timuerunt potentiam patris.

Postea factus est Cancellarius domini Ludouici Imperatoris, & eius aduocatus prouincialis totius Elsatiæ, in cuius seruitio multa peregit, & in solennibus negotiis missus fuit per Imperatorem in Franciam, tunc in Prouinciam ad papam, modò ad regem

regem Angliæ, tunc ad ducem Austriæ. Postea videns Imperatorem esse pigrum, & non multum promotum ab eo, transtulit se Auinionem, ibi diu stetit per longum tempus, vbi prouisum fuit sibi de episcopatu Herbipolensi, à papa Clemente sexto: sed non obtinuit, propter potentiam illius de *Hohenloh*, concorditer electi à toto Capitulo. Post mortem domini de *OEtingen*, qui fuit famosior physicus mundi, papa Clemens sextus prouidit prædicto domino Alberto de episcopatu Frisingensi, quem potenter & sine impedimento tenet. Qui fuit virtutibus plenus, sociabilis, affabilis, largus, sed minus humilis, quia nimia humilitas parit contemptum.

Rudolfus secundogenitus fuit probus, virilis, sed crapulosus. Ex quo & domina sua de Nassowe, descendit vnus filius, qui sepultus est in collegio Ehingensi, iuxta Neccarum, quod pater ipsius construxit. *Ehingen oppidum.*

Hugo verò tertiogenitus, animosus, bellicosus, mitis, virtuosus, sociabilis & audax, non curans de futuris contingentibus, sed excessit in multiloquio, contra dogma Catonis:

Virtutem primam esse puta compescere linguam.

& Aristotelis: *O quàm speciosum est & honestum in homine, abstinere à multiloquio?* A quo & filia Ferretarum comitis, descendit filius.

Henricus verò quartogenitus, animosus, bellicosus & prodigalissimus erga seruitores suos, ita quòd omnes munitiones & villas eis distribuit, exceptis paucis villis & vna munitione optima super Danubio quã tenuit, scilicet Fridingen vel Neuwen Hohenberg. Qui dominus Henricus occisus fuit, & cum eo optima iudicia Sueuiæ, in episcopatu Curiensi, per dominos de Bellmont & adiutores eorum, in montanis. Qui sepultus fuit honorificè in claustro quod dicitur *Salmanswiler*, anno Domini, M. CCC. LII.

Quadam fabula de quodam notario Alberti comitis de Hohenberg.

FVIT quidam notarius domini Alberti comitis de Hohenberg, qui dicebatur *Cappadocier*, sociabilis, curiosus & subtilis, non curans pecuniam, qui fuit rector cuiusdam ecclesiæ in Schera, nomine *Tieringen*. Rex verò Rudolfus libentissimè confabulabatur cum eo, in cuius curia frequenter morabatur propter dominum suum, cuius sororem rex habuit in vxorem. Quadam vice rex indixit curiam principibus in *Franckfurt*, Cappadocier veniens à longè, & vadens ad Cancellariam, inuenit mensam paratam, & Cancellarium & notarios splendidè prãdentes. Sedit verò & ipse ad mensam, & pauca cibaria dabantur sibi, licet magnam haberet famem: & superiùs in mensa erant magnæ scutellæ, impletæ optimis cibariis. Ipse verò vocauit vnum de seruis suis, & dixit ad eum: Redeas ad modicum tempus, & voca me festinanter, & dicas quòd dominus meus miserit pro me. Ille verò interim circumuoluit secretè mensale, & fine rotæ calcaris sui fortiter firmauit. Seruus verò intrauit, & festinanter vocauit dominum suum. Ille surgens festinanter & mensale cum omnibus ferculis & scyphis traxit in terram, & exiuit ad dominum suum. Rex verò percipiens, quæsiuit ab eo dicens: Quid modò fecisti? Ille respondit: Dum veni ad mensam Cancellarij & notarij vestri, habuerunt fercula diuersa, & dabatur mihi quod sanæ mentis & corpore infirmus bene comedissem: tunc egi quòd ipsos mecum oportuit ieiunare. Rex verò ridens, respondit: optimè fecisti. Ille verò postea gratulanter & honorificè tractatus fuit à Cancellario & omnibus notariis regis.

Item, quæsitus fuit à rege, si haberet ecclesiam bonam. Ille respondit, fortem & bonam ecclesiam habere, & bonas campanas, sed quòd dominus suus nimis frequenter acciperet sibi fructus ecclesiæ. Quod rex audiens, promisit se acturum, quòd dominus permitteret fructus cum ecclesia.

Alia fabula de eodem.

ITEM, Rex quadam die erat in Vlma, vbi oleum nucum erat in cariissimo foro. Cappadocier dixit, dominum suum habere plures arbores nucũ in comitatibus suis,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 136:Leibn. Marg. 136, Stück 2, [113] - 107

quàm in tota Elsatia & tota Westaugia: idq; iurando affirmauit coram multis dominis, & aliis. Aliqui credebant eum mentiri, & dixerunt regi. Rex verò vocauit Cappadocier, & dixit: Quid dicis de arboribus nucum sororij mei? Respondit: Ego dico, & dixi per iuramentum dominum meum plures habere arbores nucum, quam in tota Elsatia & Westaugia sunt: sed sunt coryli, quæ sunt arbores nuces proferentes, si non magnas, tamen paruas. Rex ridens dixit: Sicut te dimitto, ita te inuenio. Multa talia fecit prædictus.

Vasgoia.

Alia fabula de quodam milite, qui dicebatur Iacobus Müller *de Thurego.*

RVDOLFVS comes de Habspurg fuit inimicus capitalis Iacobi dicti Müller, militis Turicensis, antequam fuit electus in regem. Cui quadam vice obuians, cum nullo modo posset effugere manus comitis, sapiens fuit, & festinanter descendit equum, & proiecit gladium suum in terram, & extraxit braccam, & sedit in viam quasi merdando. Comes verò & seruitores sui venerunt, vehementer exeuaginando gladios suos, volentes eum occidere. Ille verò extensis manibus clamauit comiti: Non decet dominationi & honestati vestræ occidere merdantem: detis mihi pacem quousque attraham braccam. Comes respondit: Sit ita. Ille verò dixit: Tunc bracca mea nunquam plus veniet ad culum meum. Comes verò hoc audiens, furore repletus, recessit ab eo, & idem postea factus est seruitor eius specialis.

De morte & sepultura Henrici, dicti Frauwenlob/ *magni dictatoris.*

Fabula de rege Rudolfo.

ANNO domini M.CCC.XVII, in vigilia sancti Andreæ, sepultus est Henricus dictus Frauwenlob/ in Maguntia, in ambitu maioris ecclesiæ, iuxta scalas honorificè valde: qui deportatus fuit à mulieribus ab hospitio vsq; ad locum sepulturæ, & lamentationes & querelæ maximæ auditæ fuerunt ab eis, propter laudes infinitas, quas imposuit omni generi fœmineo in dictaminibus suis. Tanta etiam ibi copia fuit vini fusa in sepulchrum suum, quòd circumfluebat per totum ambitum ecclesiæ. Cantica canticorum dictauit Teutonicè, quæ vulgariter dicuntur Vnser Frauwen Lied/ & multa alia bona.

Fabula alia.

Rex quadam vice transiens pontem Turegi, cùm vidisset stantem quendam senem sanguineum, cum canorum multitudine pilorum, dixit ad quendam confabulantem sibi: O quot bonos dies in vita sua peregisse potuit ille canus? Quod audiens ille, dixit suauiter: Domine, fallimini, quia nunquam habui bonum diem. Quod quasi audiens rex, quæsiuit ab illo, quid factum fuisset ab eo? Respondit & dixit: Se egentem in iuuentute vetulam, deformem mulierem ratione pecuniæ & diuitiarum recepisse vxorem, cum qua diu viuente iracunda, ipsumq; præ timore aliarum mulierum corrodētem, dixit, se sic vitam miserabilem peregisse. Qua, ipso iam sene facto, defuncta, illico aliam iuniorem recepi, nec illi in lecto complacere possum, vitam cum ea rixosam & duriorem peregi. De quo rex in risum est prouocatus.

Dicitur autem, quòd cùm diues quidā mercator, sagacior præ omnibus in mercatura, semper gerens negotia sua verisimiliter pro vtiliori, continuè defecisset: quadā vice eum rogauit rex, quærens, si vellet recipere eum pro socio mercaturæ, & consilium suum sequi. Quo annuente, quilibet eorum posuit centum marcas. Dixit autem rex: Volo omnino, quòd Argentinæ emptas haleces traducas Coloniam, & ibi vina empta reducas Argentinam. Cui cōsilio ille socius, quamuis nimis & meritò territus, acquieuit. Erat autem eo tempore Argentinæ tanta multitudo halecum, quòd quasi pro nihilo vendebantur: & cùm venisset Coloniam, accidit quoddam periculum in lacu, vbi haleces piscantur, quòd non erat spes illo anno de halecibus capiendis, ita q, mercator valde in halecibus lucrabatur. Accidit autem quòd tanta multitudo vini descenderat per Rhenum ad partes inferiores, quòd vina leuiori foro & precio vendebantur Coloniæ, quàm in Alsatia. Vina itaq; tunc super curribus Argentinā ducens (cùm interim vineæ repentina geliditate perirent) illa pretio vendidit triplicato: ita quòd rex & ipse maximè sunt lucrati. Dixit ergo rex: Oportet quandoq; contraria, non semper lucri verisimilia inchoare.

Furti astuta indagatio.

Venit autem quadam vice quidam mercator clam ad regem in Nürenberg/ indicans

dicans regi, quòd hoſpiti ibidem noto & famoſo commiſerit ducentas marcas argenti ad conſeruandum, quas hoſpes ſe recepiſſe negabat. Rex autem ſciſcitans, in quali ſacco eſſet argentum mercatorem abſcondit. Venientibus autem ciuibus, & inter illos hoſpite ad alloquendum regem, rex alloquens iocosè hoſpitem ſibi notum, videſ eum pulchram valde habere mitram in capite, ſicut tũc moris erat: dixit rex, ſe oportere mitram eandem habere: & ipſam extraxit de capite illius. De quo hoſpes ridens, gaudebat. Propoſito autem ſermone ciuium, rex pro conſilio intrauit cameram, & clam quendam de ciuitate cum mitra pro interſignio miſit ad vxorem hoſpitis, quòd ipſa hoſpiti talẽ ſaccum cum argento illico deſtinaret. Quod cum illa feciſſet, nũcius ille regi præſentauit argentum. Quo oſtenſo mercatori, & illo dicente ſuum eſſe: rex abſconſo argento, & vocato ad ſe hoſpite ſolo, ei querelam expoſuit mercatoris. Quo negante præcisè, mercatore verò aſſerente inſtanter: rex producto ſacco hoſpitem nimis territum de fraude conuicit. Redditoq; mercatori argento, hoſpitem prędiuitem in ſubſtantia bonorum mulctauit.

Rex quadã vice à Henrico marchione de Hochberg, qui parcè dicebatur veſci, quid comederet, requiſiuit. Quo reſpondente, quòd & ipſe & ſui comederent vnum pulmentum cum carnibus, & ipſe & vxor eius vnum caponem, & qui plus habere vellet, acciperet alibi: rex reſpondit, Verè non malè comedis, ſi ſic facis. *H. marchio Hochbergen ſis.*

Deficiente tandem rege præ ſenio, & dicentibus ſibi Medicis, quòd vltra certos dies durare nequiret, ipſe dixit: Eamus Spiram ad alios reges inibi in maiori eccleſia ſepultos. Et manẽs in oppido Germersheim iuxta Spirã, ibiq; moriens Spiram ductus, & in ſepulchro regali honorificè eſt ſepultus: anno regni eius XVIII, cuius epitaphium in ſilice ſuperpoſito ſculptum, tale eſt. *Rud. regũ obitus 1293.*

ANNO DOMINI, M.CC.LXXI, PRIDIE CALEND. OCTOBRIS,
OBIIT RVDOLFVS DE HABSPVRG, ROMANORVM REX.

Mortuo itaq; Rudolfo, & veniente Alberto duce Auſtriæ filio eius (pro quo eligendo principes Electores miſerant) cum magnis expenſis vſque Hagenow: Adolfus comes de Naſſauwe in regem Romanorum à principibus Alemanniæ concorditer eſt electus: à quo idem Albertus de feodis ſuis, præſertim ducatu Auſtriæ, inueſtitus, in Auſtriam eſt reuerſus. A quo duce cum poſtea miſſis legatis rex peteret, filio ſuo ducis filiam copulari: dux reſpondit: Se, ſi poſſet ex filia ſua facere principem, hoc facturum. Vel, quòd rex filiam ſuam vni ex filiis ducis coniungeret, quem ſe principem facturum promitteret. Ex quibus & aliis inter regem & ducem odium eſt ſubortum. Rex autem Metzam filiam ſuam Rudolfo duci Bauariæ Palatino in vxorem copulauit, qui ex ea genuit tres filios: Adolfum, Rudolfum, & Rupertum. Intoxicatus autem dux Albertus in Auſtria, & diu per pedes ſuſpenſus, oculum perdens euaſit. *Adolfus rex Rom rennun ciatus.* *Albertus Auſtriacus ẽno oculo captus.*

Iiſdem temporibus Bonifacius papa octauus Columnẽſes perſequebatur ad vnguẽ, Cardinalibus de Columna depoſitis, aliiſq; plurimùm moleſtatis. Fouens autem rex Franciæ Columnenſes, papam perſequebatur odio capitali: propterea quòd papa in odium Frãci regem diligebat Adolfum. Rex autem Angliæ propter antiquam dominiorum guerram, cupiens aggredi Francum, centum millia marcarum argẽti pro auxilio ſibi promiſſo, ſed nõ præſtito, Adolfo principi deſtinauit: qui rex Rom. infideliter agens, ſe non diſpoſuit ad bellum, ſed à marchione Miſſenẽſi, nepote olim Friderici Imp. ex filia, odio habente filium ſuum, eũdem Marchionatum emit, & tempore breui poſſedit, exceptis quibuſdam munitionibus: quia filius Marchionis, Fridericus nomine, eiecto principe, occupauit eundem. Princeps autem Miſniam potenter ingreſſus, crudelia multa peregit. Vnum enim caſtrum vincens, CL, qui domino ſuo caſtrum manu tenuerant, decollauit. *Marchionatus Miſnæ ab Adolfo emptus.*

Cuono autem de Berghẽim miles, præſes principis in Alſatia elatus, infeſtans C. de Liechtenberg epiſcopum & etiam ciues Argent. cõtra eos principẽ incitauit. Illi aũt oppidũ Cunonis Sermersheim, deſtruxerũt, & poſt obitũ regis idem eps caſtrũ Cræ Cunoni deſtruens, lapides quadros ad conſtructionem oppidi Liechtenawe traduxit. *Sermersh. opp. Alſatiæ.*

Princeps autem Columbariam, quæ ſibi fidelitatem fecerat, rebellãtem, obſedit: cui inter alios aderant epiſcopus Baſil. & comes Ferretarum. Multi autem baronum,

Colmaria à Cæsare obsessa.1293.

scilicet de Liechtenberg & Rapoltsstein,& alij episcopi Argentinenſis consanguinei, in oppido existentes, cùm per quosdam plebeios porta de nocte aperiretur principi, effugerunt,& fugientium multi sunt cõprehensi, inter quos Anshelmus de Rapoltzstein vix decollationem euasit. Captum etiam Waltherum scultetum Columbariæ, & Ioannem filium eius per episcopũ Basilienſem,rex omnino eos habere volens, sed eis propter officium episcopi vitam reseruans,patrem omni die longo tempore fecit ligari super rotam erecta manu,in signum perfidię,& per vias & ciuitates ante se duci, & tandem in turri seruari: vbi patre extincto, filius post mortem regis est liberatus.

Intenderat autem princeps facere brigam duci Austriæ:propter quod multi Australium superbiebant contra ducem. Dixerat enim dux:Si dominus meus Romanorum rex stipendiarius est Anglici factus, & ego minore dedecore stipendiarius ero Franci. Plures autem electorum principum & specialiter Gerhardus Moguntinus, principem ipsis æstimantem ingratum,duci, quòd veniret ad Rhenum,nuntios & literas destinârũt. Dux autem timens se à rege in Austria visitari, allata secum pecunia, partes Rheni & Sueuiæ est ingressus: malens in partibus consanguineorum suorum potiùs regi litem inferre,quàm in Austria visitari. Rex autem ascendens, Cunradũ de Liechtenberg episcopũ Argent.duci fauentẽ,in Rubiaco oppido diu potẽter obsedit.

Albertus Austrius contra Adolfum animã capit.

Fuerant autem quatuor duces Bauariæ fratrueles, Rudolfus & Ludouicus fratres,superioris:Stephanus & Otto inferioris Bauariæ duces. Veniente autem Ottone in auxilium regis, Albertus strenuissimus comes de Hohenberg in Sueuia ei obstaculum ponens,ab eo est in conflictu occisus.

Cùm dux Austriæ veniens de Sueuia cum exercitu,iuxta oppidum Kentzingen castrametaret,rex in Rubiaco eundem locum accessit. Cumq; propter flumen Eltzã exercitus se mutuò inuadere non possent,oppidumq; regi aperiretur: dux cum hostili exercitu Sueuorum & Rhenensium equitum descendens,Moguntiam venit, ibiq; à quibusdam principibus quasi congregatis,regemq; tanquam inutilem Reipublicæ & imperij destructorem destituentibus,in Romanorum regem est electus. Cumque regi Adolfo post eum descendenti, adesse nimiam multitudinem populi assistentis sentiret:se doluit descendisse,& ascendens iuxta montem *Dornsperg*, prope Wormatiam,expectauit.Rex autem feruens,metuensq; Australem aufugere, non expectato peditum exercitu suo,cum equitibus suis celeriter sequebatur. Argutus autẽ à suis, dicentibus,aciem equitum esse minus fortem,noluit assentire. Aspiciens autem exercitum ducis,quem credidit non mãsurum,dixit: Verum dixistis, nostrum exercitum nimis breuem esse. Illis verò dicentibus,modò neglectum esse, inierunt conflictum. Erat enim rex animosus valde. Australes autem habito consilio,exercitum suum declinauerant,vt acies regis obuium haberet solem. Ipsisq; aggrediẽtibus,multisq; hinc inde occisis & præ calore extinctis,inter quos Otto dominus de Ochsenstein vexillifer Alberti,& Ludouicus Monachi,pater valentis Petri custodis Lutenbacensis, cum aliis,caloribus sunt extincti. Rex ipsum Albertum aggrediens dixit: Non euadetis,sed hîc imperium dimittetis. Ille verò dicens,hoc est in potestate Dei, regẽ iuxta oculum vulnerauit gladio. Prostratus autem rex in terram per comites syluestres & alios quos læserat,per quendam armigerum descendentem de equo leuata regi galea,modico in collo vulnere est occisus. Quod videns dux,nullum amplius occidi,sed capi præcepit. Sicq; Adolfus,cũ octo annis regnasset,nolens expectare suos,stultitiæ furia est occisus,& in monasterio *Frowenfeld*, ad quod præsente Alberto venerunt, est sepultus. De quo scripti sunt versus.

Adolfus Cæsar in conflictu occumbit.1298.

Anno milleno,trecentis bis minus annis
In Iulii mense rex Adolfus ruit ense
Per manus Austrani,Processi & Martiniani.

Victo autem regis exercitu,cùm rex per garciones spoliatus, omnino nudus iaceret, Moguntinus scilicet Gerhardus de Eppenstein occisi consanguineus, & machinator facti, videns regem,fleuit,dicens:cor validissimum periisse. Dux autem timens eundem G. Moguntinum variare promissa sua,dixit ei: A me non recedetis,meo negotio non perfecto.

Albertus Austrius rex Roman.

Occiso itaq; Adolfo, Albertus dux Austriæ occisor, ab omnibus principibus est electus,

electus,& Aquisgrani solenniter est coronatus. Quem papa Bonifacius diu odio prosequens,& læsæ maiestatis crimine reum dicens,tandem similiter in odiũ regis Franciæ approbauit. Quem Albertum cum papa contra regem Frãciæ instigare vellet,ille se hoc non facturum,nisi sibi & hæredibus suis regnum & imperium confirmaretur per sedem,respondit. Quod si hoc sibi fieret,aut se Francum expulsurũ de regno,aut se per hoc moriturum,promisit. Noluit enim in hæredum destructionem se tanto periculo exponere,pro incerto. De quo cùm multum tractaretur per Sedem, tandem in contrarium resedit consilium. Recẽsuerunt enim,quantum à tempore promotionis Rudolphi regis patris sui illa fuerit progenies exaltata:in seruitutẽ redigi se timentes. Dixit ei papa: Non fiet viuente ista Iesabel: denotans Elizabet reginam, quæ ex matre soror extitit Chunradini.

Institutio anni Iubilei 1300.

Hic Bonifacius alludens suo tempori,centesimum annum statuit Iubileum,quod ante eum nunq̃ aliquis attentauit:in quo,sc. millesimo trecẽtesimo,Romã multitudo maxima Christicolarũ confluebat. Hunc Bonifacium Colũnenses de auxilio Franci Anagniæ captiuârunt,qui tẽtus,necdũ illos absoluere voluit: imò amplius maledixit, & præ ira manus corrodẽs,tandẽ liberatur per Rom. Egrediens de Anagnia,cõuersus ad eã dixit: Si nõ meminero tui,obliuioni detur dextera mea. Verũ breuiter expirauit.

Hic est Bonifacius,de quo dicitur,q, Cælestino prædecessori suo,viro vtiq; sancto, de quo Curia doluit se in lucris non proficere,per longam cannam loquebatur ad lectum, *Cæleſtine cede, Cæleſtine cede*: quo etiam cedente, & Bonifacio tanquam certissimo creato,tamen populus adhuc Cælestinũ venerabatur vt papã. Bonifacius hoc sub excõmunicationis pœna prohibens,constitutionẽ edidit,quo papam posse renunciare papatui declarauit:quia multi asserentes contrariũ,eum papam negabant. Hic condidit sextum Decretalium,in quo claritate & venustate dictionis omnes qui vnquam in iure scripserant,antecessit. Edidit etiam constitutionem *Super cathedram*, grauem Minoribus & Prędicatoribus. Quo mortuo, Benedictus XI successor,qui fuit Prędicator,fecit constitutionem, *Inter cunctas*, per quam reuocauit aliam. Quo etiam sub Alberto rege mortuo,creatus est Clemens V Vasco,qui constitutionem *Super cathedram* renouauit. Ex tunc curia fuit à Roma translata: primò enim fuit in Burdegali, postea super Rhodanum. hic concurrit cum Heinrico Imperatore.

Benedictus 11 papa.

Curia pontificum Gallam translata.

Alberti regũ liberi.

Iste Albertus rex monoculus,potens in regno Alemanniæ,& inibi filiis suis omnia quæ potuit attrahens,partes alias non curauit. Habuit.n. sex filios: Rudolfum primogenitum,qui cum relicta,secunda scilicet vxore Wenceslai regis Bohemiæ(filio eiusdem regis mortuo)contrahẽs,& rex Bohemiæ effectus,sine liberis est defunctus. Fuit aũt eadem relicta de Polonia:prior.n. vxor soror fuit Alberti regis. Item habuit Fridericum,elegantem,formosum & fortẽ: Leopoldum bellicosum & prudentẽ,Henricũ, Albertũ & Ottonẽ. Vnam filiarũ suarum Andreæ regi Vngariæ copulauit: cuius Andreæ pater olim de regno Vngariæ eiectus,Venetiis filiã ditissimi ciuis ducens, ex ea hunc Andreã genuit. Qui veniẽs ad curiã huius Alberti adhuc ducis Austriæ,& receptus in regẽ Vngariæ,petiit Alberti filiam. Quod cum dux renueret,dicens,eũ mercatoris filium:ipse Vngarus Viennam in omni parte obsedit,& ad dandũ sibi filiã ducem coëgit,dans filiæ Presburg & multas alias munitiones iure morganitico: cuius fratres postea Henrico & Friderico ducibus Austriæ, Carolus rex Vngariæ ab ipsis *Presburg* extorsit. Quo Andrea sine liberis defuncto,relicta in loco occisionis patris,sc. Kõnigsfelden vitã cœlibem diu duxit. Item aliam filiã nomine Elsam dedit duci Lotaringiæ, quæ ex eo ducem Rudolfum Lotaringiæ procreauit. Tertiam filiã dedit Woldemaro marchioni Brandenburgensi: quo mortuo sine liberis, ipsam dedit duci in Presla Poloniæ. Item relictam comitis de Strasberg,sororem Ottonis de *Ochsenstein*, consobrinam regis,ipse rex Albertus dedit Rudolfo marchioni de Baden. Item vnam filiarum eiusdem relictæ Rudolfo iuniori de *Baden*,senioris filio, & aliam Walthero domino de *Horburg* matrimonio copulauit:quæ filiæ sine liberis obierunt.

Hic Albertus cum magna potentia descendens,comitatus Holandię & Selandiæ, qui vacauerunt imperio,& quos comes de Henegowe occupauerat, apprehendere volens,præmonitus à fratruele sua de Kiburg,vxore comitis de Cleuen,quòd omnes inferiores principes contra eum conuenerant: sic quod infecto negotio est reuersus.

Mortuo autem (vt præscribitur) Andrea rege Hungariæ, & Ottone duce inferioris Bauariæ recepto in regem, & postea per magnates regni capto, & commisso custodię comitis Transsylvestris, & per vxorem eiusdem comitis absentis, consanguineam ipsius Ottonis liberato, & ad Prussiam, deinde Bauariã remisso: mortuoq; illis dictus Carolone rege Siciliæ, ac Carolone quarto filio regni hærede, per Robertũ patruum suum regni occupatorẽ excluso, ac regno Hungariæ (vt prędmittitur) vacante, eidemq; Carolo quarto, filio sororis regis Alberti, ad instãtiam Roberti, de regno Hungariæ per papam prouiso: Albertus rex eundem nepotem in regnum Hungariæ traducens, ipsum potentem effecit: quæ eius potẽtia postea pluries liberis Alberti regis in perniciem conuersa est. Ipse namq; Carolo strenuè se tenens, eiectis pluribus magnatibus regni, potentissimus est effectus. Accepit autem filiam regis Cracouiæ, filiam sororis regis Lithuaniæ gentilis, in vxorem. Quæ vxor quadam vice, volente quodam ipsum regem interficere sedentem in mensa, per gladium: ipsa manibus suis protegens caput regis, tres digitos amisit. Ille autem malefactor per quendam repente fuit occisus.

Carolo, nepos Alberti ex sorore, rex Hungariæ.

Alberto autem in regem electo, vixit adhuc relicta olim Rudolfi ducis Austriæ, fratris Alberti: qua morante tunc in Brugga, misit frater eius Wenceslaus rex Bohemiæ pro ea, volens eam copulare regi Hungariæ: quæ cum filio suo duce Iohanne veniens in Bohemiam, inibi est defuncta, anno M.CCCI. Rex autem Albertus omnino volens rehabere Ioannem fratruelem suum, ipsum sibi remissum cũ filiis suis, quousq; tandem ab ipso est occisus, enutriuit.

Elisabeta Bohemæ, Gisela Rudolfi ducis, obitus 1301.

Orta autem discordia inter Albertum regem & Wenceslaum Bohemum, super quibusdam terris: Albertus cum tribus millibus galeatorum de Sueuia & Rheno, & cum L millibus Hungarorum & aliorum, Bohemiam potẽter ingressus, eam decem septimanis ignis incendio deuastauit, sed nullam munitionem euicit. Quo egresso, mortuoq; postea Wenceslao, & post eum filio suo, vix per annũ in Bohemia regnante, in lecto fraudulenter occiso, dictoq; Rudolfo, filio Alberti, facto rege inibi, sine, ple defuncto, ac Henrico duce Carinthiæ genero Wenceslai & auunculo Alberti, sibi Bohemiæ regnum ascribente, sed non possidente: iterũ Albertus rex animo obtinendi idem regnum, Bohemiam cum potentia est ingressus. Sed Baronibus regni terram pro iuniore filia Wenceslai tenentibus, rex infecto negotio est reuersus: qui iterum postea paratus ingredi Bohemiam, morte est præuentus.

Albertus regnum Bohemiæ affectans.

Idem autem Albertus factus rex, tenensq; quasdam munitiones in Misena, quas & Adolphus tenuerat, misso exercitu & capitaneo in Missenam, animo capiendi Marchionatũ, initoq; cõflictu, Fridericus Marchio victo regis exercitu, obtinuit terrã suã.

Albertus electores ad Rhenum bello petit.

Anno etiam ipsius Alberti regis regni quarto orta est inuidia inter prędictũ Gerlacum Maguntinum & nonnullos principes contra regem, ac Moguntino, Treuerẽsi, Colonienſi & Rodolfo Palatino, filio sororis regis coniurantibus contra regẽ: ipse rex cum robore descendens, primò Palatinum inuasit, *Wissenloch* & quędam alia destruendo eidem, postea Moguntinum infestans. Qui conuocato Colonienſi ad quoddã castrum suum, cum eum iuxta conspirationem adiuuare non curauerit, ipsum voluit captiuasse, si non per quosdam probos (asserentes, hoc dedecus esse, quòd in domo sua, postquam cibum suum comedisset, hoc faceret) fuisset auersus. Sicq; principibus non ausis sibi inuicem assistere, vel resistere regi, rex post multas oppressiones alias, oppidum Pinguiam obsedit & expugnauit, sed castrum non obtinuit, & terram *Ringowe*, *Altewil*, *Gisenheim*, *Ostringen*, *Nudersheim*, &c. per incẽdium deuastauit: sed tandem multorum precibus deuictus, eundem Moguntinum sibi sufficienter cauentem, ad gratiam reassumpsit.

Bellum Friburgense.

Alberto rege facto, Ego comes de Friburg, habens sororem Chunradi de Liechtenberg, episcopi Argent. ad subiiciendum sibi Friburgenses conabatur. Et orta lite inter eos, rex aliquandiu in fauorem episcopi Friburgum obsedit. Ciues autem castrum Friburgense machinis deturbârunt. Veniens autem episcopus ad deuastandum Friburgenses illisq; exeuntibus, inierunt conflictum: multisq; Friburgẽsium occisis, quidam carnifex episcopum super dextrario in rubea Wambasia circumeuntem, & exercitum suum ad pugnandum incitantem, cuspide perforauit. Quo occiso, comes & sui per ciues postea continuè debilitati sunt & depressi. Post Cõradum, frater eius Fridericus

dericus præpositus Argent. valentissimus in armis, in literatura nullus, ad amicorum instãtias, quasi inuitus, in episcopum est promotus. Quo (postquam annis aliquot ecclesiam suam viriliter rexit) defuncto: rex Albertus, Ioannem episcopum Eistetensem cancellarium suum, illegitimè natum, pro episcopatu Argent. obtinendo, Ioanni de Ochsenstein scholastico Argentinensi, consobrino regis, ad Romanam curiam destinauit. Papa autem nõ Scholastico, sed eidem Cancellario de episcopatu Argent. prouidit. Quem rex tanquam suum manu tenuit, & vix à scholastici amicis defendit: episcopo multa pro illis faciente & magna donante. Hic Ioannes in structuris & emptionibus benefecit ecclesiæ, & postea filiis regis, præterquam in fine Bauaro, adhæsit.

Rex quoq; in principio creationis suæ, cum Chunrado de Ochsenstein episcopo, Theobaldũ comitem Ferretarum inuasit, eius terram vastando. Qui comes, dando filiã suam Ottoni de Ochsenstein, regi reformatur. Aliã filiam dedit Vdalrico de Wirtenberg comiti: ex quibus duabus nũc dñi de Wirtenberg & Ochsenstein ꝓuenerũt. *Theobaldus Phirretarũ comes.*

Mortuo aũt Petro Diuitis episcopo Basil. Petrus de Treuiri physicus per Sedem in episcopum est ꝓmotus. Prædictus Petrus diuitis cùm esset de parte Stelliferorũ Basil. omnes suos & suas Psitacis copulauit. Hic ordinauit, ꝙ cum vno ãno Basileæ Psitacus magister esset ciuium, eodem anno Stellifer esset Zunftarũ magister; & anno sequẽti econuerso: & ꝙ tot milites & tot probi ciues in Consiliũ de vna parte, sicut de reliqua, sumerentur. Qui episcopus cũ quadam vice quẽdã in consilio Basil. peteret: Ioãnes de Arguel, cui plebs adhęsit, contradicens, ab epo dicente: ego faciã tibi erui oculos tuos, illa vice de loco Cõsulũ est expulsus. Cui ẽt ciui de Arguel Petrus Scalarij senior, miles valẽtissimus, in cõsilio sibi resistenti, respõdit: nescis ꝙ in vna domo paterfam. & scrofa morentur, sed aliter & aliter teneãtur? De huius Scalarij cõmendatione integra historia opus esset. Hic Petrus de Treuiri episcopus multa bona fecit ecclesiæ Basil. & magna fecisset, si non inibi molestatus fuisset. A Hartungo. n. monachi canonico Basiliensi alapa est percussus. Hunc Hartungum monachi consiliis & armis strenuum, qui regi & Rudolfo patri suo feruenter adhæsit, ipse rex Albertus post multas preces, personaliter Capitulum ingrediẽs, vix ad canonicatum promouit: regemq; iratũ honorare nolebant, nisi pro tribus peteret: qui eorũ largitate tres ꝓmouens cõmendauit. *Petrus de Aspheltmedicus episc. Basil.*

Eps quoq; in Sueuia per comitẽ Mõtisfortis captus, nõ ꝑ regẽ, sed ꝑ pecuniã liberatur. *Anno 1303.*

Habuit rex tractatũ emendi oppidũ *Liestal* à comite de *Honberg*. Comes aũt obmisso rege, vẽdidit & tradidit idem oppidum eidem episcopo & ecclesiæ Basil. quę hodie tenet illud. Ex quo rex contra episcopum, Capitulum, ecclesiam & ciuitatem Basilien sem cõmotus fuit odio capitali. Idem aũt Petrus, occasione artis medicæ, in archiepis. Mogunt. postmodum Otto de Grãdisone Gallicus in epm Basil. per sedẽ sunt ꝓmoti. *Petrus medicus archiepiscopus Mogutinus.*

Hic Otto episcopus cum rex ipsum nollet de suis regalibus inuestire, & alias esset infestus eidẽ: quadam vice rege existẽte Basileæ in curia monachorũ, in mõte S. Petri, assũptis seruitoribus suis, accessit regẽ, ac genu flexus coram eo, per Hugonẽ ad Solem, scientẽ Gallicum, per regẽ se petiit inuestiri. Rex. n. Gallicũ, episcopus verò Teutonicum nesciuerunt. Venit aũt episcopus eo animo, ꝙ si eũ renuisset inuestire, ꝙ eum voluit occidisse. Petente ergo Hugone in Teutonico à rege, epm humiliter inuestiri: rege verò respondente vulgariter: quid vellet iste scholaris? episcopus non intelligens dictũ regis, sed credens eũ recusasse preces suas iratus dixit: *Qui dit? qui dit?* in Gallico. Hugo verò videns furiã episcopi (erat. n. iuuenis & animosus) mansuetè dixit episcopo in Gallico: Domine, dominus noster rex dicit, quòd cras libenter velit vos inuestire, & omnia facere, ad quæ ecclesiæ Basilienſi tenetur. Et episcopus inclinans se, dixit, *Grammerſi*, & recessit. Rex vidẽs motum episcopi, post recessum episcopi illico recessit, non ingrediens amplius Basileam, sed contra illos duriùs est incensus. *Basil. episcopi audax consilium.*

Eo tempore progenies *Zerkinden*, *Vorgassen*, de *Raperc*, de *Lorrach*, de *Schouwẽberg*, *Pincernæ*, Basileæ fouebant episcopum. Rex autem castrum *Furſtenſtein*, Wernheri & Ioannis de *Raperc*, per suos obsedit.

Ioannes aũt dux fratruelis regis, quem rex in curia sua cũ filiis suis nutriuit, asserens munitiones dominij de Kiburg ad se spectare, tanquã matri suę per Rudolfum regem olim morganitico iure donatũ, libenter habuisset sua: instans feruenter, vt sibi saltem munitiones aliquas assignasset. Ad quod cum rex induci nequiret, & insuper multos *Ioannes dux Austria capitalis odio in patruum accensus.*

Baronum bonis ſuis & iuribus ſpoliaret, inſtante frequenter regina, vt liberos ſuos ſibi commendatos haberet, ac ipſius Ioannis prodigalitatem nimiam accuſante: tandem ipſe Ioannes dux, cum baronibus Rudolfo de *Wart*, Walthero de *Eſchibach*, & & Vdalrico de Palma, regem interficere cogitauit.

Aſcendente autem regina verſus Rinfeldam, cum iuxta minorem Baſileam veniſſet, exiuit ad eam currens Otto epiſcopus Baſil. iuxta currum, eius gratiam pro rege placando implorans: & dicente Cunrado Monachi milite Baſilienſi ad vectores curſus, quòd percuterent equos, illisq; percutientibus, epiſcopus luto fuit perfuſus. Craſtino autem rege exiſtente apud locum ſuum Balnearum, ac Ioanne epiſcopo Argen. rogante regem, vt prædicto duci de munitionibus ſuis aliquid aſſignaret: rege verò reſpondente, quòd vellet ipſi duci committere centũ galeatos in expeditionem regis verſus Bohemiam, & poſt reuerſionem vellet ſibi aliqua aſſignare, hocq; per epm ad ducẽ perlato: dux dicens, ſe nihil habere, & cõmiſſionem gẽtis ſibi faciendã eſſe oneroſam, epo reſpondit: ſe mortẽ & ſuorũ ablationẽ ad paria iudicare. Waltherus quoq; de Eſchibach, cum à rege ſibi ablata repeteret, dicẽs: ſe regis conſanguineũ, & patrem ſuum in ſeruitio regis occiſum: nec proficeret, q; pariter ipſum poſſet ſubmergere, dixit regi. Prandentibus aũt illis cum rege eiusq; filiis: rex cuilibet filiorum & Ioãni duci vnum crinile roſarum poſuit ſuper caput. Dux autem flens, ſuum crinile poſuit ſuper menſam: ipſeq; & ſui conſortes prænominati comedere noluerunt in menſa.

Albertus Caſ. ad Ruſam flumen occiditur. 1308.

Cùm aũt poſt prandium rex veller equitare ad reginã in Rinfeldã, veniſſetq; ad flumen Ruſam: Ioannes dux & ſui, primi in naui aſcenderunt, quę ibi vnica erat. Sequẽti aũt vice tranſeunte rege & equitante per ſata, ſicut in more habuit, colloquente ſibi dicto de Caſteln, milite: acceſſerunt Ioannes dux & ſui, primusq; Rudol. de Wart dixit: Quàm diu iſtud cadauer equitare permittemus? ac Rulaſſingen famulo eius frenum equi regis apprehẽdente: Ioan. dux cultrũ extrahens, collo regis infixit. Rudol. verò de Wart regem gladio perforauit: Vdalricus verò de Palma faciẽ & caput gladio diuiſit. Waltherus verò de Eſchibach, licet regem facto non læſerit, interfuit tamen. Sic Albertus Rom. rex potens, filius Rudolfi regis, in terra ſua, anno domini M.CCC.VIII, cal. Maij, in meridie anno regni ſui decimo, eſt occiſus. In quo loco occiſionis ſolenne monaſterium *Konigsfeld*, ordinis Minorũ, eſt conſtructum, in quo rex primò ſepultus, Spiram poſtea eſt tranſlatus, in quo etiam loco plures filiorum ſuorum ſepulti ſunt.

Konigsfeld cœnobium Ergoſa. Percuſſorũ Cæſaris fata.

Occiſores aũt fugati, primò venerunt in caſtrum *Froburg*: dolo autem eluſi per comitem de Nidow dominum caſtri, poſtea ſunt diſperſi. De Palma. n. miles fortis diu Baſileę in domo Conuerſarũ latitans, tandem obiit: in vita ſua caſtro ſuo *Altpuren* obſeſſo per Lupoldum regis filium, & victo: in quo decapitati ſunt quinquaginta. Caſtra verò *Schnabelberg* & aliis bonis Waltheri de Eſchibach deſtructis, ipſe in terra comitis de Wirtenberg paſtor pecorũ eſt effectus: poſt annos 35 in morte ſe pandens, honorificè eſt ſepultus. De *Wart* verò, poſtq̃ in caſtro *Valckenſtein* aliquandiu latitaſſet, volẽs ire ad ſedem Apoſt. veniens ad Ilam oppidũ Theobaldi comitis de Blamont, pãdente eũ hiſtrione comiti & vxori ſuæ, quę fuit de Veringẽ, illaq; cũ lacrymis dicẽte: abſit q. is euadat, qui dominũ & cõſanguineũ meum interfecit: per ipſum comitẽ fuit captus, cũ famulo ſuo Rulaſſingen, recepta pro eo pecunia duci Lupoldo ſunt aſſignati. Vnde & mercator dictus eſt idem comes. Rulaſſingen iuxta Enſisheim eſt poſitus ſuper rotã. Rud. de Wart verò, iuxta locũ occiſionis regis ductus ad iudiciũ, cũ non daretur ei aduocatus pro ſe loquẽs, primò negãs occidiſſe regẽ, obtulit ſe duello. Secũdò dixit, in eo nullũ fuiſſe crimen cõmiſſum, qui occidendo dñm ſuum Adolfum Rom. regẽ, reus læſæ maieſt. fuiſſet. Sed ex quo ipſi occiſores fuerunt per ſententiã Henrici Imp. dãnati, quãdo ipſe Henr. in regem Rom. fuerat creatus, vt ferebatur: ſententiatũ fuit, nulla alia ſententia contra ipſum Rud. de Warte opus eſſe, nec ſuas defenſiones eſſe attendendas. Sicq; ligatus ad caudã equi, tractusq; ad locum ſupplicij, fractis dorſo & mẽbris, flexus eſt ſuper rotã. Eius vxor de Palma veniens noctu ſub rotã, proſtrata ad terram ad modũ crucifixi in oratione permanſit. Ille verò interrogatus, ſi ſuam vellet vxorẽ adeſſe? reſpõdit ſuper rota, quod non, quia pari modo in vxoris cõpaſſione atq; in propria pateretur. Quæ relicta, multis annis poſtea Baſileæ beatiſſimã duxit vitam. Ioannes verò dux poſt multas occultationes, tandem in forma Beghardi veniens Piſas,

sas,ab Imp.Henrico inibi captus, & post Imperatoris mortem pluribus annis ibi tentus,tandem mortuus inibi honorificè est sepultus. Occiso aũt rege,cum obsessi in *Furstenstein* se mane voluissent captos dedisse,in crepusculo noctis veniens nuncius, in vertice montis clamãs: Domine de *Raperg*,rex est occisus. Eoq; audito,et exercitus, qui & de hoc ipso ante mediũ noctis nunciũ habuerat,tertitus,summo mane recessit.

Obsessi aũt venientes Basileã,contra Monachos mouebantur:ac dissensione facta, & Nicolao ad pueros per Petrũ Scalarij vulnerato,ac rumore facto in populo: Otto eps Basil. apprehendens panerium ciuiũ, curiam Monachorũ ad S.Petrũ accessit,& ingressus omnis populus,Monachis&eorũ liberis per muros &cloacas fugatis,omnia pretiosa domus tollens,quinquaginta plaustra vini effundens,non quieuit,quousque omnia sunt destructa. Congregati aũt multi amicorũ super castro Basileę,descendentes animo subueniẽdi illis,fugati à plebe,ingressiq; domũ Rubei leonis,insequẽte plebe per tecta discurrere,& de tecto Stebelini ad tectũ ad Clauẽ vltra viã saltare coacti sunt. Cessante aũt furia populi,collectisq; viribus Scalariorũ & Monachorũ,prædictæ progenies non credentes se vltra mensem excludi,iurantes egredi per duo milliaria à ciuitate Basil. ad gratiã consulũ,annis 14 exulârunt. Eps aũt Otto,qui initio occisionis regis bene potuisset agere facta sua,recepta pecunia cũ regina &eis liberis cõcordauit. *Tumultus Basileæ.*

Orta autem dissensione inter episcopum & Theobaldum comitem Ferretarum, & episcopo cum ciuitate volente egredi in terram comitis: comes munitionem *Blumenberg* propriam,in feudum recipiens ab episcopo,reformatur eidem. *Blumberg oppidum cum castro.*

Mortuo autem Othone episcopo, Gerhardus de Wippingen, ex matre de Grandisone,per Clementem papam v,Basilienſi ecclesiæ est præfectus. *Gerardus de Wippingen episcopus Basil.*

Occiso itaq; Alberto rege,Hainricus comes de Lutzelburg, strenuus & acer,eodẽ anno in festo omnium Sanctorũ,à principibus concorditer in Franckfurt est electus, & Aquisgrani insequẽti anno in Epiphania coronatus. Ascendens aũt Rhenum,cùm venisset Spiram,venit Eberhardus comes de Wirtenberg cum c c equis in magna superbia,qui cùm de multa tyrannide in homines imperij commissa, non concordaret,à rege indignanter recessit:propter quod idem comes postea ad mandatum regis in Italia existentis,p Cun. de Winsperg præsidem regis,ciuitatẽ Eslingam & reliquas ciuitates Sueuiæ adeò est destructus,quòd sibi vix tres ex omnibus suis munitionibus remanserunt:quem de castro Asperg obsessum,cum multo tremore fugiẽtem, Hesso Marchio de Baden in oppido Besickheim recepit,vbi in turri latitabat vsq; ad mortem Imperatoris. Qui comes depauperatus,cùm concepisset Imper. gratiam in Italia quæsiuisse,postea mortuo Imp. paulatim reuixit. *Henricus Lutzelburgensis rex Roman.*

Venientibus aũt nunciis Argẽt. ad regem ac proponentibus,se per dños suos Argentinenses, pro gratia regis & ptiuilegiorũ innouatione transmissos:nec Spiræ nec Argent.ab ipso responsum habebant. Ascendentes aũt versus Columbariã ad regẽ,edocti à quodã secretario regis, dixerũt ei:ciues vestri Argent.hoc petunt. Quos rex, dicens,se ante non intellexisse quorum fuissent nuncij,cum dominos Argent.nominassent,fauorabiliter exaudiuit. Ascẽdens aũt homagia & fidelitatẽ dominorum & ciuitatũ capiens,cùm nõ abundaret,cõcepit in Italiã proficisci:& veniens iterum Spiram,Fridericum ducẽ Austriæ, Alberti regis occisi filium,post plures tractatus &tentationes,si possent Alberti liberi ab Austria separati(dicente cõsilio regis,quinq; reges propter ducatũ Austrię occisos,ac Friderico respondente:& iste,si cauere noluerit,poterit esse sextus) tandẽ de ipso ducatu & aliis dominiis quæ pendent ab imperio,eum inuestiuit: addito,q; duces regi vltra montes cum ducentis galeatis seruirent. *Argentinenſium oratores à Cæsare quomodo tractati.*

Delato autem corpore Alberti regis nauigio Spiram:rex obuiam pergens funeri ad Rhenum,reginam Vngarię,occisi filiam,sub brachiis in ciuitatem traduxit, sed omnino voluit corpus Adolphi regis inibi similiter sepeliri. Quo allato vno die sic Albertum & Adolphum Rom.reges occisos: Henricus rex Spiræ in sepulchris regiis sepeliuit,Alberto in vxoris olim Friderici Imp. Adolpho verò in eiusdem filiæ sepulchris,sepultis. *Albertus & Adolfus Cæsares Spiræ humantur.*

Audito aũt eo tẽpore,q; Elsa puella circiter viginti annorum, grãdis & bruna,olim Wenceslai regis Bohemiæ filia,neptis Rod. regis, Ioanni, filio Henrici regis, annorũ circiter x 1,nuptui,& cum ea ipso Iohanni regnum Bohemię traderetur,eaq; Spiram eum excellẽti decentia veniente,ac principe propter falsam suspicionẽ fornicationis *Infans regni Bohemi. ci, Ioanni Luceliburgensi nuptus collocatur.*

illi copulare filium dubitãte: illa moræ anxia, cum cauſam protractionis omnino ſcire vellet, & à ſuis cauſam ſuſpicionis difficulter audiſſet, dixit: Abſit q; dominus rex filiũ ſuum mihi deneget ex hac cauſa, quià virginitatẽ meam per aſpectum corporis comprobabo. Examinata ergo per honeſtas matronas, & reperta virgo, fuit filio regis ſolẽniter copulata. Quos coniuges Petrus de Treuiri, archiepiſcopus Mogun. Bohemiam traducens, Pragæ in regem & reginam, prout antiquitus ad Moguntinũ pertinet, coronauit. Solennitas aũt nuptiarũ Spiræ, paratis ſedibus, propter cõtentionẽ antiquam Mogũtini & Colonienſis, quorũ quilibet ad dextrã principis ſedere voluit, eſt turbata.

Conuentus imperialis Spiræ.

Mãſit verò ibi rex ſex hebdomadibus cum principibus electoribus & aliis principibus & ciuitatum nunciis, de ſuo tranſitu & de præſtãdis ſeruitiis in Italiam, diſponendo, vbi & ad eum venerant Matheus Mediolani & Theobaldus Brixiæ magnates, & plurimi Lombardorum. Prædictum Theobaldum Brixienſem inibi militauit.

Henrici in Italiam expeditio.

Poſt hæc rex patriam ſuam Lutzelenburg accedens, & cum dominis terræ illius & amicis de auxilio tractans, cum vxore ſua, filia ducis Brabantiæ, ac fratribus ſuis, Balduino videlicet archiepiſcopo Treuerẽſi, ac Walramo de Lutzelburg milite egregio, aſcendẽs, per terram comitis Sabaudiæ, qui ſororem reginæ habuit in vxorem, Lombardiam viriliter eſt ingreſſus. Ingreſſi ſunt autem cum eo, Lupoldus Auſtrię, Rudolfus Bauariæ duces, archiepiſcopus Treuirenſis, Leodienſis, Baſilienſis, & plures alij epiſcopi, comes Sabaudiæ, comes Flandriæ, multiq; alij comites, & omnium quaſi totius Alemanniæ ſtipendiarij ciuitatum. Et veniens Aſtam, poſt receptionem ſuam de eis dubitans, meliores ex eis ſecum Mediolanum perduxit. Receptus eſt autem pacificè Mediolani per Guidonem de Turri Guelfum, dominium ciuitatis habentẽ, credidit enim eum citò receſſurum. Miſit autẽ rex pro melioribus in tota Italia, de vtraq; parte Gibellinorum & Guelforum, tentans, ſi quo modo poſſet inter eos cõcordiam ordinare. At illis poſt magnam deliberationem dicentibus, hoc impoſſibile eſſe: rex deſiſtens, illos negotio imperfecto reliquit.

Guido de Turre dynaſta Mediolanenſis.

Mediolanenſium in Cæſarem conſpiratio. 1310.

Videns autem Guido, regem diu & potenter in Mediolano morari, & de traditione & nece regis & ſuorum per ſe & ſuos cogitans: quendam de Sodomia damnatum educere decreuerant ad cremandum, vt Alemannis egredientibus ad videndũ, clauſis portis regem occiderent deſolatum. Et irruentibus illis cum populo ad palatium regis: primi fratres Teutonici S. Mariæ, ſignati armis & vexillo ordinis, qui decreuerant non exire cum cremando, cum quibuſdam aliis, irruentem populum viriliter inuaſerunt: defenſoq; palatio regis, ad portam vbi iacuit Lupoldus dux Auſtrię cum ducentis galeatis, cum magno labore properãtes, proiecta in vicũ vaſorum & alia obſtacula, remouerunt, ictuſq; lancearum & lapidum de domibus ſuſtinentes, & violenter aperta porta: cùm dux & alij ad regis palatium peruenisſent, ad mandatum regis Guidonem & ſuos inuadentes, nemini pepercerunt. *Illoq; extra ciuitatem fugato, ſuisq; occiſis, cum comes Sabaudię, qui fuit Guelfus, conqueſtus eſſet regi, quòd Teutonici illos ſine miſericordia occidiſſent: rex reſpondit, quòd ipſos in pecuniam noluerunt talliare.* Quibus victis & eiectis, rex de Mediolanenſibus pro ſua diſpoſuit voluntate: Matthæum Vicecomitem ponendo miniſtrum, qui & liberi ſui etiam poſt mortem Cæſaris, illius terræ dominium tenuerunt: rexq; poſtea Gibellinis adhæſit.

Wernherus de Honberg comes.

Wernherus autem comes de Honberg, relictus in Lõbardia à rege, quot & quantas incredibiles habuerit victorias, & quàm feliciter nomine Imperatoris triumphârit, integra hiſtoria non caperet.

Brixia obſidio.

Poſtea rex obſidendi animo ad Cremonam tranſiuit, qui eũ & ſuos miſſos renuerant receptare. Territi autem Cremonenſes, ferendo funes in collis, obuiam ibant regi. Habita igitur Cremona, & multis aliis ciuitatibus Lõbardiæ, Brixiam obſiſtentem inuenit: quam cum Mediolanenſibus, Veronenſibus & aliis ciuitatibus, ſuaq; militia, per integram æſtatem potenter obſedit: vbi Walramus frater regis iaculo eſt occiſus. Huius obſidionis & exercitus multitudine fœtorem & peſtilentiam eſſe factam, quid opus eſt narrare? Cùm multę ciuitates ibidem quaſi cum domicilio reſiderent, vt hac gradientes per dua milliaria fœtorem ſenſerint. Exercitus ambitus habebat tria miliaria: nec erat numerus captiuorũ, & continuè occiſorum, nec vnquã mors cõmunior videbatur. Omnes aũt Guelfi eidem ciuitati in hominibus & victualibus auxilium præbuerunt. Habebant

Habebant autem intrinseci pro se montem, contiguum ciuitati. Et ecce quodam die mane ascendens montem virilis regis exercitus, vicit multitudinem ascẽdentium ex aduerso, in quo conflictu, Theobaldus, Brixiæ dominiũ tenens, auctor huius belli, quem rex Spiræ militauerat, letaliter est vulneratus. Allato autem eo regi, rex eum intuendo cognoscens, mirabiliter est gauisus. Cùm autem ille ope Medicorum curari non posset, vt duriùs puniretur, per quatuor tauros membratim est laniatus, & quęlibet partium postea super rotam, & caput versus portam ciuitatis lancea figebatur. Quæsitus autem ille adhuc viuens, cur tantum nefas attentauerit contra regem? respondit: Se regis superbiam ferre non potuisse. Intrinseci autem videntes quæ fiebant de illo, captiuorum de exercitu regis magnum numerum iuxta mœnia suspẽderunt: Obtento autem monte ab extrinsecis, tandem illi deficientes se & ciuitatem regis gratiæ obtulerunt, funes ferentes in collis. Rex autem demolita porta & parte muri, ingressus est, vltra murum.

Hẽrici Cæs. coniunx Genua moritur, 1311.

Post hæc circa hyemem Ianuam profectus cum regina, honorificè est receptus: vbi Beatrix regina moriens, sepulta est ad Minores. Ibi pluribus mensibus rex permanens, postea iuit Pisas. Pisis autem mensibus aliquot manente eo, Ioannem ducem Austriæ, occisorem Alberti regis, clam venientem de papa & volentem regis gratiam quærere, captum in hospitio per quendam de *Salah*, intuitu ducum Austriæ, commisit Pisanis. Antea enim ipsius Alberti damnauerat occisores. Qui diu ibidem honorificè tentus, in captiuitate diem clausit extremum.

Ducis Ioannis percussoris Alberti, mors.

Venerunt autem subinde nuncij solennes Romanorum pro rege. Erat autem ingressus Italiam de assensu & approbatione Clementis papæ quinti, qui & ei Hostiensem episcopum, cum tribus aliis Cardinalibus, pro impendendis vnctionis & confirmationis insignibus, destinauit. Rex igitur properauit ad Vrbem, quem Robertus rex Apuliæ, tenens Romam, nisus est impedire, pro eo, quòd rex eum, per nuntios suos Mediolani inuestituram feudorum petentem, inuestire distulit, quousque veniret ad Vrbem.

Stephanus verò de Columna & sui potentiores Laterani tenebant vnam turrim super pontem Tyberis: aliàs enim tenuerant Vrsini, qui quasi omnes adhærebant Roberto regi. Misit autem Robertus Ioannẽ fratrem suum cum magna gente, ad obstruendum iter regi: qui ad fractionẽ pontis regi parati machinis & aliis, quàm plurimum laborabant, quibus in hoc Stephanus resistebat. Veniente autem rege, gens Roberti retrocessit ad S. Petrum. Rex autem in vigilia Pentecostes pontem transiens, multos fecit milites. Guelfi enim ex turri quam habebant super pontem, in regem & suos instar grandinis direxerunt sagittas. Laterani autem honorificè est receptus: & super castro, quod Militia dicitur, manens, quasi quotidie ex parte Roberti & fautorum suorum multas pugnas pariter & conflictus sustinuit.

Henricus Romam venit.

Misit autem pro quinquaginta melioribus in Lateranum, qui & pro eo miserant, petens ab eis, vt sibi sua vrbis fortalitia aperirent. Qui cum se difficiles redderent, aliqui verò prætendentes fingerent, se esse Roberti vasallos: rex ab ipsis discedens, eos fecit includi, quousq; sibi & liberos in obsides, & fortalitia assignarent, turrimq; prædictam illico assignarunt. Sicq; nunc Capitolium, nunc hac nunc illac contratas habentes, continuè pugnârunt, quousq; totaliter occuparũt Lateranum. Occisis autem in eiusmodi pugnis quadam vice episcopo Leodiensi, regis consanguineo, & abbate Wissenburgensi, cum Henricus dictus de Blanckenberg id regi flendo nunciaret: rex ipsum redire cum fletu ad sinum matris dicebat.

Differentibus aũt Cardinalibus, quorum vnus obierat coronationem regis, & deprehẽso quodam cum literis papalibus, quibus ipsis Cardinalibus papa regis coronationem interdixerat, eisdemq; destructis ex persuasione Hostiensis, qui & Gibellinus fuit, & Stephani de Columna: multitudo Romanorum irruit in palatium regis. Et requirente rege, quid vellent? Illi se velle occidere voratores dixerunt, qui stipendia militum deuorarent: & sic territi Cardinales, regi in ecclesia sancti Ioannis, calendis Augusti, vnctionis & coronationis Imperialis insignia impenderunt (erant autem alba omnia eius indumenta, cum equo albo) præstito per eum iuramento, secundum formã, quam Imp. coronandi ecclesiæ Romanæ præstare solent. Postea aũt nũquam

Vnctio & coronatio Imperialis 1312.

assutrexit Cardinalibus, sicut antè, nec quêquam in suâ mêsam locabat. Pœnituit aũt papam, videntem eius potentiam ac rancorem inter Robertum & ipsum principem: imò & inter Philippum regem Franciæ, & ipsum regem. Turbauit enim Francum, q; ipse rex se in scribendo præposuit: ipsiq; tres papa, Robertus & Philippus in eius exterminium cogitabant. Cęsar aũt ab Vrbe recedens, inibi reliquit Hugonẽ de Buchęgge comitem, cum trecentis galeatis: qui cum Stephano prædicto viriliter se tenẽs, & frequenter cũ Guelfis confligens, vrbẽ S. Petri, quã Cæsar habere non potuit, acquisiuit.

Hugo de Bucheck, comes.

Cæsar aũt Florentiam, habẽtem vltra centum millia armatorum (omnes.n. Guelfi illuc subsidium destinârant) cum pauca gente obsedit. Infirmus aũt factus aliquantulum, in villam vicinam sub monte, caussa melioris aëris collocauit, & ascendentes inimici in montem, vexârunt Cæsarem lapidibus & sagittis. Et dicẽte Cæsare: Ah quòd neminem habeo cui hæc cordi existant: multi ascendentes de turba Cæsaris, difficulter è monte inimicos fugârunt, interficiendo ducẽtos, & vltrà. Decrescente aũt turba Cæsaris, misit pro relictis in Vrbe, & sic Hugo de Buchegge cum relictis Romæ, vrbe Stephano cõmissa, ad Cæsarẽ ꝓperauit, in itinere duobus conflictibus feliciter triumphãdo: plures enim q̃ ipsi fuerãt in obsidione Florentiæ, Cæsari præsentarũt captiuos.

Rupertus Apulus à Cæsare hostiu declaratus.

Post hæc Cæsar Pisas rediens, citato inibi Roberto rege, & habitis processibus debitis, in eum tanquam in maiestatis læsæ reum, ac proditorem & hostem imperij, priuationis omnium dominiorum & decapitationis, si vnquam veniret in imperij fines, sententiam promulgauit. Quam sententiam Clemens papa post mortem Cæsaris reuocauit, prout notatur in Clem. *de re iudicata. c. pastoralis cura.*

Conuenit autem Cæsar cum rege Siciliæ, de danda filia sua filio Siculi: & disposuit se iturum Neapolim, & in partes illas. Rex quoq; Robertus disposuit recedere de regno Cæsare veniente, & in prouinciam se transferre. Decreuit autẽ Cęsar, se Apuliam & terram Roberti, Siculo commissurum. Præceperat etiam omnibus ciuitatibus, episcopis, & aliis magnatibus Alemanniæ, vt transmitterent nouam gentem, quæ iam erat in itinere veniendi. Venerat etiam mater Imper. filia comitis Flandrię cum filia Siculo danda, vsq; Basileam, ad Cæsarem profectura. Ducebatur etiam domina Catharina soror ducum Austriæ quondã Alberti Rom. regis filia, Imperatori nuptura. Præmiserat etiam Cæsar prædictum comitem de Blanckenberg ad Vrbem, sibi apud S. Petrum domicilium paraturũ: & venit Cæsar cũ exercitu suo iuxta Senas, aliquot diebus, ad Senensium sibi rebellium terram ignis incendio deuastando, & captos ex eis in arboribus suspendendo. Et in assumptionis virginis Marię vigilia, decantata coram eo Missa, eoq; per quendam Prædicatorem cõmunicato, post missam cœpit illico infirmari. Dicebatur enim q; ipse Prædicator venenum sub vngue digiti tenens abscõsum, post cõmunionem potui Cæsaris immisisset, & illico discessisset. Cùm aũt consuleretur Cæsari, q; Pisas reuerteretur, ipse se in seruitio domini esse, & non retrocessurũ respondit, & procedens, cùm venisset ad villam quæ dicitur Bonconuent, progredi vltrà nequiuit: sed in die B. Bartholomęi decessit, quẽ exercitus Pisas reduxit, vbi cum ineffabili lamentatione est honorificè sepultus, anno domini M.CCC.XIII. Sicq; heu periit columna magnanimitatis & iusticiæ ac flos germinis Germanorum.

In Synaxi Cæsar toxicum miscetur. 1313.

Pisâni autem cum magnates Cæsaris repatriantes secum retinere non possent: multi tamen militares de exercitu remanserunt cum illis. Et facta est briga magna inter Robertum regem capitaneum Gelforũ, & Pisanos, vt & facto postea per annum conflictu ante montem Catinum, vbi omnis pars Gelforum conuenerat, Pisani cum Alemannis vicerunt: & occisi sunt in die illa multa milia Gelforum: & cecidit Ioãnes princeps, frater regis Roberti. Super quẽ sedens comes Niger Pisanus, miles factus est super eum. A tempore.n. quondã Chunradini, nullus de progenie eorundem comitũ militari voluit, nisi in bello vbi fieret vindicta in stirpe quæ Chunradinum occidit.

Mortuo itaq; Hainrico Imp. & vocatis principibus in Frãcfurt, Fridericus dux Austriæ, filius Alberti regis, & nepos Rudolfi regis, pro regno laborabat. Cui Petrus Treuerensis, Mogunt. & olim episcopus Basilien. quem Albertus quondam rex leserat, & Balduinus Treuerensis, & Ioannes Bohemus, se opponunt. Fridericus autem Australis alloquitur Rudolphum & Ludouicum duces Bauariæ, Palatinos Rheni, exhibens se ad assistendum eis. At illi æstimantes se tanto negocio impotentes, se Fridericiseruiu-

Fridericus dux Austria ad regnum aspirans.

seruitio astrinxerunt. Dux quoq; Saxoniæ, & Voldemarus, Marchio Brandēburgensis, Friderico adhæserunt. Hi enim laici omnes & vxor Bohemi, fuerunt quondam regis Rudolphi nepotes. Item Hainricus de Virnenberg Colonienſis, acto inter alios tractatu fecit, quòd filia fratris sui comitis de Virnenberg copulata fuit Hainrico duci Austriæ, fratri Friderici; similiter adhæsit eidem.

Veniente autem Friderico cū forti exercitu valde, & castrametante iuxta Franckfurt apud Saxenhausen: Petrus Moguntinus naues afferens, victualia iuxta Moguntiā abstulit Friderico. Exercitus autem Moguntini, Treuerenſis & Bohemi, se ex inferiori parte Mogani collocauit. Inductus est autem dux Ludouicus Bauariæ iunior, qui & aliàs Friderico præualuit in conflictu, quòd contra eum eligi se permisit: quia in promissione facta Friderico, ipse Ludouicus intelligebatur exceptus. Inductus est etiam N. miles Goldemari Brandēburgenſis, habens ab eo mandatum sufficiens in genere eligendi, Ludouicum elegit contra domini volūtatem. Electi sunt igitur in discordia, in die beati Lucæ Euangelistæ, anno domini M. CCC. XIIII, Fridericus dux Austriæ, ab archiepiscopo Coloniēsi, à Rudolpho Bauaro, Palatino Rheni, & à duce Saxoniæ: Ludouicus verò, à Petro Moguntinensi, Balduino Treuerēsi archiepiscopis, Woldemaro Marchione, & Ioanne rege Bohemiæ: nec ij principes conuenerant, sed quisq; in suo exercitu, per se vel per procuratorem elegit, & in suis exercitibus publicarunt. Fridericus autem Australis præ fame recedere est coactus, multiq; dextrarij in ascensu manserunt in via.

Fridericus & Ludouicus in discordia Cæsares electi 1314.

Ludouicus itaq; Aquisgrani à Moguntino & Treuerenſi, in loco quo debuit, sed non à quo debuit: Fridericus verò in Bunna à Colonienſe, à quo debuit, sed non in loco in quo debuit, coronati sunt. Adhæserunt autem Ludouico ciuitates inferiores Rheni, vsq; Seltz: Friderico autem, Seltz, & superiores regni ciuitates, exceptis Berna & Solodora, quæ neutrum curabant. Descendit autem Lupoldus dux Austriæ frater Friderici cum grandi exercitu Spirā, contra Ludouicum: vbi Ludouicus cessit de campo in cœmiterium Iudæorum. Lupoldus autem villas Spirensium & aliorum inibi aduersariorum comburens, ascendit. Trāsiuit post hæc ipse Lupoldus iuxta Augustam, flumen Lech, & in superiori Bauaria multa, & inter alia oppidum Landsperg per se victum, ignis incendio deuastauit.

Indicta est autem Basileæ curia in festo Pentecostes solennissima per Australes, vbi inter Fridericum electum & filiam regis Arragonum, & Lupoldum & filiam comitis Sabaudiæ, nuptiæ celebrantur. Ibi quot & quanta hastiludia, etiam torniamenta peracta sint, quis enarraret? Vbi comes de *Katzenellenbogen*, per dictum *Grat* de *Gebwilre* militem hastiludio prostratus, cum maxima pœnitentia moriens, cum magno fletu mulierum Basilienſium, ad Rhenum est deductus. Monstrabantur ibi sanctuariorum insignia, quæ regum dicuntur, scilicet lancea, clauus, pars crucis Saluatoris, corona, gladius Caroli, & alia, per quendam Cistercienſem: & cecidit machina, præ multitudine hominum, vbi plurimi sunt oppressi. Cecidit & tempore hastiludij alia machina, vbi læsæ sunt plurimæ dominarum, & multa clenodia subtracta. Vbi Ioannes de Clingenberg, præteritis & præsentibus, & postea XXX annis cōtinuatis, valentissimus militum censebatur.

Austriorū principum nuptiæ Basileæ habitæ 1315.

☞Obsedit autem Lupoldus Solodorum, & ad recognoscendum fratrem suum pro rege coegit. Ascenditq; cum magno exercitu versus Suiciam, volens fratri villas illas, quæ sunt de iure Imperij, subiugare. Et cum Ottho comes de Strasberg cum vno exercitu ex parte ducis ingrederetur, per vallem *Vnderwalden*, artans eam partem, ac declinare volens ad ducem, & ascendente ducis exercitu magno ex alia parte montium: ecce descendit populus Suiciæ cum impetu per cliuum montis quendam, & læsis ibi atq; sine misericordia interfectis melioribus nobilibus, qui præeesserant, ducem cum exercitu suo lamentantem fugauerunt. Et Otto de Strasberg intelligens, per cliuum montis, per quem descenderant pedites, festinanter ascēdit: ex quo læsus intrinsecus, postea breuiter est sepultus. Perierunt autem ibi mille quingenti. Sicq; valles illæ pòst adhuc stant inuictæ. ☜

Nota de Helueticis. Austriorū clades ad Moregartū montem.

Celebrauit autem Clemens papa quintus post mortem H. Cæsaris concilium Viennæ, reuocans sententiam Imp. contra Robertum regem prolatam: & eidem sancto

Concilium Viennense contra Henricum Cæs.

Inperatori periurium impinxit, multas faciens constitutiones, quas non publicauit, morte præuentus. Obiit autem Burdegalæ, vbi curiam habuit: cuius thesaurum eius patruus occupauit. Vacauit autem curia plus quàm per annum.

Ioannes 22 papa.

Post hęc Cardinales congregati Auinionem, per Robertum regem inclusi, Iacobum episcopum Caturcensem, ipsius regis olim cancellarium, elegerunt in Papam, anno domini M.C C C.X V, mense Augusto: & vocatus est Ioannes X X I I, qui constitutiones Clementis publicauit & sanctum Ludouicum ordinis Minorum, prędicti Roberti fratrem Marsiliæ sepultum, canonizauit: episcopum Caturicensem ex quadam suspicione sortilegij in papam facti, degradatum, excoriari fecit, & in omnibus fauit Roberto.

Ludus equestris ad aquas Heluticas.

Postea Fridericus & Ludouicus electi Roman. reges cum magnis exercitibus in Sueuia iuxta Eslingen, pro regno quod vterq; habere conabatur, conuenerunt, vbi in fluuio Neccaro non ex proposito, sed casu, adaquantibus equos hincinde abeuntes, & adiuuantibus vtrisq; suos paulatim, magna est facta strages vtrinq;, multiq; nobiles vtrinq; capti. Vbi & Wernherus comes de Honberg est captus, Neccarusq; sanguineus videbatur, propter occisionem equorum.

☞ Indixitq; Lupoldus dux curiam in Baden, in terra sua: ad quam quanta multitudo nobilium confluxerit, quantaq; hastiludiorum solennia sint peracta, de machinis spectaculorum, de X I I candelabris, & candelarum magnitudine & longitudine, quarum vnam vix X I I viri portabant, & multis aliis, quis enarrabit? Ibiq; soror dominorum ducum Austriæ, Ludouico seniori de OEttingen est coniuncta, quæ antè ex sorore comitis de Wirtenberg habuit filium & filiam: qui Ludouicus ante fuit secretarius Ludouici electi, & seruitor: postea eum persequebatur ad vnguem. ☜

Austriorũ expeditio contra Ludouicum Bauarum.

Lupoldus quoq; dux iterum cum grandi exercitu versus Spiram descendit, aduersantium villas comburendo, & cùm ascendisset, dimissa gente sua, illico sibi nũciatur, Ludouicum ascendere cum magno equitatu feroci. Ipse Lupoldus dilapsa gente sua, nuncios misit, ad comitem Vdalricum Ferretarum & Ioannem episcopũ Argent. repentè descendit: qui duo cum suis populis ad Broscam flumen (ab Occidente versus Orientem fluẽs in Argentinam) se cũ magno tremore locârunt. Et venit super Bruscã Ludouicus electus, cum Treuerensi, Bohemo, gente Maguntini, & aliis, cum quatuor millibus galeatorum electis. In nocte aũt comes Ferretarum de Brusca versus *Mollesheim*, præ timore recessit. Manè aũt reuersus ad Bruscam, populi, quos aduersarij quodam modo comedissent; illi asserentes, se nolle cum rusticis pugnare, Bruscam iuxta Argentinam transibant, se iuxta *Thoroltzheim* collocantes, tamdiu cõfligere differendo, quoad Lupoldo gens magna equitum & peditum affluebat. Argentinensium autem pars vna, scilicet Zornonum Friderico: alia verò, scilicet Mulnheimensiũ Ludouico fauebat. Et cũ Argentini prius Friderico recepissent, nunc in trãsitu Ludouicum multis cũ armatis ingredientẽ & citò egredientẽ, more regio in maiori ecclesia receperunt, qui & ipse eorum priuilegia confirmauit, anno domini, M. C C C.X X, de mense Augusto.

Partium hostiles exercitus prope Argentinam.

Fridericus autem cum in Austria de congregatione Ludouici intellexisset, cũ paucis spadonibus cursu velocissimo properauit ad Rhenum. Veniensq; Rinaugiam, intellecto discrimine fratris, properauit ad ipsum, & appropinquans aciei Ludouici, quã credebat esse Lupoldi, retrocedentes per aliam viam ad aciem Lupoldi venerunt: qui amplectens fratrem præ gaudio, fleuit amarè, dicens: O domine, quàm diu & in quanto periculo me dimisistis? & distabant acies in plano campo ad inuicem, non ad quartam partem miliaris, paratæ ad conflictum. Gens autem Lupoldi abductis equis se parauit ad pugnam, clamatũq; fuit sub pœna capitis, ne quis calcaria retineret: gauisiq; sunt de Friderici aduẽtu. Dicto aũt in acie Ludouici, de aduentu Friderici, missus est miles cũ conductu de acie Ludouici ad tentãdum, de pugna ad aciẽ Lupoldi. Prętenderant enim inferiores, se nolle confligere cum Lupoldo: quia eo victo, finẽ negocij quò ad Fridericum non haberent. Adducto aũt milite corã Friderico, dixit Fridericus militi: Dicite auunculo meo, me hîc ad cõflictum paratum, & tempus esse vt finẽ nostrę guerræ, imperij fidelibus faciamus. Et cùm iã superiores, in angustia & tremore cõstituti fuissẽt, eò q; inferiores nobilissimã habẽtes militiã, euaginatis iã gladiis

sc istos

se istos simulauerant inuasuros: ecce reuersi sunt vltra Brusca̅m, quantocyus poterãt descendentes, quos isti per biduum sunt sequuti.

Eisdem temporibus, anno M. CCC. XIX, mense Iulio, obijt Woldemarus Marchio Brandenburgensis absq; liberis, Marchionatus dispositione ad Imperium deoluta, fuitq; cum magna lamentatione manifestè sepultus, quem postea ad 28 annos viuere dixerunt. De quo Marchionatu Ludouicus princeps postea Ludouico, filio suo primogenito, prouidit, de quibus infrà dicetur. *Woldemari Brandeburgici obitus 1319.*

Eisdem temporibus, Gerhardo de Senar episcopo Constantiensi mortuo, & electis in discordia in Curia Romana litigantibus, H. de Klingenberg præposito, & H. de Werdenberg canonicis Constantiensibus, ijdemq; per sententiam deberent excludi, & spes esset de Mathia custode Monasterij Morbacensis, ordinis S. Benedicti, Basiliensis diœcesis, fratre Hugonis comitis de Bucheck, seruitoris Roberti regis Siciliæ, post exclusionem electorum promouendo: ecce moritur Petrus archiepiscopus Moguntinẽsis. Quo intellecto in Curia, Ioannes Papa, ad preces prædicti Roberti regis Siciliæ, ob seruitia prædicti Hugonis, eidem Mathiæ de Bucheck, dilecto etiã ducibus Austriæ, de Moguntinensi archiepiscopatu prouidit. Qui descendens primũ Spiram, à clero honorificè receptus, cum processione & crucibus venit Moguntiam, honorificè quoq; ibi receptus, qui ipsam ecclesiam quinq; annis potentissimè gubernauit, cui in magnanimitate & virtutibus similis tunc non est visus. *Mathias à Bucheck archiepiscopus Moguntinus 1320.*

Exclusis autem dictis electis, Rudolphus de Monteforti per ipsum Papã ad Constantiensem ecclesiam est promotus, ☞ cui etiam vacans monasteriũ S. Galli committitur. Sed eo tam diu assistente Ludouico, idem monasterium ad preces Hugonis de Buchegge, collocatum est N. de Bonstetten, auunculo Berengarij de Landenberg, qui se fecit extra cœmiterium sepeliri. *Rudolfus Montfortius episcopus Constantiensis.*

Mortuo Basileæ illis diebus Vdalrico, vnico comite Ferretarum, absque filijs, & Comitatu pro maiori parte ad ecclesiam Basiliensem deuoluto, iamq; in ipsius comitatu populus aduentum Basiliensis episcopi expectaret: ecce Iohanna comitis filia cum dominio traditur duci Alberto: & post multa discrimina, post submersionem Montanam, nuncij plures literas legentes, post expugnationem aliquam castrorum per chabilonem factam, de episcopatu litigante cum commissione Basiliensis, post multos processus, tandem cessit Hartungus dispensatione super beneficijs, & pro receptis obtenta. ☞ *Comites à Pfirt deficiunt 1324.*

Egressus est autem de Austria sub anno M. CCC. XXI, Fridericus electus cum gente magna in Bauariam, ad quem Lupoldus frater eius cum D CCC galeatis de Sueuia properauit. Ludouicus autem cum exercitu suo, antequam fratres conuenire possent, aciem suam ad inuadendum Fridericum direxit. Lupoldus autem iuxta Monacum Bauarię Iseram transiens, se satis ambiguè committens fortunæ, Ludouici exercitum sequebatur repente. Quod Ludouicus intelligens, recessit de campo, munitionibus se committens. Sicq; Fridericus & Lupoldus conuenientes (quod non posse fieri credebatur) mirabiliter sunt gauisi, terramq; Ludouici superiorem Bauariam decem hebdomadis ignis incendio, omniq; inquietudine vastauerunt. *Austrij Bauariam populantur. 1321.*

☞ Post hæc miserunt Australes Heinricum fratrem ipsorum cum exercitu, in fauorem Papæ Ioannis Brixiam in subsidium partis Gelfæ: qui cum inibi aliquandiu stetisset, non multùm viriliter agens, concordatus cum Cane Veronensi aduersario, clam comportauerat pro conductu: & simulans se cum exercitu suo quosdam Gibellinos inuasurum, repentè recessit, & in Austriam est reuersus. ☞ *Henricus Austriacus in Longobardiam anno 1322.*

Ingressi sunt itaq; iterum superiorem Bauariam sub anno Domini M. CCC. XXIII, de mense Septembri, Fridericus & Heinricus Australes, cum duobus millibus & ducentis galeatis, & quatuor milibus Hungarorum & gentilium sagittariorum, missis sibi à rege Hungariæ, & de Sueuia Lupoldus frater eorum cum DCCC galeatis electis. Tardante autem se Lupoldo in vastatione terræ Wilhelmi comitis de Mõteforti, qui tunc Ludouico adhæsit, cui aderant Ioannes rex Bohemiæ & Balduinus archiepiscopus Treuerensis cum exercitu suo, scilicet mille D galeatis, & cum XXXM peditum ad Friderici exercitum declinauit, vexillum cõflictus committens comiti de Schlüsselberg. Ipse autem met Ludouicus duodecimus in armis blaueis, cum albis cruci- *Antiquarum apparatus bellicus 1323.*

bus, ne cognoſceretur, abſq; ſignis regijs apparebat. Non enim dubitauit, ſe ſi vinceretur, occidi. Aderant etiam ſibi Ludouicus Burggrauius de Nurnberg, duo de Oetingen, Wilhelmus de Monteforti, multiq; Comites & Barones. Cumq; veniſſent ad flumen paruum, quod eorum exercitus diuidebat, ſagittarij Auſtralis ipſum adeò infeſtabant, quòd ad caſtrum ſuum vicinum ſitum ſuper ipſo flumine, ſcilicet Waſſerburg, declinauit, manè tranſeuntes ibidem. Intellecto autem quòd Bauari tranſiuiſſent, & conſulentibus pluribus quòd Fridericus paulatim diſcederet verſus iter Lupoldi declinando: ipſe Fridericus animoſus nimis, omnino ſe diſpoſuit ad conflictum in armis regijs contra ſuorum conſilium procedendo, & præmiſit aciem quingentorum galeatorum, quam ſequebantur cum vexillo acies octingentorum galeatorum. Poſtremò ipſe in acie octingentorum proceſſit, & progredientibus ad conflictum, fractoq; vexillo Bauari, acriterq; certantibus Auſtralibus, & præſertim Friderico manu ſua, qui valentior in pugna reputatus eſt inter omnes, cedenteq; acie Bauarorum, ita quòd Auſtralis viciſſe credebatur omnino: ecce equites Bauari reuocantes pedeſtres qui ceſſerãt, ac ſe terræ committentes, cum illis reuerſi ſunt ad conflictum. Poſt hæc venit Burggrauius de Nurenberg cum acie equitum, cum clamore: & fugientibus ſagittarijs Auſtralibus, multisq; cum illis, captoq; Heinrico Auſtrali, ac deiecto Auſtralium vexillo, eisq; pro maiori parte terga vertentibus, & valentioribus captis, tandem armiger quidã Fridericum deſolatum à ſuis, equo etiam eius perforato, eoq; ſe demittente ad terram, capere volens, nec eum cognoſcens, quæſitus fuit ab illo, cuius eſſet ſeruitor. Quo reſpondente, quòd Burggrauij: Fridericus fecit Burggrauium aduocari, cui gladium porrexit, & eius gratiæ ſe commiſit, qui eum certificatus de vita, Bauaro præſentauit. Salutante autem eum Bauaro, & dicente: Auuncule, libenter videmus vos. Ille autem conſternatus animo, non reſpondit. Licet autem multi conſuluerint, quòd in ſignum victoriæ per noctem in campo manerent: Ludouicus tamen timens aciem Lupoldi receſſit. Lupoldus hoc intelligens, dolenter receſſit, miratus, quòd rex Romanorum in diſcordia captus, non eſſet occiſus. Et factus eſt conflictus in die ſancti Michaelis, quo quinquaginta anni fuerant, quòd auus amborum, Rudolphus de Habſpurg, in regem electus eſt Romanorum, & poſtea Auſtrales in potentia decreuerunt.

Fridericus rex in conflictu à Ludouico capitur.

Habuit autem Ludouicus quendam Martinum monachum deuotum & humilem, poſtea factũ ſacerdotem, qui ſibi multa futura prædixit. Hic ante mediũ annum, Fridericum ante diem Michaelis finitum captiuandum prædixit, curiam ſuam in valore centum marcarum cuidam de Monaco, paciſcenti in contrarium, ad certã ſummam pecuniæ obligans ſuper eo: & in die ſancti Michaelis, alter, inuito Martino, & continuò dicente, Vos aliud audietis, curiam per iudicium occupauit: quæ ſibi, comperta veritate, eſt reſtituta: ipſeq; Martinus pecuniam acquiſitam iuſſus eſt recipere.

Heinricus quoq; Auſtralis captus regis Bohemiæ, reſtitutis ipſi regi quibuſdam munitionibus Morauiæ, quas Auſtrales occupauerant, liberatur: Fridericus verò in caſtro Trauſsnit Ludouici fortiſſimo detinetur, multiq; Auſtralium, præſertim de Walſee, durè tenti in magnis ſunt pecunijs talliati.

Ciuitates autem Elſatiæ, Columbaria, Schletſtat/ Ehenheim/ Rosheim/ Hagnowe, quæ Friderico adhæſerãt, territę, Albertum Humelionem de Liechtenberg militem Sueuum, in aduocatum Ludouici nomine receperunt. Ioannes quoq; epiſcopus Argentinenſis conuenit cum eis, de non aſſiſtendo alicui eorundẽ. Marchiones verò de Baden perſeuerantes in Lupoldo, oppidũ Seltz Imperiale eis obligatum per Fridericum, ingreſſi, infeſtationes plurimas patiebantur. Lupoldus autẽ veniens Baſileam, militiam conuocauit. Congregati verò ſunt nobiles vtriuſq; ſexus, qui Lupoldum choriſare & iocundari quantum poterant compulerunt: at ille fecit omnia abſq; riſu. Miſit autem L galeatos in Enſisheim, qui Columbarienſes cum inquietudine infeſtarẽt, quos poſt hæc in Seltz deſtinauit: qui ciuitates & Bauaros ſpolijs & incendijs infeſtantes, inibi potenter ſunt obſeſſi. Lupoldus autẽ gentem in nauibus traducens, quamuis reſpectu obſidẽtium minimã, liberauit obſeſſos, & contra ſuorũ conſilium, ſuadentium eum tutiùs vltra Rhenum reuerti, per Elſatiam eſt reuerſus, vndiq; cum incendio prætereundo. Argutus autem ab Argentinenſib. damnificatis per incendia,

Alſatæ in Ludouici partes trãſeunt.

malè

malè in se actum esse, & ob hoc se huiusmodi incendia non obmissurum respondit. Verecundantes autem Bauari, quòd ob tam paucam gentem recesserant de obsidione, scripserunt Lupoldo; qui iam versus Apri-Monasterium ascenderat, se cum eo, si eos expectaret per biduum, pugnaturos: quos cum biduo expectasset, ascendit.

☞ Post hæc Eberhardus de Wirtenberg, castrum Richenberg, quod Marchiones de Baden tenebant, potenter obsedit. Matthias Maguntinus cum magna gente subuenit eisdem. ☜

Inuenit autem Lupoldus tunc temporis expertum nigromanticum, cum quo de eductione Friderici tractauit. Confidentibus autem ipsis duobus solis in camera bene firmata, Lupoldo, & magistro faciente characteres suos: ecce venit dæmon stans coram eis, in specie viatoris, habentis calceos corruptos, & pileum in capite, oculosque lippos. Cui Lupoldus ait, Nostis me? at ille ait: Benè nosco te, & quæsitis aliquibus, iniunctoq; sibi, quòd absq; omni periculo deduceret Fridericum à captiuitate: Dæmone respondente, quòd sic eum educeret, dummodo ei consentiret, nimis territus est Lupoldus. Dæmonq; veniens ad castrum Trausznit in specie scholaris cuiusdam, in partibus Ergouiæ, habentis pannum circumuolutum per collum, ac si in eo panes portare vellet, dixitq; Friderico: Ingredere hunc pannum, & ducam te ad tuum fratrem Lupoldum. Quo respondente, quis esset? & illo dicente, Non cura, si ingrederis, securè te ducam: Fridericus facto crucis signo, & inuocato Christi nomine, dæmonem profugauit, dicens custodibus suis, quòd per aliquas reliquias vel preces a dæmone se custodirent, quod & factum est diligenter. Qui postea liberatus, videns scholarem dixit: Hic fuit dæmon, qui voluit me eduxisse.

Lupoldum arte magica fratrem à vinculis eximere conatur.

Eo tempore mortuo Matthæo Mediolanensium domino, relictis Galeatio, Ioanne, Marco, Luca, & Stephano filijs, & Galeatio seniore dominium occupante, cum Papæ Ioannis mandatis pluribus paruisset, tandem eo non desistente, parere contempsit: qui citatus personaliter, etiam de articulis fidei responsurus, non comparens, excommunicatus, post annum de hæresi est damnatus. Hic à Ludouico electo Romanorum rege, cùm Fridericum cepisset, regimen Mediolanense assumpsit. Conglutinatis autem Papa, Franco & Lupoldo: Papa Ludouicum super eo, quòd nondũ approbatus per sedem apostolicam, iura Imperij administraret, & Galeatium hæreticum foueret, Auinionem citauit, & non comparentem excommunicauit, & post annum similiter de hæresi condemnauit (contra quos tamen processus Ludouicus electus ex quibusdam causis rationabilibus appellauit, ipsamq; appellationẽ eidem Papæ intimauit) priuationis iuris electionis, ducatus sui & dominiorum, & alijs pluribus in eum, & filios, & fautores eius, successiuè sententijs promulgatis: quas Lupoldus vndiq; vbi potuit in odium Ludouici procurauerat promulgari.

Ludouicus Cæsarum communione motus.

Conuenerant autem Francus & Lupoldus in Bare, vbi multa, & præsertim contra Ludouicum tractauerunt, papa eis annuente. Conuenerunt & principes ecclesiastici, nuncij Papæ & Franci, ac Lupoldus in Rens, prope Confluentiam, ac soli ducti super Rhenum in naui, diu tractauerunt de Franco in Imperatorẽ promouendo. Sed per fratrem Berchtoldum de Bucheck, Commendatorem domus Teutonicorũ in Confluentia, fratrem domini Matthiæ Moguntinẽsis archiepiscopi principaliter extitit impeditũ: de quo eum secretarijs Papæ Ioan. decanus Moguntinensis detulit, quod ipsum post mortem Matthiæ Maguntini, ab ipsius fratris Berchtoldi prouisione retraxit. Reuersæ sunt autem prædictæ ciuitates Alsatiæ à Ludouico ad Lupoldũ, nomine fratris sui Friderici captiui, & creuit potentia Lupoldi. Qui aliquoties scribens Franco vel Papæ, tali titulo vtebatur: LVPOLDVS *Dei gratia, Austriæ, Styriæ, Carinthiæ & Morauiæ dux: dominus Carniolæ & portus Naonis, Comes in Habspurg & in Kiburg, ac Lantgrauius superioris Alsatiæ.*

Obsedit autem eo tempore Ludouicus oppidum Burggowe, ducis Lupoldi, tempore hyemali, quo Dux in illa parte eum impedire posse nullatenus credebatur. Scripsit autẽ dux Burchardo de Ellerbach, ministro suo, quòd se viriliter teneret, quia eũ infra dies XIIII liberaret, & repentè veniens cum gente forti, cum illis ignorantibus appropinquaret, Ludouicus tardè intelligens, dimissis ex prato, ne eum insequeretur Burchardus, machinis & castris euasit.

Tractabatur autem sæpe de liberatione Friderici: & impediente liberationẽ eius, quòd Dux insignia sanctuariorum Imperij, lanceã videlicet & alia, noluit resignare. Dicentibusq; suis, quòd frater suus esset eius captiuus: Dux prænoscẽs astutiam Ludouici, dixit tractatoribus: Ecce ne hoc mihi impingatur à vobis, dabo vobis ea insignia, & scio quòd nec adhuc prout tractastis compositionem, fratrem meum rehabebo. Quod etiam cum factum esset, Lupoldus Ludouicum adeò infestauit: quòd tandem Ludouicus cum Friderico, communicãte eos ambos post Missam vno Cartusiensi, eorum confessore, & seruare pacta iurantibus, latenter conuenit. Emisso autem Friderico, & seruante pacta, Lupoldus vsq; ad mortem suam restitit Ludouico.

Fridericus è custodia liberatur.

S. Hippolytus Alsatiæ oppidum.

Obsedit autem Lupoldus oppidum S. Hippolyti, Lantgrauij Elsatiæ, seruitoris Ludouici, qui ipsi Lupoldo, sæpe Veneris causa Argentinam eunti, dicebatur insidias posuisse. Ipse Lupoldus muros destruens funditùs, villam tenebat. Quamuis autem medici sibi prædixerint, quòd eum labores necarent, non destitit ab expeditione, sed cum exercitu descendens Spiram obsedit. Spira reuersus, Argentinæ in curia dominorũ de Ochsenstein decumbens & insaniens, absq; pœnitentia diem clausit extremum.

Ludouicus in Italiam mouet, 1327

Iuerat autem illis diebus Ludouicus in Lombardiam, quem Galeatius dominus Mediolanensis sumptuosè deduxit, quem tamen post magnam sibi datã pecuniam, Romam quasi captiuatum traduxit, Wilhelmo de Monte forti Mediolanum committens: quòd non Imperij, sed facta sua agens, & pecuniam ad partes transmittens, Imperium negligebat: propter quod, quamuis æstimaretur in virilibus gestis valentior huius mundi, non tamen extitit ibi nimiùm commendatus.

Fuit autem Ludouicus Mediolani in ecclesia S. Ambrosij, à Ioanne archiepiscopo Mediolanensi, in festo Pentecostes, cum Margareta vxore sua, anno regni sui XIII, corona ferrea coronatus: & post hæc Romam veniẽs à Romano clero & populo gaudenter & comiter est receptus, ac XVII die Ianuarij, qua cantatur, *Omnis terra*, anno regni sui XIIII, ex parte totius Romani populi, per Senatores, præfectum vrbis & cancellarium populi Romani, omnibus nobilibus acclamantibus, in ecclesia S. Petri, cum ipsa coniuge, Imperiali extitit diademate insignitus. Prætenderant enim vrbici, hoc eis competere, Papa etiam nolente: præsertim cùm Senatores priùs Papã requisiuerant, vt ad vrbem se transferret. Ludouicus etiam Ioanni Papę pro tunc crimen lesæ maiestatis & hæresim impingebat.

Ludouici coronatio, anno 1328.

Petrus de Corbano Antipapa creatus.

Post hæc Petrum de Corbario fratrem Minorem in summum Pontificem, quantum in eis est, creauerunt, & ob hoc multis creatis Cardinalibus & Episcopis, per illos magnum in ecclesia Dei scandalum est subortum.

Ipse autem Ludouicus habitis tractatibus cum rege Sicilię, terram Roberti regis, sc. Apuliam, ingredi intendebat. Robertus quoq; collectis omnibus terram illã relinquere, si Cæsar accelerasset, & in Prouinciam intenderat se transferre. At ipse Cæsar regnis tanto tempore, stetit otiosus in vrbe, quòd quasi omnia expendebat. Quadam autem vice veniẽs idem Princeps * in vrbe ad castellum, in quo olim Conradinus dicebatur decapitatus, ipsum funditùs demoliuit.

Mortuis autem inclytis principibus Lupoldo, Henrico & tandem Friderico ducibus Australibus, & in Künigsfelt monasterio, vbi pater eorum Albertus rex fuit, sepultis: Ludouicus in Alemanniam est reuersus. Dicebatur autẽ tunc temporis, quòd quidam miles Friderico quiddam ad comedendum dederit, per quod eum in sui fauorem inclinaret, per quod à pediculis mundari non valens, paulatim defecit. Et hi omnes quanquam valentissimi fuerunt, sine masculis filijs sunt defuncti.

Ludouico autem egrediente de vrbe, cum Wilhelmo de Monteforti, Azzonem, filium Galeatij, secum in Lombardia regnare permiserat, post eorũ egressum quicquid potuit occupauit, & nil in partibus illis remansit.

Ioannis Bohemiæ regis profectio Italica, 1330

In diebus illis post egressum Ludouici Principis de Italia, viuente Ioanne Papa, Ioannes rex Bohemiæ cum consensu Principis ingressus est Italiam, & diu inibi manẽs, Lucanam ciuitatem pro se tenens, quæ eum pro domino recepit: non more patris sui quondam Henrici de Lutzelburg Imperatoris. Qui inibi viriliter se tenuit, & constanter se tenens, ac se successorem Imperatoris & pacificatorem Italiæ scribens, Papæ & Imperatori complacere cupiens, & ambobus displicens, obligata Luca cum ve-

recun-

recundia reuersus est, nulla sibi vel Principi in Italia parte relicta:

Erat autem in diebus illis Bononiæ legatus Papæ, Bertrandus de Pogeto, Hostiensis episcopus, dominium ciuitatis durè tenens, crudeliter multis occisis: qui Bononiam muro circundans, & sibi fortissimum castrum inibi construens, multaq; mala peragens, cui quamuis Guelfissimo ipse rex Bohemiæ familiaris extitit: tandem per rumorem populi victo repente castro & funditus demolito, turpiter est fugatus. *Castrum Bononiēse.*

Habuit autem rex Bohemiæ duos filios, quorum maior Carolus nomine, qui marchio Morauiæ nominabatur, habuit sororem Philippi regis Franciæ in vxorem. Minor verò habuit filiam M. ducis Carinthiæ. Habuit & duas filias, quarum vnam habuit Ioannes primogenitus regis Franciæ: aliam Henricus dux Bauariæ. Et ecce mortuo duce Carinthiæ sine filio, sola ipsius regis Bohemiæ nuru relicta, cùm ipse rex sine omni briga crederet in ipso ducatu filium succeſſurum: Ludouicus princeps de ipso ducatu duces Austriæ, filios sororis ipsius, quondam ducis Carinthiæ, inuestiuit: filio autem regis Bohemiæ comitatus Tirolis remansit. Ex quo ipse rex contra principem mouebatur odio capitali: iuramento affirmans publicè, se nunquam reformaturum eidem: Papam etiam, regem Franciæ, & Henricum ducem Bauariæ, item reges Hungariæ & Cracouiæ incitans contra ipsum. *Ioannis Bohemiæ regis prolet.* *Ducatus Carinthiæ ad dominū Austriacū, anno 1331.*

Papa autem Ioannes de militari progenie natus, ditans fratris & sororum suarum filios & nepotes diuitijs & honoribus, anno pontificatus sui XIX moriens, reliquit Sedi decies septies centum millia florenorum, anno M. CCC. XXXIIII. Erat autem quidam vicinus episcopus Romæ, in via eundi ad Curiam Auinionensem ad papam, cui in nocte mortis Papæ in somno apparuit quidam dicens: *Papam quæris? non est.* Et post pusillum: *Vis videre Papam, ecce iste est*, monstrata sibi persona magna incognita. Qui procedens in itinere, audiuit de morte Papæ Ioannis. Veniens autem Auinionem, iuit in consistorium: ingredientes diligenter inspiciens singulos Cardinales. Et cùm non vidisset personam sibi monstratam, quęsiuit à quodam, numquid omnes Cardinales ingressi fuissent? Et responso accepto, quòd omnes, excepto Cardinali Blanco, ordinis Cistercienſis, illum quæsiuit in domo ipsius, ipsumq; inspiciēs faciem perpendit monstratam, sibiq; soli in camera sua dixit: Pater, vos estis papa futurus. De quo cùm ille risisset (nulla enim fuit spes promotionis eius, cùm esset humilior & pauperior inter omnes) episcopus exposito sibi somnio adiecit: Pater, ille qui mihi monstrauit faciem vestram, introduxit me ad stabulum immundissimum, stercoribus plenum, vbi vidi arcam marmoream albissimam, sed vacuam. Vos estis illa arca, quam debetis in officio vestro implere virtutibus & signis. Et ô pastor & stabularie, Curiam & sedem apostolatus, iam immundissimum stabulum, ab auaritijs & simoniacis stercoribus expurgate, vobisque sanctam Romanam ecclesiam & vrbem recommissas habete. *Ioannis 22 Papa decess. an. 1334.* *NB.*

Et ecce in electione à tot cardinalibus quasi inscijs, sub altercatione electus extitit: *Ego N. nomino illum: qui si esse non poterit, nomino Blancum*, quòd repertum est à duabus partibus nominatum, dictusq; Benedictus XII. Itaque statim pro reformatione ecclesiæ S. Petri in vrbe L milia expendit florenorum. Et sic vt à Ioanne Papa discrepabat in statura (ille enim fuit pallidus statura & voce pusillus: iste in corpore maximus, facie sanguineus, & voce sonorus) ita & in moribus discrepabant. Ille ad magnificandum & ditandum consanguineos, ad regnandum nobilibus, & exaudiendis eorum petitionibus, ad vestiendum annuatim plus quàm LXX comites & milites intendebat: iste de talibus non curauit. Dixit enim: Absit; quòd rex Franciæ, si per cōsanguineos meos super me ditaretur, me sicut prædecessorem meum ad sua quæuis vota coartaret. Fuit enim ex Tholosa regis Francię, filius pistoris, Theologorum summus, sed nullus in iure, quem inter omnes à longissimis temporibus iustissimum æstimabant, cui & ante suam mortem quidam sanctus homo, se pro eo captiuum tradēs, quòd illo anno moreretur, prædixit, quod & factum est. *Benedictus 12 Papa.*

Huic Benedicto in principio creationis suæ Philippus rex Franciæ mittens legatos, audacter, quasi nihil sibi denegare auderet, petijt inaudita: inter alia scilicet, vt filium suum primogenitum, generum regis Bohemię, faceret regem Viennæ: quòd se faceret vicarium Italiæ: quòd sibi per totam Christianitatem daret decimam deci- *Regis Gallia ad nouū Pontificem legatio.*

marum per decennium: & sibi daret totum ecclesiæ thesaurum in subsidium terræ sanctæ. De quo ipse & cardinales territi, se reformare cum Ludouico Romanorum principe decreuerunt.

Ludouicum Cæsar pontificis dignitate deprecatur 1333.

Quid Ludouicus princeps ex scriptis quorundam familiarium suorum, quos in curia Papæ semper habuit, qui & hoc ex Cardinalibus certissimè intellexerant, intelligens: statim Papę, & collegio nuncios & literas humillimas destinauit, qui nuncij à Papa & fratribus edocti, qualiter & sub qua forma redire deberent, & sub quibus articulis absolutionem & gratiam petere: iterum à Principe, cum illis articulis & mandatis sufficientissimis sunt reuersi. Inter quos duo erant comites de Otingen, & præpositus Augustensis, & Marquardus de Randecke canonicus Augustensis R. Bambergensis, postea per Papam eiusdem ecclesiæ præpositus effectus: & magister Vdalricus protonotarius Principis, decretista. Et proposito in publico consistorio, per prędictum de Randeck ex parte Principis humillimè, super petitione absolutionis & restitutionis, facundo sermone, de quo omnes qui aderant mirabantur: Papa gratiosissimè respondens, dixit: Se & fratres suos de hoc, quòd nobilis ramus ecclesiæ Alemãnia, qui se in persona domini Ludouici, lædi per ecclesiam æstimans, iam ab arbore ecclesiæ separari cœperat, eidem arbori cum tã magno honore sedis redintegraretur, plurimùm gratulari: multùm commendans Alemanniã, & dominum Ludouicum, quem nobiliorẽ mundi dicebat: conquerens regi Italiã per tyrannos, ac regnum Armeniæ capi à Paganis, cuius principes tempore Ioannis Papæ & suo Christianorũ implorabant auxilium, ac terram sanctã propter Imperatoris carentiam occupari: vnde meritò dixit absolutionem eidẽ impertiri se debere, quæ & dari crastino sperabatur.

Pontifex à Cæsare reconciliatione auersus.

Verùm prædictus rex Franciæ, & rex Siciliæ, seu Apuliæ, omnes quasi Cardinales à proposito auerterant præconcepto. Venerant enim ad impediendum factum ad Curiam, duo archiepiscopi, duo episcopi, & duo comites, ex parte regis Franciæ, & totidem ex parte regis Roberti: proponentes erroneum esse, tantum hæresiarcham præponere dominis eorum ecclesiæ fidelissimis: Papamq; cauere debere, ne fautor hæreticorum diceretur. Papa verò dicente: Quid volunt domini vestri, quòd non sit Imperium? illis verò protetuè dicentibus: Pater non impingatis hoc dominis nostris, vel nobis, quod non dicimus. quia contra imperium non loquimur, sed contra personam Ludouici damnatam. Cumq; dicerent, Ludouicum multa contra ecclesiam fecisse, Papa dixit: Imò nos fecimus contra eum: ipse enim cum baculo venisset ad pedes prædecessoris nostri, si voluisset, sed ipse noluit eum recipere: & quicquid ille fecit, quasi prouocatus fecit. Quantumcunq; autem Papa assereret, se meliora pacta ab ipso Ludouico, pro prædictis regibus, eorum regnis & posteris extracturum, quàm si eum in turri tenerent: penitùs nil profecit. Rex Franciæ etiam in terra sua vndiq; bona & redditus Cardinalium interdixit & occupauit. Scripserant etiam illis diebus ad Curiam, Ioannes rex Bohemiæ, & Heinricus dux Bauariæ, gener eius, quòd de auxilio Hungariæ & Cracouiæ regum & aliorum, alium vellent constituere regem Romanorum potenter. Et sic Cardinales Papam pro tunc ab absolutione principis retraxerunt, dicentes: cum sui in partibus suis vellent eum destituere, inconsultum esse sedi, si propter impotentem & inopem tot Principes offensaret. Sic dato alio termino deliberationis, nuncij principis infecto negotio sunt reuersi.

Austrij & Bauari à Cæsaris regib. bello incassum petuit.

Et ecce illis diebus Carolus rex Hungariæ, filius fratris prædicti Roberti regis, terram ducum Austriæ, tunc fautorum Principis, ingressus, ipsam multis hebdomadis potenter vastauit. Prędicti autẽ Bohemiæ & Cracouiæ reges, & H. dux Bauariæ, terrã principis Bauariam superiorem ingredi intendebant. Princeps autem gentẽ inuictissimam congregans terram Henrici ducis inferiorem Bauariã ingressus est, cũ septem millib. galeatis, illam XVII hebdomadis deuastando. Rex autẽ Hungariæ audiens tam fortẽ exercitum adesse Principi, ab Austria sine mora recessit, aduentũ eius etiam in Hungaria pertimescens. Alij verò tres, quamuis magnam haberẽt gentem, expectare Principẽ in campo non audebant. Veniens aũt dux Austriæ ad Principem, exercitum eius in Bohemiam ducere nitebatur. Exercitus verò diu in campo fatigatus, se grauem reddebat, ita q; hinc inde exercitus sunt reuersi. Dicebatur autẽ, quòd exercitus Principis, quãdiu habuisset victũ, in omni parte mũdi iacuisset inuictus. Gloriabatur autem Papa Benedictus ab exercitu Principis, cum sibi referebatur, dicens ad Cardinales:

nales: Isti dicunt eum esse destitutum (notando principem Ludouicum) sed quis adhuc ingressus est locum suum?

Obsidentibus quoq; oppidis Imperialibus ad mandatum Ludouici, oppidum Keiserßberg, regi Bohemiæ obligatum: conuentum est: quòd nisi rex Bohemiæ infra certum tempus ipsos liberare posset, Ludouico ex tunc obedirent. Rege verò Bohemiæ eos non liberante: Ludouicus ad ius imperij oppida Keisersberg/ Türckheim/ Münster/ castrum Blicksberg, prius per se obligata Bohemo, retraxit. *Cæsar Bohemo pignoratitia Alsatiæ oppida eripit.*

Misit autem Papa solennem legatum ad Ludouicũ, episcopum Magalonensem, qui mores & motũ Principis erga ecclesiam indagaret. Prætendebat etiã Papa occupationem archiepiscopatus Maguntinensis per Balduinum Treuerensem archiepisc. postulatum per capitulũ ecclesię Moguntinensis factã, & exclusionẽ Henrici de Virnenberg archiepiscopi sedis Mogũtinę prouisi, reformationi obstare. Volensq; procedere contra Treuerensem, & Treuerensis cũ H. prouiso concordatus, archiepiscopatũ Moguntinensem, quẽ potenter tenuit, Capitulo resignauit. Capitulũ verò, præsertim magister Ioãnes Vnderschopf, Decanus sedis, puisus, adhęrẽtes Imperatori, prędictũ Henricum archiepiscopũ, ligantem se, primò principi, retentis in manib. Capituli sex castris, & abiuratis per eũ ne variare posset, sc. Oppenheim/ Bingẽ/ Ereuels/ Starckẽberg/ Lonstein & Miltenberg, concorditer receperũt, qui & postea feruẽter Ludouico adhæsit. Rex quoq; Ioannes Bohemiæ videns se non proficere, se cũ Principe reformauit, homagiũ præstando eidem. Dataq; certa pecunia eidẽ Bohemo per Australẽ, in recompensam ducatus Carinthiæ, cũ Australi concordati sunt Hungarus & Bohemus. Quantũcunq; autem Benedictus Papa ad absolutionem Principis niteretur: in prædictis tamen Francię & Apulię regibus, & quasi omnib. Cardinalibus, seductis per eos, assensum habere nequiuit. Vnde tandem legatis Principis sępe ad Curiam veniẽtibus, quibus & legati regis Franciæ plures in Curia verecundias inferebant, in tantũ, quòd nullũ poterant habere finem: respondit, asserens, sibi hoc non à homine, sed à S. spiritu inspiratũ. Et creditur habuisse reformationẽ in animo, non cũ tanto honore & cõmodo prædicti regis & sedis, sed cũ eorũ detrimento & scãdalo processurã: quod & ipsius regis discrimina subscripta demonstrant. Et ex tunc Papa, qui ab initio quasi mortem non curans, ea quæ gessit in animo, patefecit, motum suũ didicit occultare. *Henricus comes à Virnenburg archiepisco. pus Moguntinus.*

In diebus illis Spiræ conuenientibus Principe, Henrico Moguntinensi de Virnenburg archiepiscopo, itẽ Argentinensi, Augustensi, Eistettensi, Spirẽsi, Curiensi, & quibusdã alijs episcopis prouincię Maguntinæ, conuocatis, missisq; per eos literis & nuncijs, scilicet episcopo Curiẽsi & Gerlaco comite de Nassawe ad Papã, pro absolutione Principis: & deliberato per eos, si Papa nollet, q; iterum cõuenire deberent, & deliberare, quid faciendũ esset de eo. Cùm Papa Benedictus nuncios recepisset benignè, in aurẽ nuncijs flens quasi conquerebatur, q; ad Principem esset inclinatus, & quòd rex Franciæ sibi scripserit certis literis, si Bauarum sine eius voluntate absolueret, peiora sibi fierent, quàm Papæ Bonifacio à suis prædecessoribus essent facta: nuncijq; ad rogatum Papæ, per Delphinum per montana sunt vsq; Lausannam perducti. *Alia Cæsaris ad Pontificem legatio, è Cõuentu Spirensi, 1336.*

Eduardus autem rex Angliæ valentissimus, renouato contra Philippũ prædictum regem Franciæ odio antiquo prętendens, se verum regni hæredẽ, habitis tractatibus cum Flandrensibus, duce Brabantiæ, comitibus Hollandiæ, Gelriæ, Iuliacensi, Montium, & alijs inferiorum partium magnatibus, qualiter posset ipsum Francũ inuadere, cogitauit. Quamuis autẽ ijdem principes Aquilonis ipsum Francum ipsis grauẽ, exosum haberẽt: cũ tamen omnes quasi eius essent vasalli, nisi ab Imperatore mouerentur, cuius essent homines ligij, inuadendi eũ cum honore occasionem aliquam non habebant. Et ecce rex Angliæ cum reuerentia accedens Principem in villa Rens, super Rhenum sibi facto homagio, colligauit se eidem. Princeps verò ipsum regem, datis super eo literis Imperialibus, generalem Vicarium per Germaniam & Teutoniam deputauit. Scripsit quoq; literas Princeps regi Franciæ, quem Philippum de Valesio nominauit, quòd ab occupatione terrarũ Imperij desisteret, ac fideli Imperij Eduardo regi Angliæ, principi suo dilecto super querelis suis iustitiam faceret coram ipso principe: alioquin cùm ipse Philippus feuda quæ teneret ab Imperio, nõ recognouisset sicut rex Angliæ, ipsi Eduardo assistere cogeretur in quantum iustitia persuaderet, & diffidare Philippum. Quo diffidato, & monitis inferioribus Principibus, vt assi- *Anglus cum Cæsare aduersus Gallos fœdus pangens.*

NE.

sterent imperio, vt tenerentur: omnes ijdem principes sunt regi Angliæ colligati. De qua diffidatione Papa Benedictus, ea intellecta, multum iocundabatur.

Dedit autem rex Angliæ Ludouico principi LXXX milia aureorum, & in duplo tantum, vt cum eo cum magno exercitu terram accederet Franciæ, quod eidem promisit. Fuit autem rex Anglię recens, & paratus Franciam visitare: sed ex persuasione & astutia Principis, simulantis se illico progredi, non iuerunt. Rex autem Francię timens eorum aduentum, se in finibus regni sui versus Flandriam posuit, cum XXX milibus galeatis, decem hebdomadis eorum expectans aduentum, nunquam in aliqua parte terram inimicorum attingens, sed quolibet die duos florenos pro quolibet galeato expendens, exceptis equorum perditionibus, & alijs damnis, ita quòd brigarum sarcinam didicit inconsuetam.

Anglus Gallam infesto exercitu petit, 1337. Sequenti autem anno rex Angliæ se simulans non iturum in Franciam, cum duodecim galeatorum milibus est ingressus, terramq; ipsam per XL miliaria in circuitu ignis incendio, & aliàs crudeliter vastauit, multasq; munitiones non bene fortes funditùs demoliuit: Ludouico Marchione de Brandenburg filio Imperatoris, qui tunc eidem regi cum centum galeatis aderat, in ipso exercitu cum incendiarijs regẽ continuè præcedente. A Parisijs autem ipsius Angli exercitus minus vna diæta distabat, quem Francus cum XXX equitum milibus, & omni sua multitudine aggredi non audebat. Et cùm ipse Anglus conflictum diebus aliquot expectasset, tandem præ carentia victualium illæsus recessit.

Tertio autem anno, rex Angliæ cum omni potentia Flandrensium, & præscriptorum Aquilonis principum se parans, Principi Ludouico pecuniam sibi promissam aliquot diebus post terminum statutum in oppidum Franckfurt destinauit, desiderans eum secum propria in persona transiturum. Princeps autem prætendens lapsum termini, & pactum partium de amittẽdo iam datam pecuniam, cum liberatione promissi, nisi intra terminum præfixum pecunia solueretur: pecuniam remisit eandem: prætendens etiam se non cum quingentis galeatis, prout rex exegerat, sed cum duobus milibus sub expensis regis, prout conuẽtum asseruit, & prout deceret Principem, transiturum: sicq; conquerẽte rege de ipso Principe secundum quosdam, secundum alios ipsis occultè in vnum concordantibus, princeps cum magno vituperio, Alemanorum in partibus remansit. Anglus verò cum prędictis principibus & Flandrensibus ciuitatem Tornacensem regis Franciæ pluribus mensibus potẽter obsedit. Francus verò se ponens in vicino, cum maxima hominum multitudine, Angli exercitum non inuasit. Habuit enim Anglus, exceptis equitibus, ter centum millia peditum armatorum. Et post multa discrimina, relicta quondam comitis Holandiæ Monialis, soror Franci, mater comitis Hollandiæ, socrus Ludouici principis, Angli & comitis Iuliacensis de vno exercitu in alium sæpe transiens, treugas ad triennium inter Francum & Anglum & eorum consortes, cum difficultate maxima ordinauit. Dixit autem Papa Benedictus de Franco: Iste pacem noluit, & elongabitur ab eo.

Inducia inter Anglos & Gallos.

Cæsar Gallo reconciliatus. Post hæc misit Francus nuncium & literas Imperatrici, filiæ sororis suæ, quã dominam Alemanniæ scripsit, vt inter ipsum & Principem concordiam, si posset, ordinaret, & sibi nuncium, de quo princeps confideret, de concordia attentanda destinaret. Et missis hinc inde pluries nuncijs & literis inter Principem & Francum interpositis iuramentis, & cõfectis literis, liga perpetua est firmata: in qua ipse Francus Principem cum sede apostolica reformare iurauit. Et sic Princeps per Francum, & in tota Francia, post hæc & Parisijs scriptus est & nominatus Imperator. Cùm autem consiliarij Franci propter processus apostolicos anxij, dubitarent, dicebant nuncij principis: Si estis in proposito nostro, quòd processus non ligent, bene consuluistis domino nostro: sin aliter, tradidistis eũdem. Et sic Princeps commissionem Vicariatus factam regi Angliæ, in parlamento publico & literatoriè reuocauit.

Missisq; interim sæpius nuncijs Imperatoris, vnà cum legatis & literis Franci, ad Papam, pro reformatione Principis, Papa Benedictus nunquam Ludouicum *principem* ad arbitrium Franci, nunc hęreticum, nunc Christianissimum haberi *debere*, respondit: Et protracto varijs occasionib. negotio: Francus (vt credebatur) *quod* noluisset, simulauit se velle: Benedictus verò, quod voluisset, simulauit *se nolle*.

Inte-

Interim conuenientes in villa Rens ſuper Rhenum Imperator & Principes electores, confectis deſuper literis & iuramentis præſtitis, quòd Imperium & eius iura contra omnes, nullo excepto, manu tenerent, & ad ipſum omnes quos poſſent, arctarent, nulla abſolutione vel quauis occaſione obſtante, firmârunt. Poſt hæc Ludouicus princeps, anno Domini M. CCC. XXXVIII, regni ſui XXIIII, imperij verò XI, die octaua menſis Auguſti, in Franckfurt vocata Curia, decretum quoddam, de conſilio quorundam fratrum Minorum, confectum, ſub ſigillo ſuo magno, edidit: in quo & inter alia declarauit, proceſſus quondam domini Ioannis Papæ nullos: & quòd Papa non poſſit contra Imperatorem talia attentare, cùm iurisdictiones ſint diſtinctæ, ianuis ſuæ Curiæ affigebat, cum iuriũ approbatione: vbi & præcepit per principes inuadere prædicatores. Quarum copiam & coniurationis principium cum Papæ tuliſſem, exponendo, epiſcopũ Argentinenſem non poſſe plus reſiſtere Principi ſuo, quò minùs ab eo Regalia, faciendo homagium, recognoſcat: ipſe viſus durè loqui de Principe, cùm à me audiuiſſet benignum ſermonem, ſuum principẽ plus extuliſſe, quàm ſi ei centũ millia marcarũ dediſſet, Papa vltra modũ ridens dixit: O vult ergo pro beneficio malũ reddere. Ex quo riſu apparuit, quòd ex corde verborũ duritia nõ proceſſit.

Decretum imperiale contra pontificas in Cæſarem diras, 1338.

M. Albertus de ſe ipſo.

Obijt autem Heinricus dux Bauariæ, gener Ioannis Bohemi, relinquens filium paruulũ: quo breuiter mortuo, Princeps totã eius terrã, ſcilicet inferiorem Bauariam, excepta parte, in qua matri Henrici relictus vſufructus ad tempus vitæ, illico occupauit: quod nõ ſolùm Bohemus, ſed & Auſtrales ægrè tulerunt. Duo enim filij quondam Ottonis ducis Auſtriæ, qui fuerant filij ſororis prædicti Henrici Bauariæ, ad terram aſpirabant eandem. Rex autem Cracouiæ, qui prædictam relictam etiam non viſam, marito viuente amauit, aſſumpto ſibi Bohemo patre, cauſa videndi ipſam, in Bauariam eſt profectus, quam inuenerat infirmantem. Ingrediens autem pater, rogauit eam, vt aduenam Cracouium, eam diligentem, ſalutaret benignè. De quo Cracouio quaſi gentili illa probiſſima valde territa, cùm eum ſalutaſſet, ſe vertens ad parietem, nullo verbo dicto amplius, expirauit, cuius terram Princeps ſimiliter occupauit. Hiſtriones autem quidam, ſuper prædictorum nece Bauarorum, intoxicationis fraudem Principi impingebant.

Cæſar infertore Bauaria potitur, 1339.

Eo autem tempore quo Princeps & Anglus amicitiam contraxerant, vt præfertur, actum eſt quòd filia pulcherrima nouennis Angli, quæ ob hoc Monacũ miſſa fuerat, & diu ibi morabatur nuptui dari deberet Friderico, filio quodam Ottonis ducis Auſtriæ, cui Princeps de pecunia ſibi per Anglũ data, dare debuiſſet XL millia florenorũ. Quam cũ non daret, nec Fridericus eam traduceret, Anglus filiã reaſſumpſit, de quo cùm improperaretur, Auſtralibus iterũ miſſis ab Auſtria in Angliam nuncijs, de eiſdẽ nuptijs eſt tractatum. Actum etiã fuerat, quòd filia principis nubere deberet Lupoldo Auſtrali, eiuſdẽ Ottonis filio iuueni: verùm illi duo fratres vnus poſt alterũ obierunt.

Item eo tempore duces Auſtrię obierunt, ita quòd de Auſtralibus nemo remanſit, nec Albertus arthritide in manibus & pedibus cõtractus, qui ex Ioanna de Phirt coniuge ſua Rudolfum filiũ paruulum habuit, qui cũ non crederetur eius Cõtracti filius, ipſe tamen Albertus ſuũ fecit filium eſſe & ſermonibus prædicari. Cùm autẽ Ludouicus princeps aſpirare ad ducatũ Auſtriæ diceretur: idẽ Albertus ac Carolus marchio Morauiæ Bohemus, de pdicto Rudolfo puero & filia Marchionis ſpõſalia cõtraxerũt.

Rudolfus dux Auſtria.

Cùm autem Rupertus rex Siciliæ imò Apuliæ non haberet filium, miſit ad Carolum regem Hungariæ, fratruelem ſuum, vt ſibi vnum de filijs ſuis deſtinaret, poſt ſe dominia ſua obtenturum, recognoſcens ſe eundem Carolum ſupplantaſſe. Miſſo itaq; Andrea Hungari filio, Robertus ei neptem ſuam ex filio copulauit. Mortuo autem eodem Carolo quarto Hũgaro, ſucceſſit ei filius primogenitus Carolus quintus: idemq; Carolus quintus rex Hungariæ filiam Caroli marchionis Morauiæ duxit in vxorem. Obierat autem ſine liberis maſculis, vxor Ludouici marchionis de Brandenburg, primogeniti Principis, quæ fuit filia regis Daciæ.

Andreas regis Vngaria F. in ſpẽ regni Apulia vocatus.

Cumq; Ioannes comes Tyrolis, filius Bohemi impotens, vxorem ſuam ſemiſtuam plurimùm moleſtaret, inter alia eius mordẽdo mammillas, illa cum Baronibus ſuis habitis occultis tractatibus, eiecto Bohemo de comitatu, prædictum Ludouicum Marchionem de facto in maritum recepit. Sicq; Ludouicus princeps, filium Ioannis

Comitatus Tyrolis ad Brandeburgicũ, Cæſaris filium.

regis Bohemiæ, vxore & dominio ſpoliauit, inconſuetum & horribile facinus attentando. Filium namq; ad hoc maleficij genus induxit inuitum, quòd videlicet vxorẽ ſui conſanguinei in tertio gradu, non ſeparatam ab vllo iudice eccleſiæ, ipſamq; ſuam conſanguineam non vxorem, ſed mœcham traduxit. Prætendit autem Princeps, ſe iuſtè illum à comitatu eieciſſe, de quo (vt tenebatur, & vt ſibi per regem Bohemiæ patrem promiſſum aſſeruit, ſub cautione rehabendi ciuitatem Egram, quod non fieret) nunquam ſe à Principe petierit inueſtiri. O idolorum ſeruitus auaritia, quę tantos principes confudiſti, ex quibus iterum inter Bohemos & Principem & filios tuos non immeritò liuor edax, & odia ſuſcitantur.

Progredior autem ad geſta ſub Clemente Papa ſexto, ad aliqua quæ ſub Benedicto geſta ſunt, reuerſurus.

Mortuo namq; Ruperto Sicilię rege, & prędicto Andrea fratre Hungari regnum comitatumq; Prouinciæ, & omnia Roberti dominia obtinente, eoque apud Papam Clementem pro coronatione laborante: Papa ſibi cardinalem dare niſus eſt, curatorem: quod ille potens nimium, vilipendit. Cardinalis quoq; Petragoricenſis (ex cuius ſorore olim Ioannes, frater Roberti regis, reliquit filium principem Taranti, pro eodem principe in conſiſtorio allegauit: ipſum tanquam vna linea Ruperto proximiorem, quàm fuerat Andreas, in dominijs præferendum) coronationem plurimùm impediuit. Cumq; ipſe Andreas eadem dominia annis aliquot tenuiſſet, tandẽ miſſis Papæ, per regem Hungariæ, fratrem Andreæ, octoginta milibus florenorum, pro coronatione Andreæ, cùm crederet coronari debere: nocte Neapoli, cùm ipſe Andreas in camera ſua iam ingredi vellet lectum, quidam vocantes eum, dicebant, ſibi de fratre ſuo nuncios deſtinatos. Quos cùm in craſtinum expectare iuberet, & illi pro eius egreſſu inſtarent, vxor Andreæ ipſum egredi incitauit. Quo egreſſo de camera, illi mittentes laqueum in collum regis Andreæ, ipſum crudeliter iugularunt, ipſum etiam præcipitantes de muro. Nutrix autem eius, quam de Hungaria ſecum adduxerat, quæ frequenter reginæ aderat, de mora reuerſionis Andreæ attædiata, egreſſa cameram, cùm neminem inueniſſet, proſpiciens per feneſtram, videbatur ſibi videre regem in terra iacentem, ac territa dicens, Domine: ac repentè deſcendens, ipſum reperit iugulatum. De quo crimine non ſolùm vxor & princeps Taranti, ſed & Papa & aliqui Cardinalium tenebantur ſuſpecti. Factum eſt autem hoc facinus, anno Domini, M. CCC. XLV. Sed quid ex hoc ſequutum ſit, reſeruans, regrediar ad priora.

Andreas Apulia rex dolose peremptus 1345.

Nota regreſſum ad priora.

Temporibus prædictis erant duo fratres Delphini Viennenſes, nepotes Caroli tertij regis Apuliæ, ex filia, & pronepotes quondã Rudolphi Romanorum regis: quorum iunior Humbertus nomine, ducens filiam ſororis Roberti regis, fratris prædicti Caroli, cum ipſo Roberto Neapoli morabatur. Socer autem prædicti Humberti, quem vxor eius clam receperat, Comes Nouellus à * nouitate eſt dictus. Orta eſt autem briga duriſſima inter Delphinum ſeniorem, & Aimonem comitem Sabaudiæ, & tempore Ioannis Papæ multis annis durans: ac tandem Delphino per iaculum in cuiuſdam caſtri prædicti Comitis obſidione occiſo, Humbertus frater eius dominiũ Delphinatus nanciſcens, ita Aimoni comiti reformabatur, quòd pro maiori cautela quilibet eorum vaſallus alterius eſt effectus, ſicq; inter eos briga ceſſauit. Hic Humbertus benè literatus, liberis carens, faciem quaſi muliebrem habens, plus ſermonibus & ſtudijs, quàm militiæ inſiſtebat. Hunc Benedictus Papa diligens, ſtatim promoto Curiam ſuam Auinionem dedit eidem. Et quia Papa regi Francię exoſus erat, multũ in Delphini defenſione confidit. Cùm autem Papa quandam terram Delphini, vicinam Curiæ, ab eo emiſſet, ſi ſine liberis decederet, ad Romanam ſedem deuoluendam, pro quinque millibus florenorum, ipſiq; Delphino pro vita ſua caſtrum pontis Sorgiæ aſſignaſſet, recepta pecunia: homines terræ illius cùm conſentire nollent, diſtracto contractu pecunia Delphino ferè tota remanſit.

Delphini Viennenſes.

** al. natiuitate.*

Miſit autem rex Franciæ pro Delphino: qui cum bona fide ad Curiam regis veniſſet, quidam eum ſalutans in tranſitu, dixit ei: Facite quicquid petetur à vobis, vel perpetuò eſtis tentus. Ductus autem Delphinus ad cameram regis, in præſentia conſilij audiuit à rege: Auuncule, cupio quòd recipias pecuniam, & ſis ſeruitor meus,

meus, annuens omnibus factis meis. Ad quod respondit Delphinus: Domine, cùm sitis consanguineus & promotor meus, aliàs in omnibus vobis consentirem: ex quo ergo largitatem vestram mihi ostenditis, feruenter in omnibus vobis astringar. Rex autem grates ei referens, & annuos redditus eidem promittens, dixit: Cùm intendam villam Viennensem citra Rhodanum circundare muro, rogo quòd tibi placeat? Cui ille: Non solùm illud, sed quicquid volueritis placet. Delphino itaq; euadente, rex illico ex opposito Viennæ ciuitatem constructit, turrim in ponte ponendo, quod ante præ Delphinis aggredi non audebat. *Villa Viennensis Gallia.*

Post hæc idem rex cum auxilio archiepiscopi Viennensis attrahere conabatur Viennam. Veniens autem Delphinus, archiepiscopum expulit. Transeuntes autẽ ministri regis, dixerũt Delphino: Domine, factum archiepiscopi est factũ regis. Quibus ille: Satis habet agere rex vester, vehementer abite: & sic dolus regis est impeditus. Post hæc tempore Clementis Papæ sexti, cuius & regis Francię vnum cor erat, actum est, quòd terra Delphini post mortem eius liberis carẽtis, pro multa pecunia data & promissa, ad regem deuolui deberet: quæ tamen terra quasi tota ab Imperio detinetur. *Delphinatus regno Gallia attributus.*

Temporibus prædictis rex Lithuaniæ gentilis, iuuenis & recens, tempore ipsius Clementis, fratres Teutonicos sanctę Mariæ in Prussia & Liuonia plurimùm infestauit, multa Christianorum millia occidendo, & conuersos ad fidem reducendo in perfidiam. Venerunt autem Magistro Ordinis, sequenti anno, scilicet sub anno Domini M. CCC. XLV, in subsidium, reges Hungariæ, Bohemiæ, Marchio Morauiæ filius Bohemi, comes Holandiæ, & multi dominorum. Sed propter desidiam Magistri, de eis diffidentis, cùm venissent in terram Lithuaniæ, & diceretur regem Lithuaniæ in Prussiam ex alia parte ingressum, reuersi sunt, & infecto negotio discesserunt. Ob quam desidiam depositio Magistro, alter virilis est substitutus.

Eisdem diebus comes Holandiæ, iuuenis & recens, qui fuit frater Imperatricis & reginæ Angliæ, gener ducis Brabantiæ, reuersus à Prussia, ciuitatem Vtrich longo tempore cum innumerabilibus expensis, in odium Frisonum, potenter obsedit. Quibus sibi cum quibusdam pactis reformatis: postea Frisiam ingrediens, à Frisonibus est occisus: cuius relictam postea ad septem annos accepit filius Ioannis regis Bohemiæ, comes de Lützelburg in vxorem. Sicque eodem anno Domini, M. CCC. XLV, ante autumnum comes Holandiæ, & Andreas rex Apuliæ perierunt. *Traiectum infernum. Wilhelmi Holandiæ comitis interitus, 1345*

Eo tempore gentiles, scilicet Turci, qui & ante regnum Armeniæ ad perfidiam coëgerant, & terras Christianorum, scilicet Cyprum insulam, Rhodon Hospitalariorum, & alias vicinias cœperunt viriliter infestare. Quibus Veneti, rex Cypri, Hospitalarij & alij Christicolę restiterunt: quibus etiam Delphinus cum CCCC coopertis equis, quasi sub nomine Papę, in subsidium transfretauit: qui prædictum regem Andream Apuliæ, consobrinum suum, in itinere iugulatum inuenit.

Tempore Benedicti Papæ, anno Domini M. CCC. XXXV, sabbato quo cantatur *Charitas*, cùm Berchtoldus episcopus Argentinensis monuisset omnes Rectores eccleſiarũ, & alios ad sacerdotium astrictos, vt ad sacros ordines ascenderẽt, & ob hoc conspirantibus contra eum, cum Gebhardo de Friburg prępposito, Conrado de Kirckel thesaurario, & quasi toto clero appellantibus: inter episcopum & clerum graue scandalum est subortum.

Mortuo Gebhardo præposito Argentinensi, ac Ioanne de Liechtenberg, & Vlrico de Signowe, filio sororis prædicti Berchtoldi episcopi, in discordia ad prępposituram electis, & Vlrico per episcopum, Ioanne verò postea per H. archiepiscopũ Moguntinũ in discordia confirmatis, C. de Kirckel & pluribus alijs prælatis habentib. rancorem contra episcopũ: ecce ipse episcopus in villa Haselach, circa mediã noctem per Rodolphũ de Hohenstein, & suos complices familiares, C. de Kirckel & Io. de Liechtenberg, fuit captus, & primò ad castrũ Waldecke, & postea ad castrũ Kirckel adductus honorificè, sed tutissimè est detentus, & eductus fuit nudo corpore, anno Domini M. CCC. XXXVII, quinto Non. Septemb. Quod intelligẽs Papa Benedictus, illico Ioanni Senepiscopo Basilienſi, Argẽtinensis eccleſię administrationẽ cõmisit, quia fuerat filius sororis eiusdem Berchtoldi episcopi, & contra captiuatores prędictos, per excommunicationis sententiam processit. *Berchtoldus Argentinensis episcopus capitur, 1337.*

Venit autem ijsdẽ temporib. Argentinã Albertus dux Austrię, episcopi cõfœderatus

de Aquisgrano in peregrinatione, cuius intentio tunc fuerat ad obsidendum Nüwil-
re, & alias munitiones Ioannis de Liechtenberg, & Sigismundi fratris sui, propter cap-
tiuationem prædictam: quæ obsessio fuerat obmissa, quia asseruerunt prædictum C.
de Kirckel fore principalem huius facti. Tandem cùm ipse episcopus XVI hebdoma-
dis fuisset captiuatus, post multos tractatus amicorum suorum, sub multis cautioni-
bus, fideiussoribus, & obsidibus, ac varijs pactis extitit liberatus, & cum C. de Kirckel
concordatus.

Veniente autem illis temporibus Ludouico principe Columbariam, Argenti-
nensis & Basiliensis episcopi ipsum cum magna multitudine accesserunt, & qualiter
circa episcopum Argentinensem actum fuisset, eidem enarrauerunt. Ille autem simu-
lans se dolere, ad attrahendum eos suo seruitio insistebat. Argentinensis autem episco-
pus congregationem episcoporum prouinciæ Moguntinæ persuasit. Quibus sic
Spiræ congregatis, ac Henrico archiepiscopo Moguntino sedis Apostolicæ prouiso,
qui & ipse principi se colligauerat, ad inducendum in idipsum Argentinensem pluri-
mùm laborante: communi consilio missi sunt, Vlricus episcopus Curiensis, & Gerla-
cus comes de Nassowe, ex parte episcoporum Moguntinensis prouinciæ, ad Papam
& Cardinales, pro reformatione principis Ludouici laborantes, quibus papa Benedi-
ctus, præ timore regis Franciæ annuere non audebat, sicq; infecto negotio celeriter
ad partes suas sunt reuersi.

Moguntina prouincia episcopi pro Ludouico apud Pont. intercedit.

Cùm autem Princeps & Moguntinus prædictum Berchtoldum episcopum Ar-
gentinensem ad concordandum cum ipsis, & ad recognoscẽdum sua Regalia à dicto
principe, precibus, muneribus vel minis inducere nequiuissent, ipsi principes asseren-
tes ipsum episcopum dixisse: Si nuntij prædicti infecto negotio à Papa reuerterentur,
se velle concordare cum illis, quod tamen ipse episcopus negauit, & quòd ipsi se pro
liberatione episcopi, fideiussores & obsides constituerunt, & quòd eos liberare nollet:
ligæ pacis generalis Rheni inferioris acriter sunt conquesti, de quo instrumentum
publicum produxerunt contra ipsum.

Præmiserat autem illis temporibus episcopus Argentinensis Papæ & Cardinali-
bus nuntios, & literas pro consilio & auxilio, vel quod sibi indulgeretur, quòd posset
principi homagium exhibere, cùm non præsumeret se posse finaliter reluctari. Papa
autem dicens, illum coronam Imperialem non à Papa recepisse, respondit, quòd si in
huiusmodi consentiret homagium, per hoc posset Romanæ ecclesiæ præiudicium
generari, & quòd ipse episcopus in resistendo illi, sine iactura ecclesiæ suæ faceret pos-
se suum. Licet autem multi Cardinalium ad subueniendum episcopo feruenter in-
starent, Papa paruipendens factum dixit, Isti vellent, quòd facerem perire istum bo-
num hominem, quem scio reluctari non posse.

Papa petit Argentinẽ sem Cæsari homagium præstare.

Tandem cùm Argentinenses & terra *Mundat* per aduocatum Principis, pro-
pter rebellionem episcopi Argentinensis, damnificati fuissent: ecce Argentinenses
inito consilio, episcopum nisi concordaret cum principe, diffidârunt. Tunc episco-
pus in expensis exhaustus, à suis derelictus, metuensq; se à suis oppidis excludi, propter
fauorem Argentinensium anxius, licet paulò antè in capitulo suo respondens consu-
libus Argentinensibus dixit, Potiùs se velle reuerti in Ordinem suum Teutonicum,
quàm Ludouico principi homagium exhibere: de communi consilio omnium suo-
rum fidelium, Spiram principem accedens, scrupulum conscientiæ obmittens, sibi
homagium fecit, & regalium suorum ab eo, tanquam Imperatore, inuestituram ac-
cepit: protestans in Principis præsentia, eo consentiente, quòd nõ minùs domino suo
Papę vellet in omnibus obedire: protestans etiam ante accessum, in præsentia multo-
rum Comitum & Baronum, quod huiusmodi homagium faceret non voluntarius,
sed coactus. Sicq; in choro maioris ecclesiæ Spirensis, cum Principe & Moguntino
Missas audiuit. Papa autem ob hoc episcopum Argentinensem pro excommunica-
to non habuit, nec eò minus causas delegandas ei scienter commisit.

Victus Argentinensis officium facit.

Obijt autem feliciter Benedictus Papa, octauo anno pontificatus sui, scilicet an-
no Domini, M. CCC. XLII, de mense Maij, & inclusis Cardinalibus per *Seneschal-*
cum prouinciæ, statim electus est, Petrus Rogerij, ordinis S. Benedicti, *Cardinalis*, qui
fuit Rotomagensis archiepiscopus, progenie militaris, qui nominatus est Clemens
sextus.

Clemens 6, Pontifex. 1342.

sextus. Statim ergo vt electus est Petrus, sermonem faciens, & grates Deo referens, qualiter primò in diuitem Abbatem, postea in meliorem episcopatum, tertiò in optimum archiepiscopatum Franciæ promotus fuerit, & has dignitates omnes grauibus reliquerit sarcinis debitorũ grauatas, & postea ad Cardinalatum, & postremò ad summam hanc dignitatem peruenerit, nutu diuino, eò quòd priora eum nutrire nequiuerant, per ordinem enarrauit. Hic ab antecessoris sui moribus multùm distans, mulierum, honorum & potentię cupidus, ac suorum auidus promotor, ac seipsum & Curiã de Simonia diffamans, ipse Francus Franco feruenter adhæsit. Tempore quoq; coronationis suæ, primogenito Franci, qui cum duce Burgundiæ auunculo suo aderat, magnam pecuniæ summam erogauit. Qui filius Franci, gener Bohemi, intrans Consistorium, pro rege Alemanniæ rogauit, sed in dolo.

Curia papalis simonię nomine diffamata.

Hic Papa cum arma progeniei suę haberent quinq; rosas contra morem antecessorum, totidem rosas poni fecit in Bulla. Qui cùm adhuc esset Roromagensis, Parisijs in præsentia Franci & Bohemi, publicum sermonem faciens, ipsos contra principẽ, quem nominauit Baurum, animauit: interpretans nomen baurus, id est, *nesciens tergere barbam*, quia tantam dixit esse fœditatem oris sui, quod ipsam abijcere non valeret. Hic omnes ecclesias mundi per petitiones in immẽsum grauauit. Et cùm quęreretur, an pauperes clerici bene examinari deberent: respondit, quòd montes & colles ipsos examinassent. Cui Papæ rex Anglię de consilio cleri & populi Angliæ rescripsit, quòd in concessiones huius, quas ipse Papa faceret, præsertim aduenis, qui thesauros ecclesiæ deferrent, & in prouisiones pręlaturarum, nullatenus consentiret: quia cùm olim reges Angliæ ecclesiarum patroni de consensu sedis Apostolicæ capitulis cõcessérint electionẽ, si Papa pacta huiusmodi non seruaret, res in pristinã reuertere tur naturam.

Simulauit autem Papa se reformationem principis affectare: missisq; iterum atq; iterum nuncijs per Principem ad Papam & ad regem Franciæ, illoq; literis & nuncijs intercedente pro ipso, sed vt videbatur in dolo: legati verbis diu tenti, finem habere nõ valentes, infecto negotio sunt reuersi. Papa autem munitionem literis ostijs ecclesiæ Auinionensis affixit, contra principem, vt vsq; ad certum diem satisfaceret Deo & ecclesię, & ab occupatione iurium Imperij desisteret, & plura alia faceret sub grauium comminatione pœnarum. In quo termino, in Cõsistorio, & crastino similiter, Latinè & Teutonicè clamari fecit, si aliquis adesset pro Ludouico de Bauaria: nemine tamẽ comparente. Et licet contra eum intendisset acriter procedere: tamen ipsum Ludouicum reputauit solummodo contumacem. Scripsit etiam princeps Franco, cùm certum esset Papam ad nutum suum regi, si quid contra se fieret, hoc à Franco haberet, & secundum hoc se regeret: & ipse princeps literas Franci principibus ostendebat. Vnde pro tunc Francus scripsit Papæ, quòd nullatenus procederet contra Ludouicũ.

Cæsar à Pontifice contumacia damnatus.

Missisq; iterum per principem literis & nuncijs ad Curiam & ad Francũ, ad sciscitandum causam impedimenti reformationis, cùm ipse paratus esset omnia facere quæ sibi iniungerentur à Papa: datoq; responso per Francum, quod diceretur per Papam, quòd non peteret eo modo gratiam, quo deberet. Nuncijsq; (prout in mandatis habebant) dicentibus, quòd daretur eis forma Procuratorij, Papæ placens, secundum quam, qualiscunq; esset, se petituros, dicebant. Conceptumq; est procuratorium turpissimum & rigidissimum, quod non credebant Ludouicũ sigillaturum, etiamsi captus fuisset. Dabatur enim in eo potestas, Humberto Delphino, auunculo principis, item Augustensis & Babenbergensis ecclesiarum prępositis, item M. Vlrico cancellario suo, in solidum confitendi omnes errores & hæreses. Item resignandi imperium, nec resumendi, nisi hoc fieret de gratia Papæ, & se ac filios suos, ac bona, ac statũ suum in manus & voluntatẽ Papę ponendi, & multa insolita faciẽdi. Verùm Princeps mandatum huiusmodi non solùm sigillauit, sed etiam corã tabellione, misso per Papam, se seruaturum, nec reuocaturum iurauit. De quo Papa ipse & Collegium mirabantur, dicentes intra se: iste homo diffidentia est perplexus. Illisq; quatuor procuratoribus iuxta formam mandati iurantibus, ac pro articulis iniunctionis & pœnitentiæ denuò instantibus, nec sine articulis abire volentibus: tandem Papa de consilio Collegij, articulos quos principem facere voluit, qui non tangebant personam eius, sed statum Imperij, assignauit. Quibus articulis principi præsentatis, ipse eorum copiã vniuersis

Indigna Pontificis postulata Ludouico proposita, 1343.

Principibus, præsertim Electoribus & magnis ciuitatibus destinauit, omnes principes & ciuitates & oppida totius Alemanniæ ad Parlamentum publicum super eiusmodi facto in Franckfort conuocando. Electores autem Principes, & inferiorum partium magnates, octo diebus ante huiusmodi terminum Coloniæ conuenerunt, huiusmodi articulis se opponere concorditer decernentes.

Capita reconciliationis à Pontifice dictata, imperij decreto reprobantur, 1344.

Conuenientibus autem in Franckfurt principum & magnatum & ciuitatum, & oppidorum imperialium nuntijs, scilicet sub anno Domini M. CCC. XLIIII, de mense Septembri, & quęrente Principe de ciuitatibus Aquensi, Augustensi & Vberlingẽsi & alijs, si adessent: & dicto quod sic, & auscultantibus omnibus: Magister Wigkerus protonotarius archiepiscopi Treuerensis iussus per Principem, sic incepit. Gratioſe Domine, Domini nostri Principes, Electores, & alij Imperij fideles, pridem Coloniæ congregati, recensentes articulos reformationis vestræ, quos Papa requirit, & in quibus intentio apostolicæ sedis resedit, concorditer decreuerant, illos articulos in perniciem & destructionẽ Imperij esse cõceptos: & quòd nec vos, nec ipsi, virtute iuramẽti imperio præstiti, annuere valeatis, & quòd ipsi nuncios & literas dirigere velint, Papæ & collegio, vt ab his desistant. Quod si nolint, iam aliũ terminum in Rens super Rhenum, ad octo dies statuerunt, vbi vobiscum deliberare volunt, qualiter in euentu tali huiusmodi conatibus resistatur.

Quo dicto pro illum finito, quæsiuit ipse protonotarius à Moguntino præsente, & à legatis aliorum principum, si ita esset in facto: illisq; respondentibus, ita esse: dixit Princeps nuncijs ciuitatũ: Vos audistis decretum & consilium principum. Vos igitur nuncij exite, nobisq; vestram deliberationem referte. Illiq; exeuntes, diuq; deliberantes, ad principes redière, & per ciuem Moguntinũ de mandato omniũ taliter responderunt. Domine (notando Principẽ) Ciuitates aduerterunt, qualiter Papa cum articulis ad læsionem Imperij nititur. Et cùm ciuitates non possint stare nisi cũ Imperio, & imperij læsio earũ sit destructio: si dominus Papa in talibus persistere vellet, nos inopes omnibus vijs, quas cogitauerunt domini principes Imperij, ad manutenendũ iura, honorem & integritatem Imperij, erimus obedire & manu tenere parati. Et quęrente illo ciue à nuncijs, si ita esset, omnibusq; nuncijs dicentibus, quòd sic: Princeps grates multiplices referens, ait illis: Post octo dies ego & principes conueniemus in Rens super Rhenum, & auunculus noster Carolus marchio Morauiæ, & deliberationem nostram cum vobis scripserimus, circa honorem nostrum & Imperij (vt confidimus) faciatis: qui hoc facere concorditer promiserunt.

Litera ordinum Imperij ad Pontificem.

Post hæc conuenientibus Principibus in Rens, & de scribendo Papæ conferentibus: Princeps & Bohemus cum filio suo, cùm super læsionibus illis factis concordare non possent, in inuidia discesserunt. Nuncij autem principũ cum Papæ contradictionem articulorum referrent, nec tractandi de aliquo mandatum haberent: Papa cogitans se delusum, maiore dolo & inuidia contra Principem mouebatur, cum Bohemo & filio, ac Treuerensi eorum patruo, ad perpetuum Principis & liberorum suorum exterminium cogitando, qui conceptus biennio parturiens, fecit aborsum.

Bellum inter Angliæ & Franciæ reges recruduescit, 1346.

Post hæc Eduardus Anglus Papæ & Collegio scribens, se Franciæ & Angliæ regem, ac dominum Hiberniæ, qualiter Philippus de Valesio occupator regni Francię, ipsi Anglo iure hęreditario tanq; proximiori in gradu debito, pacem & treugas ab ipso Anglo dolosè per Sedem quasi extortas, infregerit, in hominibus & in rebus: nonnullos Angli fideles occidendo, aliquas terras, quas tempore treugæ initę possederãt, spoliando: cum tamen actũ fuerit, quòd quilibet ipsorum & fideles eorũ in ea possessione qua tunc fuerant, manere deberent, & q, ipse Philippus & sedes Apostolica sæpe per ipsum Anglũ requisiti super reformatione attentatorũ, aliud non fecerint, nisi q, legati Sedis, Cardinales videlicet, vel ad auertendũ fideles Angli ab eius seruitio nitebãtur, & sic pacẽ, quam Philippus non seruauerat, nec Sedes reformari iuxta ꝓmissum procurauerat, ipse Anglus obseruare nõ posset, sed se & suos defendere cogeretur. Philippus sic diffidando, statim cũ magno exercitu Flandrẽses expugnabat, comitẽq; Flandrię, quia ea q̃ ab imperio tenuit, recognouit se à Philippo tenere, à terra Flãdrię *eiecit.*

L. Cæsaris execrationes à Pontifice.

Eodem tempore, anno Domini M. CCC. XLVI, in cœna Domini, Clemens papa contra Ludouicum principẽ crudelissimũ faciens sermonẽ, cõtra ipsum durissimè

proce-

procedens,& eos proceſſus Papæ Ioannis innouans,ipſum hæreticum & ſchiſmaticũ declarauit,in proceſſu pœnas iuris hæreticorũ, & omnes maledictiones antiquas inferendo: in quo etiam monuit Principes Electores, vt Regem eligerent idoneum in Imperatorem, promouendum infra certum tempus expreſſum, ne Eccleſia diu aduocato careat: alioquin circa hoc ſedes Apoſtolica cogitaret. *tifice repetita.*

Illis etiam temporibus Papa Clemens,H.de Virnenberg archiepiſcopũ Moguntinenſem depoſuit,Gerlacum filium Ger. Comitis de Naſſawe, nepotem quondam Adolphi regis,circa vigeſimum annũ agentem,in archiepiſcopũ promouendo.Cauſa autem depoſitionis fuerat,q; adhæſerat & fauebat Principi, propter quod excõmunicatus fuerat, & in excommunicatione animo indurato pluribus annis perſeuerauerat.Idem namq; H.archiepiſcopus, cùm antè habuiſſet litem, cum Roberto duce Bauariæ,filio quondam Rudolphi fratris Principis,propter caſtrum & oppidũ **Winheim/an der Bergſtraſſen**,& ijſdem diebus litem haberet cum marchione Miſſenẽſi, filiaſtro Principis, & lis ducis & archiepiſcopi in principem compromiſſa fuiſſet, qui in Franckfurt partibus terminum ſtatuit,ac partes,cùm mutuò cum armata gente inibi conuenire nitirentur, ac Princeps circa quatuor millia galeatorũ ibi conuocaſſet: Robertus dux videns,ſe non poſſe inibi dominari,cum paucis veniens,& ſe deprehendi ſuſpicans,repente receſſit. Propter quod Princeps Moguntino adiudicauit petita, ducem in multis condemnando expenſis. Poſt hæc Roberto duce ſe cum patruo reformante,& iterum per Principem partibus termino ſtatuto: Princeps (q; Winheim pro certa pecunia,pro qua obligatum dicebatur archiepiſcopatui Maguntino,eidem duci per Moguntinũ reſtitui deberet,decreuit: de quo Moguntinus cõmotus, Winheim cum omni iure ſuo Capitulo reſignauit, dicens: ſe ſine illis compromittere nequiuiſſe.Et ex tunc quæſiuit ſe abſolui a Papa: ſed cùm Papa eũ nimis aſtringere vellet,non ſolùm contra Ludouicum principem, ſed etiam contra iura Imperij: nuncij eius infecto negotio ſunt reuerſi, ipſeq; ſe cum Duce & Principe reformauit,propter quæ depoſitus eſt per Sedem, vt ſupra. *Moguntinum Cæſare fauens officio privatur.*

Eiſdem diebus B.epiſcopus Argentinenſis per Papã eſt abſolutus præſtito iuramẽto,quòd eidem Ludouico de cætero non aſſiſtat, niſi fuerit cum eccleſia reformatus.

Eiſdem diebus Ioannes rex Bohemiæ, & Carolus marchio Morauiæ filius eius, fuerunt in Curia, de oppreſſione Ludouici principis, & promotione Caroli cogitantes. Antea autem idem Carolus in Curia exiſtens,in odium Heinrici Moguntini, Pragenſem epiſcopum, ſubditũ Moguntinenſi, promoueri in archiepiſcopũ procurauit, & duos epiſcopatus in Bohemia ſibi ſubijci, & à Moguntinenſis eccleſiæ ditione abſolui,& eidem Pragenſi ius coronandi regẽ Bohemię, quod antea habuit Moguntinus,concedi: iurans,idioma Bohemicũ à Germanico diſtinctum. De quo poſtea argutus Ioãnes rex Bohemiæ,pater eius,Principibus,q; ſine ſcitu eius factũ eſſet,iurauit. *Epiſcopum Pragẽſis archiepiſcopalis dignitate donatur.*

Poſt hæc prouiſus Moguntinus Gerlacus de Naſſowe,ad villam Rens ſuper Rhenum,ad feriam quartam poſt Margaretæ, ſub anno Domini M. CCC. XLVI, volens apoſtolico mandato obedire, quantũ in eo fuit,ad eligendũ Regem, principes conuocauit:vbi conuenientes Balduinus de **Lützelburg** Treuerẽſis, Walderamus de Iuliaco Colonienſis,itẽ Gerlacus de **Naſſowe** nouiter prouiſus Moguntinẽſis, archiepiſcopi, itẽ Rudolfus dux Saxoniæ, & Ioannes rex Bohemiæ,& imperium diu vacaſſe decernentes,prædictũ Carolum marchionẽ Morauię in regem elegerunt Romanum.Pro quo facto, prædicti Colonienſis & dux Saxoniæ magna pecunia ſunt corrupti. *Carolus 4. contra Ludouicũ Cæſar renunciatus.*

Intenderat autem idem electus in inſtanti ire Aquisgranum pro coronatione,quã Colonienſis ei nitebatur impendere: cui tamen Aquenſes, quantum in eis fuerat intenderant reſiſtere.Imperatrix autem tunc in Holandia ſcripſit Ludouico principi,q; per gentem ſuam poſſet reſiſtere Carolo, ne poſſet Aquisgranũ venire. Occiſo enim a Friſonibus anno priore comite Wilhelmo Holandiæ ſine liberis, cùm Imperatrix eſſet ſenior ſororũ eius (regina enim Angliæ & comitiſſa Iuliacenſis iuniores fuerũt) gentes autem Wilhelmi occiſi,Imperatricem & vnum de filijs ſuis accipere in dominos decreuerunt. Tranſcenderat autem in hyeme Imperatrix cum vno filio ſuo nouenni per Lotharingiam & Franciam, & primò veniens **Hennegowe**, inibi eſt recepta:ita tamen quòd de redditibus terrarum nihil reciperet in vſus ſuos quouſq; occiſi omnia debita eſſent perſoluta. Promouit autem rex Franciæ Imperatricem,neptem *Holandia comitatus ad imperatricem devolvitur.*

suam forsan non amore Principis, sed quia terras per Anglum timuit occupari. Anxius autem princeps, qui tunc steterat in terra sua Bauaria, propter diutinam vxoris absentiam, cùm misisset pro illa, gentes autem illæ vellēt habere seniorem filium Imperatricis pro domino: Princeps Wilhelmum filium suum misit ad terram illam, cū Comite de Katzenelnbogen, post quem idem filius spadonem more garconis equitabat: timor enim erat, propter litem prædictam ipsum deprehendi in via.

Episcopus Leodiensis contra ciues suos infeliciter dimicat.

Cùm autem Carolus electus, ad coronationem iuisse debuisset, eodem mense Iulij episcopus Leodiensis, propter quædā homicidia & iniurias clero allatas, ciuitatē Leodiensem obsedit, volens ibi ad condemnandum illos pro tribunali sedere, ad quem episcopum tanq̄ consanguineum & adiutorem suum, idem Carolus properauit, & pater eius. Habuit autem episcopus secum circa septem milia galeatorum. Aderant enim sibi rex Bohemiæ, & Carolus filius eius, item comes Marchiæ, & frater eius. Item Marchio Iuliacensis, Comes Montium, dominus de Valckenburg, & alij multi Barones. Miserant autem quædam ciuitates vicinæ populo Leodiensi X L milia peditū armatorum, qui se posuerunt in locum iudicij, qui sunt extra muros ciuitatis, se circumuallantes, ne ibidem episcopus posset præsidere. Cùm autem extra locum illum episcopus præsidere niteretur, habitisq; inter partes tractatib. volenteq; populo Leodiēsi restituere clerum in personis & rebus, & super iniuria ad arbitrium meliorum episcopi adiutorum satisfacere: episcopo autem contra consilium suorum omnino præsidere volente: ecce quidam ribaldi de populo impetum facientes in aciem equitum, qui versus stratam, vbi popularibus patebat exitus, fuerant ordinati, eosdem equites ad ingressum per eandem stratam ad populū prouocarunt. & ingredientibus circa quingentis galeatis, occisisq; in impetu multis de populo non armatis: populo verò armato in equites impetum faciente, multisq; occisis, & præcipuè domino de Valckenburg valentissimo, quingenti ingressi, cum alij non sequerentur, eò prout poterant euaserunt, toraq; acies episcopi statim confusa recessit. Iuliacensis autem marchio in loco libentissimè permansisset.

Anglus infesto exercitu Galliam inuadit.

Venientibus autem Ioanne rege Bohemiæ & Carolo filio suo Treuerim, statim venerunt noua, de transitu regis Anglię in terram Franciæ, Francusq; Bohemos pro adiutorio deprecatūr: qui illico in Franciam sunt profecti. Anglus autem Normandiam partem Franciæ ingrediens, cum aliquibus egregijs victis ciuitatibus, alijs verò modicis omnino destructis, spolijsq; in Angliam destinatis, terram illam per L X miliaria in circuitu ignis incendio deuastauit. Post hæc ad ciuitatem Parisiensem ad vnū miliare transiuit, ibiq; multis diebus glorians, multaq; vastans, non audente Philippo cum longè maiori gente Parisios egredi contra ipsum, tandem præ defectu victualiū recessit: versusq; ciuitatem Ambianēsem descendit. Egrediebatur autem Philippus, sequens eum cum gente innumerabili equitum & peditum, ad quatuor diætas, & vbi Anglus præcedente nocte iacuit, se posuit Francus sequenti nocte. Sentiens autem Anglus illos sequentes, vno die eò velociùs quandam syluam transiuit, manè iuxta syluam quasi absconsus se ad conflictum disponens. Transiens autem Francus cum exercitu suo, cum credidisset Anglum ad vnam diætam transijsse, ecce reperit eum ad conflictum paratum. Anglus enim omnes equos suos cum Garconibus a se iuxta syluam collocans, pedestribus se commisit, curribus se circundans, ne equites Franci alibi quàm in cornu anteriori inuadere eum possent, ante se & milites suos præmittens triginta millia sagittariorum. Francus autem præmisit X millia sagittariorum, & gentem innumerabilem C C C millium peditum, ac paneria fratris sui Comitis, item Comitis Flandriæ, ducis Lotaringię, & aliorum, post illos ponens Bohemos & Alemannos. Nolebat enim honorem progrediendi dare Alemannis. Ita se Franci crediderunt securos: manens ipse Francus cum exercitu suo circa X V I millium equitum.

Gallorum clades ad Crescacum

Congredientibus autem primis ad conflictum, circa meridiem, sabbato post Bartholomęi apostoli, anno Domini M. C C C. X L V I, diuq; certātibus, sagittarijsq; Franci terga vertentibus, ac cum populo fugientibus: tota Franci acies fugam dedit, eo reclamante, diuq; cum paucis manente. Diu autē in certamine remanserant Alemanni, ita quòd multa millia hominū sunt occisa. Ceciderunt inter alios Ioannes rex Bohemiæ, qui cœcus fuerat, & se ad conflictū per Henricum Monachi de Basilea, & H. de Clingenberg milites, fecit adduci: Rudolfus dux Lotaringiæ, comes Flandriæ, co-

mes

mes de Bleſs nepos Franci, Comes de *Salmis*, dictus de *Rotbach*, H. de *Ratſamhuſen*, Henricus monachi de Baſilea, H. de *Clingenberg*, & alij plures electi.

Anglus autem poſt receſſum inimicorum, videns Ioannem regem Bohemię occiſum, dolens ſuper eum dixit: Alter lectus regem Bohemiæ deceret, quàm ſic iacere in terra: celebratiſq; ſolenniſſimè exequijs eius, ipſum in Lützelburg cum XII dextrarijs, habentib. arma Bohemiæ deorſum verſa, tranſmiſit. Doluit autē Anglus de Alemannis dicens: Et bene hi in mortē cum Franco pergunt, qui eos odio ꝓſequitur, nec eis quicq̄ largitur: & ego eos diligens, largitus ſum eiſdem. Carolus autem cum armis Imperialibus fugiens de conflictu cū alijs, cùm à Franco aliquid peteret, ſaltem pro Alemannorū expenſis, qui ſibi in adiutorium veniſſent, nihil dedit eidem. Dicebatur autē, q; Francus magnam pecuniā dederit Ioanni Bohemo regi pro ſtipendio Alemānorum quos adduxerat: quā ille eis non aſſignans, ſed eam ſibi retinuit, & Colonienſi archiepiſcopo pro coronatione Caroli filij ſui deſtinauit. Filius autem Franci, ac dux Burgundiæ, exiſtentes in Vaſconia cū viginti millibus, in obſidione cuiuſdā munitionis, optimè per Comitē de Herbe, capitaneū Angli victæ treugas fecerunt cū Comite animo ſubueniendi Franco: ſed anteq̄ eò venerunt, Francus victus eſt, vt ꝓfertur.

Ioan. Bohemia rex occiſus.

Eiecerat autem Francus Robertum comitem Atrebatenſem, ſororiū & conſanguineum ſuum de Comitatu, pro eo quod dixerat, ſe ſcire iuuenem, quem ſecum tenuit, Anglus, fuiſſe filium quondam Caroli regis Francię, & ob quædā alia: conferens comitatum duci Burgundiæ, cuius ſororem habet Francus. Qui Robertus Anglo feruenter adhæſit. Anglus autem poſt victoriam rediens ad mare, obuiam inuenit Reginam, quæ cum victualibus transfretârat, & cum gente.

Obſedit autem Anglus ciuitatem *Kalis* maritimam, habentem portum propinquiorem verſus Angliam, ex qua damna plurima eſt perpeſſus, quæ eſt de Comitatu Atrebatenſi prædicto, & duci Burgundiæ eſt ſubiecta.

Licet autem ab antiquo inter Anglos & Francos ſuper terra Vaſconiæ lis fuerit immortalis, cauſam tamen ſpecialē diſcordiæ horum Philippi & Eduardi ſuper regno Franciæ, digrediens à materia, duxi breuiter exprimendam.

Olim Philippus Pulcher, rex Franciæ, qui regnauit tempore Clementis Papæ quinti & Heinrici Imperatoris, quiq; omnes Iudæos à terra ſua expulit, eorū theſauris retentis: ordinem quoq; Templariorum, propter eorum potentiam & diuitias, pro quibus aſpirauit, confictis in eos quibuſdā turpibus, ab ipſo Papa deſtrui procurauit, quorum domus & bona Hoſpitalarijs Hieroſolymitanis ſunt vnita, fecitq; idem Papa quoſdam fratres eiuſdem ordinis Templariorum, ad inſtinctum Franci igne cremari, per quod tamen fratres Hieroſolymitani modicū profecerunt. Qui Philippus habuit fratrem Carolum, huius Philippi de Valeſio regis patrem. Item habuit tres filios, Ludouicum, Philippū & Carolum: quorum primus & tertius de Burgundia ſorores duas habuerunt vxores. Habuit etiam ipſe Rex filiam reginam Angliæ, matrem prædicti Eduardi. Hæc poſt natiuitatem Eduardi veniens ad Philippum patrem, Eduardum maritum ſuum de Sodomia deferens, ipſum de patris auxilio captiuauit, & vſq; ad mortem tenuit captiuatum. Quo defuncto, hic Eduardus præclarus regnans, matrem captiuauit, & detinuit captiuam: multoſq; qui in necem patris conſpiraſſe propter adulteram Reginam dicebantur, occidit. Hæc Angla antequam diſcederet à curia patris, nedū maritum de Sodomia, ſed & tres vxores fratrum ſuorum de tribus militum adulterio accuſauit, nec ceſſauit, niſi decollatis vxoribus, militibus excotiatione extinctis. Ludouici quoq; vxore extincta, idem Clementiam filiam Caroli tertij regis Siciliæ neptem quondā Rudolphi Romanorum regis, duxit vxorem. Quibus Ludouico & Philippo, poſt mortem patris ſucceſſiuè regnantibus, & ſine prole defunctis, cùm iam Carolus frater eorum regnaret: venit ad eum duciſſa Burgundiæ, mater vxoris eius captæ, timens huic ſimiliter mortis periculū imminere, dicens eis: Peccaui domine, iungens vobis matrimonio filiam meam, quā pater veſter de ſacro fonte leuauit. Et adducens Duciſſa quoſdam teſtes repertos ad Clementem Papā quintum, gaudente rege, diuortiū per Papam fieri procurauit. Regiq; Carolo, filia quondam Heinrici Imperatoris, ſoror prædicti regis Bohemiæ, ex tunc data eſt in vxorem, quæ formoſa valde, omnes alias virtutibus & moribus mulieres anteceſſit. Tranſiens

Cauſa fuæ neſtis belli inter Anglos Gallosq;.

autem quadam vice Rex, & Robertus Atrebatensis Comes, causa venationis iuxta castrum, in quo prior vxor morabatur captiua, missa familia sua in syluam, ipse Rex & Comes sunt castrum ingressi. Illa autem existens in lotione capitis, fugiente familia, viso Rege, se in modum crucifixi ad pedes Regis prostrauit: timuit enim ex aliqua delatione clàm Regem iratũ venisse. Erat autem pulchra & amabilis valde. Rex autem eleuans ipsam, egresso Comite, eam repentè cognoscens, recessit: ex quo illa imprægnata, soli nunciauit Comiti, rogans, vt ipse virtute sua vitæ mulieris & partus insidias præcaueret: quæ pariens masculum, clam eo subtracto, alienum submisit. Verus autẽ filius ex ordinatione Comitis, ad amitam suam, prædictam reginam Angliæ est transmissus, quę eum clàm delicatè nutriuit: putatiuus autem filius breuiter expirauit. Dicebatur enim, Carolum patruum, prædictorum trium filiorum curam, quasi regni, gerentem, ad regnum aspirasse, & ob hoc filiorum regis mortem petijsse. Mortuo aũt eodem Carolo, & post eum Carolo rege ex vxore sua de Lützelnburg nulla prole relicta, ecce hic Philippus, antiqui Caroli filius, sibi regnum vsurpat; qui omnes reges Franciæ à tempore Caroli Magni diuitijs & potentia antecessit.

Mortuo autem Eduardo Anglo in captiuitate, eiq; Eduardo succedente præclaro, filiumq; Caroli auunculi sui secum habente, victoq; per eum rege Scotorum: idem Anglus cum prædicto Philippo litem pro regno viriliter est ingressus, non prætendẽs tam auunculi filium propter sententiam Papæ: quàm se prædicto vltimo regi Carolo proximiorem hæredem: cum Francia à nullo haberi dicatur in feodum, quamuis econtra nullus per fœmininam lineam in regnum successisse dicatur.

☞ Prædicto anno XLVI, Albertus dux Austriæ emens à Ioanne de Stauffen oppidum Münster Brisgaugiæ S. Ruperti, castrum Scharffenstein, quod à duce tenebatur in feudum, sub Friburg, castrum cum oppido confregerat, asserens sibi obligata, nec tempore statuto redempta.

Anglo illis temporibus in obsidione occupato, rex Scotorũ ex instructione Franci, latenter, vt creditur, Angliam est ingressus. Anglus munitus scripsit Anglis: qui ingrediente rege Scotorum, occisa omni sua gente, ipsum ceperunt. ☞

Caroli 4. inauguratio, Bonna facta.

Eisdem temporibus, scilicet anno Domini M. CCC. XLVI, Dominica ante festum Martini, Papa in Consistorio publico prædictũ Carolum in Romanorum regem solenniter approbauit: quem cũ Aquenses & Colonienses non recepissent, in Bunna ab archiepiscopo Coloniẽsi, dominica ante Andreæ, extitit coronatus, & ab ipso Colonienſis, Treuerensis, Gerlacus de Nassaw prouisus Moguntinus, archiepiscopi: item Monasterienſis, Metensis, Leodiensis & Virdunensis episcopi, de suis regalibus sunt inuestiti. Propter quod Papa sciens sibi aduersari Ludouicum principẽ & Vngarum, cum Mediolanensi, antiquo hoste sedis apostolicæ, amicitiæ ligam firmauit.

Prædicto anno XLVI, mense Iulio, Carolus rex Hungariæ de iugulatione fratris dolens, cum magno exercitu, sc. LXX millium equitum, Aquileiam est ingressus, Patriarcham coercens, ingrediendi Apuliam viã quærens. Intromisit autem se defensioni Rhodis ciuitatis maritimę, quã olim Veneti obsederant, cupiens ibi portum maris habere. Et cũ diu rex in terra, Veneti verò circa ipsarum ciuitatẽ iacuissent in mari: Venetorum exercitus latenter de montanis egrediens, magnam occidit multitudinem Hungarorum (triumphauerant enim Veneti cum domino Mediolanẽsi & Veronensibus, ita quòd potentes fuerunt) sic quòd Hungarus iuuenis & inexpertus litium, frustratus proposito suo & negocio, Vngariam est ingressus: Veneti autem ciuitatem vicerunt. Papa enim sciens sibi aduersari Ludouicum principem Vngarum, cum Mediolanensi antiquo hoste fœdus amicitiæ ligauit.

Eodem Iulij mense Ludouicus princeps cum Ludouico & Stephano filijs suis, Comitatum Tirolis ingressus, in Tridẽto, quod sibi & filio ratione ipsius Comitatus subesse credidit, sicut antè cum Vngaro & Mastino Veronensi habere colloquium nitebatur. Episcopus autem Tridentinus ad preces regis Bohemiæ sedis prouisus, assumpta sibi gente Mediolanensi, Tridentinos à prædicti Ludouici Marchionis deuotione retraxit, & custoditis montanis, ne illi conuenire possent, impediuit.

Licet autem scriberetur Principi, de prædictis principibus Electoribus, quòd ad eligendum regem terminũ statuissent, credere hoc noluit, de archiepiscopo Treuerẽsi

& du-

& duce Saxoniæ, quia ipsum elegerant, quousq; veritatem percepit. Et veniẽs in Sueuiã, sibi Comites & Barones quos potuit, attraxit, Marchioniq; Missensi filiastro suo, (cuius vxor relictis pluribus liberis, eodẽ anno obijt, qui filiaster in lite, quã cum Moguntino habuit, de Principe conquerebatur) magnam, vt contra eum non esset, pecuniã assignauit. Conuocatis quoq; ciuitatibus Spiræ, ipsas cõcorditer reperit in sua deuotione feruentes: ita quòd nec vna earũ, Rheni, Sueuiæ, vel Franconiæ, electionem Caroli aut processus Papæ curauit, nec quisq; illarum partiũ, aliquos contra Principẽ publicare processus audebat. Basiliẽses tantũ, licet ratione episcopi sui, & pgeniei Monachorũ inibi prævalentiũ & Caroloni fauentiũ, ipsum receptare crederẽtur: vidẽtes tñ tantam aliarũ ciuitatum concordiã, se adhæsuros Principi firmiùs alijs decreuerũt.

Vrbes Imperij in fidelitate Ludouici constantes.

Reuersa autem Imperatrix de Holandia in mense Nouembri, anno prædicto, relicto inibi Wilhelmo filio, à Principe cũ gaudio in Franckfort est recepta, q; simul trãsiêre Monacũ. Venerunt aũt cum ipsa solẽnes nuncij Angli in **Franckenfurt**, Principẽ & Anglum colligare quærentes, cum quibus Princeps cum pleno colligandi mandato, Robertum ducem Bauariæ, filium fratris sui, Wolframum de **Nellenburg**, magistrum ordinis Teutonicorũ per Alemãniam, & Lud. Comitẽ de **Otingen**, destinauit.

Carolus autem electus latenter per Elsatiam & Sueuiam transiuit, & ad terram Bohemiæ properauit, vbi honorificè est receptus. Postea de mense Februarij anno Domini XLVII, ipse Carolus electus, cum Carolo rege Hungariæ genero suo, & cũ Alberto Australi colloquium habuerunt in Vienna. Quibus simul euntibus in Presburg eiusdem Vngari, Ludouicus princeps statim in Vienna colloquium secretissimum habuit cum Australi prædicto. Bohemus autem veniens Tridentum, pro rehabendo Comitatu Tirolis, de auxilio Mediolanensium instituit. Iuerat autẽ marchio Brandenburgensis Prussiam contra gentiles, cuius vxor castrum Tirolis omnibus necessarijs muniuit ad annũ. Engelmarus autem miles, potens in comitatu, qui & ipsum tradidit Marchioni, tractatus habuit hinc inde. Marchio autem intelligens hoc, illico est reuersus. Bohemus autem cùm oppidum Meron, & alia plurima vicisset, veniente Principe cum magno exercitu, victa per se comburens, reuersus est Tridentum. Princeps quoq; similiter est reuersus, quia maxima fuit caristia vtrobiq;. Ludouicus autem Marchio, ipseq; Bohemus, in ipso Comitatu multis mensibus se inuicem infestârunt. Bohemus quoq;, cui etiam adhæsit episcopus Curiensis, aliquas munitiones per se victas, Mediolanensi pro multa pecunia obligauit.

Carolum rex comitatum Tirolis occupare conatur.

Temporibus prædictis, de mense Aprili, domini de **Westerburg** & de **Isenburg**, habitantes in terra ex opposito ciuitati Confluentiæ, vltra Rhenum, archiepiscopum Treuirensem & suos, in fauorem Principis, diffidârunt, pro eo quòd elegerant Carolonem, contra electionem Principis, literam huiusmodi diffidationis ad Boparddiam mittentes. Confluentini autem Treuirensi attinentes, cum exercitu Rhenum transeuntes, quoddam castrũ, quod erat cõmune, tam Treuerensi, quàm domino de **Westerburg** pro domino suo solo apprehendere voluerunt. Illi autem Domini habentes latenter multitudinẽ armatorũ, irruentes in illos, ducentos occiderũt & captiuarunt. Receperat autẽ Treuerẽlis in Treueri ciuitate de Carolone electo, nuntios cũ literis, qualiter plures munitiones comitatus Tirolis vicerit, de quib. cum fidelibus suis gratulans, est gauisus. Et ecce venerũt sibi noua de strage prædicta, ob quæ se abscondẽs, collapsus animo est perplexus.

Treuerensis Ludouico infestus bello vexatur.

Eo tempore de consilio Principis & voluntate H. de Virnenberg archiepiscopi Moguntini, assignatis, eidem redditibus mille marcarum, commissa est administratio Moguntinensis tribus Canonicis de Capitulo, quibus & Princeps auxilium iuramento promisit, & ortum est schisma magnũ: iudicibus Gerlaci prouisi archiepiscopi constitutis in ciuitate Moguntina absoluentibus ligata per iudices H. depositi in Altauilla constitutis: processusq; apostolici pro Gerlaco prouiso directi, per aliquos Moguntinos ostijs ecclesiæ Moguntinæ affigebantur, affixos semper aliqui tollebant. Clerus quoq; diuisus, qui H. adhærebat & obediebat, cœpit paulatim adhærere Gerlaco. Marchio quoq; Missenẽsis & Lantgrauius Hassię in partibus Thuringiæ multùm infestauerant archiepiscopum, Principe non eũ defendente, alijs occupato. Erfordenses verò Gerlaco adhæserunt verbo, sed non facto. Marchio quoq; Misenẽsis oppidũ **Salzach**, ipse verò & comes de **Heñenberg** castrũ

Contentio de archiepiscopatu Moguntino.

Mulburg, Lantgrauius verò Haſſiæ oppidum Nüwſtat, munitiones Maguntinæ eccleſiæ, pro ſe habendi animo, occupauerunt: prædicti enim Marchio & Comes, quilibet ſc. eorum filiũ & filiam, alterius filio & filiæ, matrimonialiter copulârunt.

Eodem tempore, de menſe Septembri, Conradus de Kirckel, præpoſitus eccleſiæ Spirenſis, & Canonicus Maguntinus **** à Principe, & H. Moguntino, ſe ſolus, volentibus alijs duob. ſibi coelectis, de adminiſtratione eccleſię Mogũtinenſis intromiſit, cui munitiones & gentes obediuerunt. Hic ſtatim omnes redditus præpoſituræ maioris eccleſię Moguntinenſis abſtulit Ioanni de Columna Cardinali, qui vt prępoſitus eam tenuit, redditusq; omnium prælatorum, Henrico non obedientium, occupauit. Hic treugas inter Principem & ſuos, ſpecialiter de Weſterburg & Iſenburg, & inter Treuerenſes, vſq; ad feſtum natiuitatis Ioannis Baptiſtæ ordinauit, omnia gerens ſtrenuè & prudenter.

Carolus Bohemus Bauariam vastat, 1347.

Eodem anno Domini M. CCC. XLVII, in principio menſis Iulij, gens Caroli Bohemi ingrediẽs Bauariam inferiorem, cum duobus millibus galeatorum, multas ibidem villas combuſſit, multis barbarica feritate occiſis, & pluribus captiuatis contra quos Princeps pro cuſtodia terræ multos ibi deſtinauit armatos.

Bellum Leodienſe.

Eodem menſe congregante archiepiſcopo Treuerenſi exercitum animo inuadẽdi dominos de Weſterburg & de Iſenburg: ecce populus Leodienſis expugnãs quoddam caſtrũ epiſcopi Leodienſis, cuſtodes caſtri euicti decapitauit, nobiles & plebeios. Propter quod epiſcopus Leodienſis de adiutorio Treuerenſis, ducis Brabantiæ, & aliorum terræ magnatum, volens obſidere Leodium, populis illius & aliarum plurium ciuitatum, quæ illis in adiutorium aduenerant, egredientibus ciuitatem contra eos, confligens, eis terga vertentibus x millia occidit ex illis: Dominus enim de Valckenberg, frater priori anno ibidem occiſi, & Comes Montium, nemini pepercerunt, ſicq; epiſcopus Leodienſis de populo Leodienſi diſpoſuit vt volebat.

Iacobus Laurentij tribunus Romanus.

Eodem tempore quidam Iacobus Laurentij, notarius prudens & facundus, plebeius, Romæ in tribunum electus, ſcelera vindicans, ac omnem iurisdictionem vrbis exercens, vnum de Vrſinis decapitauit, Columnenſes ab vrbe exterminans. Papa de his turbato arguente Romanos, idẽ tribunus Clementi Papæ ſcripſit, q, niſi infra annum rediret ad vrbem, & ibidem reſideret, ſe cum Romanis aliũ Papam creaturum.

Occiſo autem priori anno Comite Flandriæ in conflictu, Flandrenſes filium eius honorificè receperunt, ſibiq; filiam regis Angliæ deſponſantes. Ille autem opportunitate capta, ad Francum redijt, dicens: Se nolle ducere illius filiam, qui ſibi patrem occidiſſet. Flandrenſes autem marchionẽ Iuliacenſem in fauorem Angli, & filiæ, in Capitaneum receperunt. Miſit autẽ Anglus pro duce Geldriæ, filio ſororis ſuæ, qui filiã ducis Brabantiæ, pmiſit ducere in vxorẽ, ſibi iuueni non audenti contradicere, filiam eiuſdem marchionis Iuliacenſis deſponſans. Verùm ipſe dux Gelriæ & comes Flandriæ cum filiabus ducis Brabãtiæ matrimonium contraxerunt. Idemq; dux Brabantiæ duobus filijs ſuis, primogenito ſcilicet, filiam Ioannis ducis Normanniæ, primogeniti Franci: ſecundo verò, filiam ducis de Bourbon, ſororem relictæ Bohemi, in matrimonium copulauit. Direxit autem Anglus gentem in Scotiam pro diſponendis rebus regis capti, ſororij ipſius Angli, quibus ſe quibuſdam terrigenis opponentibus de inſtinctu Franci, multi iterum capti ſunt & occiſi.

Anglus Caletum occupat.

Perſeuerante autem Anglo in obſidione *Kales* ferè per annum & nolente eam recipere ad gratiam quoquo modo: ſtrinxerat enim eam in tantùm, quòd nec introitus nec exitus patebat. Ad eam tandem Francus (qui interdum per ſe, interdum per Ioannem filium ſuum pluries congregauit exercitus, ſed Angli exercitum non acceſſit) in principio Auguſti appropinquauit exercitus Angli & Flandrenſium ad vnam leucam. Quapropter etiam nolente Anglo, Flandrenſes Cales ad gratiam receperunt, & forenſes & intrinſecos Angli gratiæ commiſerunt. Quod cernens Francus per tres leucas illico retroceſſit. Anglus autem eiectis incolis & occupatis theſauris, ciuitatem Cales rexit per Anglos. Data ſunt autem ei tam per Sedem Apoſtolicam, quàm per Franci terram LXXX millia marcarum argenti, quòd inducias vſq; ad feſtum natiuitatis beati Ioannis Baptiſtæ ex tunc conceſſit, ita quòd in ſtatu, quo nunc fuerunt, quilibet remaneret.

Eodem

Eodem anno M. CCC. XLVII, de menſe Septembri, cùm ingreſſi fuiſſent Stephanus, filius Ludouici Principis, & omnes ciuitates Sueuiæ cum eo iuxta Zolre, animo inuadẽdi Barones, quorũ octodecim priori anno in Oberendorff ducis de Decke cõiurauerant, & qui Carolum electum dicebantur fouere: oppidum Hechingen comitis de Zolre vacuum inuenerunt, quod quibuſdam pactis initis nõ fregerunt. Volentibus autẽ eis obſidere oppidum Sultz, Waltheri de Geroltsecke, ſeruitoris & cõſanguinei Comitum de Wirtenberg, ijdem comites quamuis eſſent præſides Principis, aſſerentes hæc ſine eorum conſilio inchoata, reſtiterunt, quibus & eidem Walthero tanta affluxit nobilium multitudo in auxilium, quòd ciuitates Sueuiæ receſſerunt de campo.

Ludouicum Cæſ. Caroli fautores perſequuntur. Obrendorf. Hechingen. Sultz.

Erant autẽ duo fratres habentes munitionem iuxta ſyluam Bohemię, principis ſeruitores, nominati Kammerouwer, quorũ iunior dicens, ſibi principem nil dare, Caroloni Bohemiæ ſe obſtrinxit. Princeps verò ſeniorem innocentem capiens, decollauit.

Kammerouwer ingenui.

Eo tempore Ioanna duciſſa Auſtriæ veniens Alſatiam, ſe Argentinenſi, Baſilienſi & Conſtantienſi epiſcopis, item Thuricenſibus & Bernenſibus colligauit, & cũ Ottone de Ochſenſtein, quòd reſignauit Thanne & Seũheim, de quibus Berchtoldus epiſcopus Argentinenſis ipſam inueſtiuit, amicabiliter comportauit: quæ in reditu ad Auſtriam Ludouicum principem viſitans, ab eo honorificè eſt recepta.

Tann. Senheim.

☞ Eo tempore Humbertus Delphini, qui per annum ſteterat inter Curtos, defuncta ſibi vxore, nepte quondam Ruperti regis ex ſorore, infecto negotio eſt reuerſus. Papa enim iuxta promiſſum ſuum, nec theſaurũ nec gentem miſit eodem. Rex enim Curtorum, cùm veniſſet Delphinus in terram ſuam, in quandam ciuitatẽ fortem per Chriſtianos obtentam, ex quo nomine eccleſiæ venerat, ſuſpicatus eum magnam habiturum ſequelã, treugas fecit cum eo, animo viſitandi perſonam: & intelligens q, abſq; Alemannis venerit, nec ex facto imperij cernebat muliebrẽ perſonam, ipſumq; paruipendens receſſit, & magis ex aduentu eius animoſus factus eſt. ☜

Curti.

Eodem anno princeps Ludouicus in venatione vrſi, in ſyluis iuxta Monacum, paralyſi percuſſus de equo corruens, expirauit, anno Domini M. CCC. XLVII, quinto Idus Octobris, anno regni ſui XXXIII finito minus octo diebus, Imperij verò XIX.

Ludouicꝰ Imp. obiit.

Egreſſus eſt itaq; de Bohemia, cum magno equitatu, in Bauariam, animo inuadẽdi terram Ludouici Principis, Carolus rex Bohemię, electus in regem Romanorum, filius quondam Ioannis regis Bohemiæ, nepos quondam Henrici de Lützelburg Romanorum Imperatoris: itẽ pronepos ex filia & nepte Rudolfi de Habſpurg, Romanorum regis: itẽ nepos ex filia quondam Wenceslai Bohemorũ regis, proneposq; Ioannis ducis Brabãtiæ, ſororius Philippi regis Franciæ: cuiusq; Philippi primogenitus Ioãnes dux Normãdię ipſius Caroli eſt ſororius: ipſe Carolus ſocer Caroli regis Hũgariæ, ſoceroq; Rudolfi ducis Auſtriæ: & veniens in terrã ipſius Ludouici Bauariã, intellecta morte Principis, Ratiſponam perrexit, vbi tanquam rex Romanorum illico eſt receptus. Deinde veniens Nurnberg, ac grauibus factis promiſſionibus Burggrauio ibidem, quem euadere non potuit, in Nurnberg eſt receptus.

Carolꝰ 4 parentela.

Carolꝰ 4. Ludouicꝰ Imp. ſucceſſor.

Miſerunt autem Eberhardus & Vlricus fratres, comites de Wirtenberg, ſecretarios ſuos ſingulos ad regem, & ad Ludouicum marchionem in Brandenburg, quærentes, cuius eorum ſe ſeruitio obligarent: & reuertentibus ſecretarijs priùs ad regem miſſis, ipſi comites cautione recepta de LXX millibus florenorũ, eius ſe ſeruitio aſtrinxerunt. De quo alij ſecretarij à Marchione venientes, & pactum de centum millibus florenorum afferentes, comites plurimùm ſunt commoti. Duoq; fratres de Hohenlohe, vnus Bambergenſis epiſcopus, alter Herbipolenſem tenens epiſcopatum contra Albertum de Hohenberg, Sedis apoſtolicæ prouiſum, ſimiliter ſe regis ſeruitio aſtrinxerunt.

Interea Berchtoldus epiſcopus Argentinenſis, conuenientibus Argentinæ Ciuitatibus & Baronibus ligæ Alſatię, ipſius regis commendationi inſiſtens, ac ſe eum manu tenturum affirmans, cùm & omnes de Liechtenberg ſibi fauerent, ciuitates Alſatiæ, timentes infringi ligam pacis, quaſi inuitos ad eius obedientiam inclinauit, ſicque Argentinæ etiam honorificè eſt receptus, ipſum epiſcopum in gradibus eccleſiæ, indutus regalibus inſignibus, habens coronam auream in capite, & pomum & ſceptrum in manibus, de ſuis regalibus, præſtito ſibi homagio, ſolenniter inueſtiuit.

Argentina totaq; Alſatia ſidem Carolo concedit, 1348.

Deinde per ciuitates imperij Elsatię, quæ & singulę eum receperant, Basileam ascendit. Spopondit enim ciuitatibus, se relaxationem processuum Papalium curaturum.

Interea Conradus de Kirckel minister Maguntinę sedis ac Treuerensis omnimodam concordiã tractauerunt, inter H. archiepiscopũ Moguntinum ac Regẽ, & Treuerensem archiepiscopum, oppidaq; Imperialia in Wederaugia, Gerlacũq; de Nassowe, prouisum sedis Apostolicæ cõpetenter prouiderant in vita: H. destituto post eius mortẽ ipsam sedem habiturũ quietè. Verùm ipse Gerlacus de potẽtia & adiutorio Caroli confidẽs, negotio infecto ascendit Argentinam. Quod videntes H. Moguntinus, Conradus minister eius & prædicta oppida, se liberis defuncti Principis colligârunt, quod totum, si de Argentina descendisset Carolus rex, celeriter expeditũ fuisset.

Carolus 4 Basileam venit.

Venit autem Rex Basileam, in vigilia Thomæ, anno Domini M. CCC. XLVIII, vbi interdictum Papale diu seruatum fuit, nec Basilienses eum recipere intenderant, nisi diuina rehaberent. Et ecce in sero venit Marquardus de Randecke prępositus Babenbergensis de Curia Auinionensi, ferens commissionem factam Babenbergensi episcopo, & absolutionibus & relaxationibus impendendis, & vnam clausam bullam regi directam: & gauisus rex misit illicò & Argentinensi, Basilienśi, Babenbergensi Herbipolensi episcopis, præsentibus.

In clausa autem Bulla hortabatur Papa regem, vt auerteret Carolum regem Vngariæ generum suum, ne se colligaret prophano Nicolao Laurentij, vrbis Romæ tribuno. Exosus enim erat Papæ Tribunus, quia eum vocauerat ad residendum in vrbe.

Laurentij Rom. tribuni insolentia.

In clausis etiam literis misit copiam literę per Tribunum Papæ directæ, in qua Tribunus eum per Papam de plurib. fuisset argutus, respondit inter alia: Se terram S. Petri, animo defendẽdi à tyrannis, tenere, seq; quasi inuitum ad tribunatum assumptũ, nec oportere Papam procedere contra ipsum, vt officium ipsum dimittat, quod dimittere quantum in eo est, asseruit se paratum. Cùm autẽ antiquitùs Romani habuerint Patricios, Senatores prefectos, tribunos, & multos officiatos, quis eis inhibuerit, tales hodie habere? quæsiuit. Cùm & honore dignos olim varijs coronis insigniuerint: quis eos arguet, quòd ipsum Tribunum Laurea & quibusdam coronis alijs coronauerint? Nec mirum, quòd in concha marmorea Constantini Imperatoris se lauari permisit, in qua Paganus extitit baptizatus, cùm in ipsius Tribuni lauacro plura fuerint signa facta, quàm in Constantini baptismo: prosequendo mirabilia de pace & tranquillitate vrbis & patriæ, quæ breui tempore suo asseruit diuino intuitu esse facta, cum tempore promotionis suæ, tã de dote vxoris, quàm de calamo suo vix habuit quinquaginta florenos, & in persona sua plura operatus sit, quàm Bonifacius Papa cum thesauro suo, vel Carolus Magnus cum sua potentia, procurârint. Argutus etiam quòd in citatione qua coram se & Romanis citauit Ludouicum ducem Bauariæ, & Carolum regem Bohemię, se intromittentes de regno Romano, Bauarum ducẽ nominauit, cùm per Papam Ducatu fuerit priuatus: Bohemum verò Romanorum regem non nominauerit, quamuis fuerit in regem Romanorum per sedem Apostolicam approbatus; respondit: Se non magnam de huiusmodi titulis vim fecisse, cùm & olim Romani sibi colligarint principes & amicos: cur & hodie regi Vngariæ & alijs se colligare non deberent, non videret: pluraq; alia seriosa rescripsit.

Summa autem Commissionis, Babenbergensi episcopo factæ, talis erat:

Forma absolutionis fautorum Imp. Ludouici defuncti.

Cùm multi, qui sententias, processus & pœnas Ioannis Papæ, inflictas adhærentibus quondam Ludouico de Bauaria hæretico, & de hæresi damnato, redire cupiant ad ecclesiæ vnitatem: committimus tibi, vt qui confessi fuerint errores suos, confessatos & non confessatos, & pœnas quas inciderunt explicitè vel implicitè, & iurauerint, deinceps fidem catholicam habere, & fideles fore sedi Apostolicæ: & nulli deinceps hæretico vel schismatico fauere, & credere quod non spectat ad Imperatorem, Papam deponere, & alium creare, sed hoc hæresim esse damnatam: & quòd nullum pro Imperatore habebunt, nisi per sedem Apostolicam probatum, nec relictæ & liberis ipsius Ludouici fauebunt, nisi cum ecclesia reformentur, & Carolo Romanorum regi per sedem approbato parebunt, ab huiusmodi sententijs & pœnis absoluas, &c. ita quòd si in aliquo contrauenerint in sententias & pœnas pristinas relabantur: & quòd procuratoriorum & gestorum formam ipse Bambergensis Papæ rescriberet, sub publicis instrumentis.

Visa autem forma huiusmodi dura, omnibus displicente, aliqui consuluerunt eam non

non acceptandam esse per Regem, sed occultandam, & pro alia forma Papæ scribendum. Sed quia timor erat Basilienses non iuraturos Regi, nisi reformarentur diuina, rescriptũ oportuit exhiberi. Cùm autem ciues nec errores vellent fateri, nec secundũ formam iurare, clerus autem quasi pœnitens quòd cessauit, etsi non tam occasionem quæreret celebrandi, animo nunq̃ mandata similia receptandi: ecce comparuêrunt Magistri & Consules Basilienses coram Rege, & prędictis Episcopis & multis de Capitulo Basiliensi: coram quibus Chunradus de **Berenuels** magister ciuitatis, nomine vniuersitatis vulgariter corã tabellione proposuit in hęc verba: Domine Bambergensis, sciatis, quòd nec fateri nec credere volumus, quòd quondam dominus noster Ludouicus Romanorum Imperator vnquã fuerit hæreticus. Quemcunq; etiam nobis dederint Principes Electores, vel maior pars ex eis, pro Romanorum rege vel Imperatore, illum pro tali habebimus, etiamsi nunquã Papam requireret: nec quicq̃ aliud faciemus, quod sit contra iura Imperij quouis modo. Sed si habetis potestatem à domino Papa, quòd vultis nobis remittere omnia peccata nostra, placet. Et conuertens se ad populum, dixit: Datis mihi & Chunrado Monacho potestatem petendi, vt absoluamini à peccatis vestris? Qui dicebant: Placet nobis: nec aliud procuratoriũ habuerunt. Qui duo milites seorsum corã Secretario Papæ, Ioanne de pistorio præsente, iurauerunt secundum mandati formam: sicq; relaxatis processibus diuina publicè sunt reassumpta, ciuesq; regi solitum præstiterunt iuramentum, sc. quòd ius suæ aduocatiæ seruarent. Basiliensis quoq; episcopus Ioannes Sennæ, & Abbas Morbacensis de regalibus suis solenniter inuestiti sunt. Ciuitates autem, præsertim Argentina, exasperatæ fuerunt propter formã huiusmodi. Rex quoq; cum mulieribus Basilienſib. in choreis satis fatuos gestus habebat. In die quoq; sancto natiuitatis Domini, rex cõmunicatus fuit, legitq;, in Missa galli cantu alta voce, habẽs in manu euaginatũ gladiũ, euangeliũ: *Exijt edictum à Cæsare Augusto.* In die Stephani aũt à Basilea recedens, cùm crederetur cum sua gente iturus, clam ingressus nauiculam, cũ paucis in Rheno descendens, in castro **Burckheim** pernoctans, crastino transiens versus **Ehenheim** quasi latenter. Cùm autẽ gens sua descenderet per terram, eisq; in Alsatia & in Basilea multa fuissent abstracta: quidam valentes Bohemi se postremò ponentes in insidijs, præmiserunt duos, quorum vnus spadonem duxit ad manum. Ipsi verò transiuerunt per syluam, in loco qui dicitur **Satellöse**. Et venerunt quidã nobiles Basilienses, ascendẽtes econtrà, q̃ credebant, ducentẽ spadonem alicui abstulisse, ipsum abstulerunt eidem. Altera verò fugiens, dixit Bohemis: qui insequentes, alios captiuârunt, & Wernherum de **Eptingen** Hospitalarium eis resistentem grauiter vulnerauerunt. A quo recepta cautione, de præsentando se regi, alios **Mülhusen** oppidum imperiale secũ duxerunt. Amici autem captorum, cũ noctu se circa **Mülhusen** posuissent, ac genti Regis transitus non esset securus, dimissi sunt captiui ad gratiam regis: Bohemiq; regẽ celeriter versus **Hagenowe** sunt sequuti. Dedit autẽ & obligauit rex seruitorib. suis omnes vtilitates Alsatiæ, ita quòd inibi per diem non haberet expensas. Descendit etiam per **Witzenberg** versus Spiram, vbi sub quibusdam pactis extitit intromissus. Lectis autẽ ibi quibusdam processibus ex parte Gerlaci prouisi Moguntini, cõtra H. archiepiscopum & suos fautores, quorum aliqui domicilium Spirę habebant, de hoc populus ibidem est commotus.

Basilienſiũ constantia.

Locus infra Basileam duobus miliaribus, Mulhusium versus.

Postea rege veniente Wormatiam circa vesperas, conuenerunt clerus & consules ciuitatis, & quæsitum est à clero, num vellent absolui? quid sentirẽt de processibus? Qui cùm econtra quærerent à consulibus, quid ipsi sentirent: illisq; dicentibus, Se de illis nihil sentire, clerusq; diceret idipsum, animo nihil faciendi ab inuicem recesserunt. In crepusculo verò Collegia constituentes procuratores, singulares verò curati & clerici per se ipsos, & religiosi per procuratores, iuramentis præstitis, per Bambergensem absoluti fuerunt. Et cùm mane populus more solito vellet audire diuina, clerusq; nollet coram populo celebrare, factus est tumultus: clausisq; portis omnibus, populus ad hospitiũ regis, ad quod Bambergensis confugerat, armatus accessit: Ipseq; Bambergensis mandante rege territo, omnem clerum & populum Wormatiensem sine omni conditione & iuramento absoluit: & statim omnis clerus, religiosus & secularis, contra iuramentum serò præstitum, publicè diuina resumpsit.

Cæsar Wormatiam venit 1349.

Eduardus Anglus aduersus Carolum Cæsar renunciatus.

Post hæc rex iuit Moguntiam, vbi sub pacto ne introduceret Gerlacum prouisum Papę, vel aliquas legi literas permitteret, honorificè est receptus. Vbi ad eum venerunt Balduinus Treuerensis, quasi latenter, cum paucis, vbi & noua receperant, quòd feria quinta præcedenti, sc. proxima post Epiphaniam Domini, anno M. CCC. XLVIII, procuratores & secretarij Ludouici Marchionis in Brandenburg, item ducum Palatinorum Rheni, Erici ducis Saxoniæ, & H. archiepiscopi Maguntini per Papam, tanquam electores principes maiorem partem facientes, in Eduardum regem Angliæ, habentem cum eis procuratorem & secretarium suum, in Romanum regē, ex opposito villæ Rens super Rhenum, sub castro Lonstein, concordauerunt eligendū, de hoc quoq; confecte sub sigillis eorundem principum literæ, in presentia omniū inibi conuenientium, publicè legebātur, & quòd ipse Anglus se vellet intromittere, dicebatur, de quo & literæ à principibus ciuitatibus sunt directæ: ex quo in Germania turbatio magna est suborta. Nuncij autem Francofurtensium, à rege, inquirente eos super sui receptione, infecto negotio recesserunt: Sicq; rex cum timore Wormatiam à Moguntia est reuersus. Manecq; volens recedere, expectante omni gente sua armata ante hospitium suum, non pagatis hospitibus Curiæ & coquinæ suę: & diu expectante tota gente, iterum ad querelam vnius carnificis, regem arrestantis, ne discederet, factus est in populo tumultus. Promittentibus autem pluribus ne discederent hospitibus non pagatis, rex Spiram perrexit. Proscripto autem carnifice à Wormatia, ipse Spiræ ad gratiam regis veniens, ad preces regias est resumptus.

Rex Spira arrestatus.

Lusus equestru Rotenburgs ad Neccarum.

Ascendente autem episcopo Argentinensi & baronibus Alsatiæ, qui descenderant, rex Sueuiam perrexit, animo fidelitatem à ciuitatibus Sueuiæ recipiendi, in quadragesima. Pergens autem Rotenburg comitum de Hohenberg, vbi hastiludiorū curia est indicta, & latenter sub armis Schilhardi de Nechberg hastiludens, per N. de lapide militem fuit in terram prostratus. Intelligens autem miles regem esse, equū sibi adtraxit: quem rex LX marcis redemit. Mane autē volentib. illis diuidere per galeas torneamentū, & reperta casside sine signo, intellectoq; quòd regis esset, consilio inito per milites, à torneamento cessarunt. Dicebant enim, si periclitaretur nobiscū, posset dici in futurū, regem traditū fuisse per Sueuos. Veniens autem Vlmam ibidē à XXIIII

Sueuia Orbes Carolū rēgemagnō sciunt.

Sueuiç oppidis, sub quibusdā pactis iuramentis per ea pstitis, est receptus. Volens autē ire Norēberg, & deinde Bohemiā, positis sibi insidijs per marchionē de Brandēburg, reuersus est Vlmā, & deinde per aliā viam veniens Norenberg, Bohemiā est reuersus.

Eodem anno de mense Martio, misit magnam gentem de Bohemia, quæ terram Ruperti ducis Bauariæ, Palatini, plurimùm deuastauit. Constantia autem Thuregum, & quædam alia oppida vicina, ipsum recipere noluerunt.

Interea Engelmarus miles, qui comitatum Tirolis tradidit marchioni Brandeburgensi, cum vxore ex quadā suspicione per Marchionē capitur, & ante castrū suum forte, quod tenuit frater eius, decollatur, & succesliuè omnia sua, per Marchionem, mediante duce Conrado de Teck, sibi fidelissimo, occupantur.

Mulhusium à præside Alsatico occupatum.

Eodem tempore oppidani in Mülhusen Alsatiæ, vsurpantes sibi regimen oppidi, nobiles eiecerunt, manente cum eis Happone Monachi, nouo Sculteto. Venientem autem Io. de Vinstingen presidem Alsatiæ, nisi cum paucis intromittere voluerunt. Ille verò iratus recedens, cū multa gente reuertitur. Oppidanis verò discordantibus, & præsidem sub quibusdā pactis intromittētibus, cū paucis vt credebant, ipse cū multis de auxilio generis *de Domo*, ingrediēs, multos populares banniuit, occupās res eorū. Veniens autē Columbariā, & cum cautione ingrediens, videns populū in eum commotum, propter factum in Mülhusen, repentè recessit, nam & ipsi Columbarienses Henricum de * Wickersheim & suos, qui diu inibi rexerant, excluserunt.

Vom Hauß ingenus Alsata.

* al Wittenheim.

Brisacum.

Brisacum quoq;, Australi per olim Ludouicum principem obligatū, eo mortuo se ab Australi retraxit, dicens se vltra vitā illius obligari non posse. Rege autē nolente eos recipere, tenuēre seipsos: qui postea mēse Octobri, mandāte rege, duci denuo iurarūt.

Lituanorū cladei.

Eodem anno, scilicet XLVIII, de mense Ianuarij, Magister ordinis Teutonicorum Sueuus, cum XXII milibus equitum ingressus terram regis Lituaniæ gentilis, sex hebdomadis terram vastauit, quem in reuersione, vsq; ad glaciem fluuij reuertentem, rex Lituaniæ cum XL milibus insequitur, animo eos cum simul ad glaciem venissent, submer-

ſubmergendi. At Chriſtiani, qui iam ſuper glaciem partim venerant, videntes illos, reuerſi de glacie, ad campum iniere conflictum, illoſque trudentes ad glaciem, ipſorum circa ſex milia ſubmerſerunt, & circa duodecim milia occiderunt, reliquos verò fugientes ad ſyluas Lituaniæ inſequuntur. Duo autem Regis fratres non valentes effugere, arbores aſcenderunt: quas cum Chriſtiani ſuccidere vellent, illi videntes ſe non poſſe euadere, ne de Chriſtianorum morerentur manibus, cum cingulis ſuis ad ramos arborum ſe ſuſpenderunt. Chriſtianorum etiam electorum occiſi ſunt quinquaginta, vel circa.

Eodem anno, menſe Februario, Conradus de *Kirckel*, miniſter Moguntinenſis eccleſiæ, à Ioanne iuniore Comite de Naſſawe, cũ multis armatis capitur, & Cuno de *Valkenſtein* Canonicus Moguntinenſis in miniſterio per Capitulum ſubrogatur, qui ſurrogatus nullis pactis Conradum liberare valens. Audito etiam quòd captor etiam eum captum optabat, Gerlacum patrem de Naſſawe, natum quondam Adolphi regis Romanorum, ignis incendio & omni inquietudine infeſtauit, eidem vltra LXX villas comburens: Carolone rege in Bohemia exiſtente, nec eundem Comitem in aliquo adiuuante, quanuis Conradum captum duriùs tenuerit, propter regem. Emiſſo autem capto ad tempus, ſub cautione aut dandi VIII millia florenorum, vel ſe repreſentandi: non minùs idem Comes per miniſtros Moguntinenſes, & oppida in Wederaugia extitit infeſtatus, ita quod tandem captos dimiſit, & cum H. archiepiſcopo concordauit. At H. archiepiſcopus & prædictus miniſter de Valkenſtein, Conradum de Kirckel, etiam petentem, non vltra ad miniſterium admiſerunt: timentes eum conueniſſe clam de aliquibus munitionibus archiepiſcopatus tradendis cum captore: propter quod inter ipſos Conradum & Cunonem diſſenſio fuit ſuborta, propter impenſas & damna, quas & quæ Conradus de Kirckel in miniſterio ſe aſſeruit ſuſtinuiſſe. Mortuo interim Io. de Columna Cardinali, præpoſito eccleſiæ Moguntinenſis, prædictus Cuno de *Valckenſtein* & Reinhardus de *Spanheim* Canonici eccleſiæ Moguntinæ, in diſcordia ſunt electi.

Rex autem ipſe Carolus licet Comites de Wirtenberg & Burggrauium de Norenberg in parte promiſſorum expedierit, alios tamen multos pluribus menſibus Bohemiæ expectantes, grauiter pagati de promiſſis, minime expediuit. Vxor enim eius & Ioannes frater, aliique Bohemi, ne per tantas erogationes terram Bohemiæ deſtrueret, maximè ei reſtiterunt: collecta enim inibi impoſita, quę Vrſus dicitur, & de nouo regi creato debita, apud Bohemos remanſit,

Vrſus tributũ nouo regi Bohemo pendi ſolitũ.

Mortuo autem, vt ſupra, Ludouico Principe, Beatrix de Holandia relicta eius, cum priuignis ſuis amicabiliter concordans, ipſos in agendis ſuis plurimùm confortauit. Diſcordantibus autem Rodolpho & Ruperto fratribus, ac Ruperto eorum fratrueli, duabus Bauariæ, & Palatinis Rheni cum filijs defuncti Principis, pro eo quod dicebant, ſibi in inferiori Bauaria ſimiliter cum illis ius hæreditarium competere, dataque & promiſſa eis certa pecunia, & huiuſmodi diſſenſione ſopita: ecce H. Moguntinus, Ludouicus marchio Brandenburgenſis, Rupertus Palatinus, cui in hoc alij duo conſenſerant, & Ericus Dux Saxoniæ, cui ex ſucceſſione patris ſui ſenioris, Rodolpho duci ius eligendi competere dicebatur, quanuis Rodolphus Caroli elector quædam dominia, quibus principatum annexum aſſerit, ſe habere prætendat, de eligendo rege alio, cum electionẽ Caroli irritam aſſerant, concordarunt. Miſſiſque per eos pluries ſolennibus nuntijs ad Eduardum Angliæ Regem, ſibique electione oblata, remiſſiſque per eum nuntijs literiſque, ſibi ſub caſtro Lonſtein, de non variando, ſub ſigillis ipſorum Principum aſſignatis, eoque deliberationem ſuam diutius protrahente, eò quòd inter ipſum & Francum tractabatur de treugis: Francoq; ſciente, Anglum electionem Romani regni appetere, & ob hoc (ne creſcat eius potentia) treugas alias ſibi gratiſſimas, recuſante: Angloque propter litem cum Franco in feſto beati Ioannis Baptiſtæ renouatam, de electione de ipſo facta intromittere ſe nolente: cum literis ſibi deſuper datis, remiſſis, principibus reſcripſit, ſe ijſdem Principibus fauoris ſui auxilium polliceri. Quo facto, ijdem Principes Electores vocato Friderico marchione Miſſenenſi, ab nepote quondam Friderici Imperatoris ex filia eius, genero prædicti Ludouici Principis defuncti, in principio menſis Iunij in *Kans*

Eduardus Anglus imperialem electionẽ detrectat.

Fridericus marchio Miſnenſis rex Rom. declaratus.

Bauariæ conuenerunt, vbi inter eos actum est, quòd idem Marchio prædictam Beatricem, olim Imperatricem, in vxorem duceret, & de Romano regno ad eorum electionem intromittere se deberet. Oppidum quoq; Nurenberg eiectis potentioribus Regis fautoribus, dicente populo, se non consensisse in regem, Marchionem de Brandenburg, pro rege acceptauit.

Idem electionẽ suam resignat.

Post hæc Marchio Missenensis desistens à proposito, receptis à rege Carolone x millibus marcis, facto sibi homagio, & excepto ne contra filios defuncti Principis faceret, à rege ipso feudorum Imperialium inuestituram accepit: quanuis enim iuuenis, arthritico tenebatur, & infra biennium moritur.

C. Comes de Medeburg.

Interea inter Bohemiam & Austriam, Carolone rege prædicto & Alberto Australi, pro perficiendis nuptijs inter eorum liberos, conuenientibus in vicino, & dicente Australi tractatoribus, quòd scire vellet, quòd rex non assisteret Comiti C. de Medeburg, in confinio Austriæ, Vngariæ & Bohemiæ residenti. Rex verò eundem Comitem, tanquam seruitorem, diceret se relinquere non posse: ambo sic infecto negotio sunt reuersi. Idem enim Comes iuuenis & elegãtis formæ tempore obsidionis in Kales, in seruitio Franci existens, & relictam quondã domini de *Kuffs*, filiam quondam Lupoldi ducis Austriæ visitans, & præhabitis pluribus internuncijs, cum ea insscio patruo matrimonium contrahens, ipsius Alberti patrui (dolentis eam cum impare contraxisse, & forsan timentis se per ipsum Comitem super hæreditate vexari) indignationem incurrit.

Postea tamen reuersi ipsi rex & Dux, liberorum nuptias perfecerunt: Duce tamen in huiusmodi amicitia excipiente liberos quondam Ludouici Principis, quibus in vita Principis extitit alligatus.

Conuentus Patauiẽsis.

Reuerso autem de partibus Apuliæ Vngaro ptopter pestilentiam: Albertus Dux Carolum Bohemum, Ludouicum Bauarũm, marchionem in Brandeburg & alios multos in Patauiam, ad dominicam post Iacobi, pro tractanda concordia, conuocauit. Interea fama euolauit, quòd tractante duce Brabantiæ, ac Treuerensi & Marggrauio Iuliacensi, Bohemus nomine Romani regis terras Holandiæ & Selandiæ, quas Wilhelmus filius quondam Ludouici Principis tenet, *filijs* Regis Angliæ & Iuliacensis contulit, amicitia inter Bohemum & Anglum contracta: in qua tamen Bohemus Francum excepit. Propter quæ Bohemus & Brandeburgensis, à Patauia, ad quam Marchio cum duobus millibus equitum venerat, infecto negotio recesserunt: Marchione quod nunquam Bohemum pro Rege Romano ex prædicta electione habeat, asserente. Bohemus autem & Austrialis nauigio Austriam descenderunt. Signa autem Imperialia aquilarum, Patauiæ hospitiis Bohemi inpicta, per familiam Marchionis, præsertim Hugonem Comitem de Hohenberg, stercoribus sunt deleta, & barræ in vicubus hospitiorum Bohemi violenter apertæ. Factis autem & alijs terminis minime concordarunt.

Obiit autem eo tempore de Francia vxor regis.

Freundsperg castrũ, fortè Freũdstein.

Eo tempore in principio Augusti, liga pacis Alsatiæ, castrum Frundesberg, propter quosdam Mercatores Sueuos, in terminis ligæ inibi captos, destruxit, captiuos absoluens.

Treuerensis archiepiscopus cum magna gente castrum Issenburg obsedit, & læsis pluribus de suis, parante quoque H. Moguntino se ad obuiandum ei, quasi confusus recessit.

Bellum in Marchia Brandeburgensi à Cetera tore excitatum.

Rodolphus autem dux Saxoniæ quendam in terra sua, similem quondam Wolmaro marchioni in Brandenburg, inueniens, eumque Marchionem fingens esse (prætensis multis figmentis, qualiter olim Marchio se fingens mortuum, aterra clam recesserit, ex causa pœnitentiæ, alio nomine ipsius defuncti) multas ciuitates Marchiæ ad recipiendum eundem induxit. Et veniens rex repente cum magno exercitu Bohemorum, quasi totam Marchiam, à Ludouici marchionis ditione retraxit. Gens enim terræ luxuriam cum filiabus & vxoribus suis, & quòd *liberi* sui

non

non sint legitimi, nec digni tanto principatu, impingere dicebatur. Ipse verò Marchio celeriter cum exercitu suo ingrediens, in oppido terra Franckfordensi se recepit, quem Carolus ibidem obsedit, sed factis pluribus insultibus hinc inde recessit. *Francofurtum ad Oderam.*

Post hæc venit Dux Rupertus Bauariæ iunior, filius quondam Adolphi Palatini, habens vxorem Siculam, cum Comite de Schwartzenburg, & multis alijs, ex parte patruelis sui Ludouici Marchionis, in Marchiam, viriliter se tenens. Visaque in campo multitudine inimicorum, dixit Comes: Domine, expedit nos abire. At ille: Valentissime Comes, ne loquaris ita, quod in primo conflictu meo recedam. Quo audito, aggressi sunt inimicos, ipsos vincentes. Confortatus itaque Rupertus progressus nimis in partes inimicorum, temereque quærens conflictus, tandem captus est, & per Rudolfum, Ducem Saxoniæ multis annis detentus.

Reuerso autem propter pestilentiam Vngaro, Ioanna relicta Andreæ fratris sui, vxor Ludouici Ducis Thoraciæ de auxilio Papæ Neapolim reuertitur, & electis Vngari fidelibus, terra sibi iterum subiugatur: Wernherò de *Vrselingen*, Sueuo (qui primò Vngaro adhæsit, & ab eo propter quandam suspicionem falso sibi impactam, vt dixit, licentiatus fuit) eidem Ioanna propter pecuniam assistente. Nicolaus enim tribunus vrbis, fautor Vngari, disparens, sede inibi quasi prævalente, eo tempore non erat potens in Vrbe.

Vendidit autem ipsa Ioanna, quantum in ipsa fuit, Papæ ciuitatem Auinionensem, pro multa pecuniæ quantitate.

Terramotus.

Eodem anno M. CCC. XLVIII. mense Ianuarij, in conuersione Sancti Pauli, factus est terræmotus generalis & magnus, ex qua homines pati syncopam putabantur, & in aliquibus locis multis diebus durauit, præsertim in Carinthia, vbi oppidum grande *Villach* cum multis castris & villis eiusdem vallis corruerunt & perierunt, & in multis locis ex hoc incredibilia euenerunt.

Pestis sæuissima.

Facta est & Pestilentia mortalitatis hominum præsertim in partibus vltramarinis & maritimis & alijs, qualis à tẽpore diluuij non est facta, aliquibus terris hominibus penitus euacuatis, multisque triremibus in mari cum mercibus habitatoribus extinctis, sine rectore repertis. Marsiliæ episcopus: cum toto Capitulo, & quasi omnes Prædicatores & Minores cum dupla parte inhabitantium perierunt. Quot verò in Montepessulano, in Neapoli, & alijs regnis & ciuitatibus mortui sint, nemo posset enarrare: Auinione in curia per contagionem morbi infecta, ex quo multi sine sacramento perierunt. Nec curam habebant parentes de filiis, nec econtra, nec socij sociorum, nec famuli dominorum, quòd domus cum omni supellectile vacuæ fuerunt, quas nullus ingredi audebat. Horror est scribere vel narrare: Nulla fuit ibi causarum agitatio. Papa inclusus cameræ habenti ignes magnos continuè, nulli dabat accessum, terrasque hæc pestis transibat: nec poterant philosophantes, quamuis multa dicerent, certam de his dicere rationem, nisi quòd Dei esset voluntas. Hæcque nunc hic, nunc alio loco, per integrum annum & plures annos durabat.

Iudæi Veneficij insimulati.

Et infamati sunt Iudæi, quod huiusmodi Pestilentiam fecerint, vel auxerint, fontibus & puteis iniecto veneno: & cremati sunt à mari vsq; ad Alemanniam, præterquam Auinione, vbi eos papa Clemens sextus defendit.

Tumultus Basilea Iudæorũ causa.

Post hæc tortis quibusdam in Berna, in comitatu Friburgensi & alibi, & reperto in Zofingen veneno, extinctisque Iudeis in pluribus locis, scriptoque de hoc consulibus Basilensis, Friburgensis & Argentinensis ciuitatum, maioribusque ad defensionem intendentibus Iudæorum, ac quibusdam etiam nobilibus Basileæ, ob quandam iniuriam Iudæis illatam ad longum tempus bannitis: ecce irruit populus cum Baneriis ad Palatium Consulum. Quibus territis, & quærente Magistro, quid vellent? responderunt: se nolle redire, nisi bannitis reuersis: pro quib. illicò est transmissum, Consulibus non audentibus egredi, quousque banniti venirent. Adiecitque

populus, se nolle quòd inibi ampliùs remanerent Iudæi. Et iuratum est per consules & populum, quod in c c annis ibi nunquam Iudæi residerent. Conueneruntque pluries nuntij meliores earundem trium ciuitatum, quibus cordi erat retentio Iudæorum, sed populi timuerunt clamorem. Capti sunt autem vndique Iudæi in partibus illis.

Iudæi in Germania cremati. 1349.

Indictus est autem terminus in *Bennefelt* Alsatiæ, vbi conuenerunt episcopus, Domini & Barones & nuntij comitum, nuntijs Argentinensibus dicentibus, se nil mali scire de Iudæis suis: quæsitum est ab eis, cur vrnæ de eorum puteis fuerint sublatæ, omnis enim populus clamabat contra eos. Conuenerunt autem episcopus Argentinensis, Domini Alsatiæ, & ciuitates Imperij, de non habendis Iudæis, & sic modò in vno loco, & postea in alio, sunt cremati. Alicubi autem sunt expulsi: quos vulgus apprehendens, hos cremauit, alios interfecit, alios in paludibus suffocauit. Cremati sunt igitur absque sententia, ad clamorem populi, omnes Iudæi Basilienses,

Basilea.

in vna insula Rheni, in domo noua eis facta, feria sexta ante Hilarii, anno Domini M. C C C. X L I X, & sequenti feria sexta in Friburgo, duodecim ditioribus retentis, vt per illos possent eorum debitores artare.

Spira.

Spiræ autem Iudæi in domibus suis congregati, seipsos combusserunt, aliqui per populum interfecti fuerunt, sabbato post Epiphaniam Domini, anno prædicto, & in plateis mortui iacuerunt: aliqui etiam effugerunt crematione, qui reseruabantur ac baptisabantur. Populus etiam Spirensis, timens aerem infici ex fœtore cadauerum in plateis iacentium, etiamsi comburentur, fecerunt eadem cadauera in vasis vacuis vinosis includi, & in Rhenum deduci. Consules etiam ciuitatis edictum fecerunt publicum, ne quis de populo domos Iudæorum ingrederetur, & vicos Iudæorum firmarunt, ne quis introire posset, & totum thesaurum per Iudæos absconditum quæsierunt, & repertum conseruarunt: ferebatur enim magnum the-

Wormatia. Oppenheswij.

saurum in auro & argento se inuenisse. Wormatienses etiam Iudæi, vt Spirenses, Oppenheimenses & Maguntini, se ipsos combusserunt. Quidam etiam inuenti sunt, quasi omnia maleficiorum genera commisisse, sed in Hispania habito per eos dudum consilio, de veneficijs, conuenisse: item de multorum puerorum nece, de falsis literis, de corruptione monetarum, furtis, & aliis multis, in quibus offendebant Altissimi maiestatem.

Argentina.

Aliqui etiam Argentinæ vt sedarent clamorem populi, super rotis sunt positi statimque necati, ne super rotis viuentes quid dicere possent: ex quo contra maiores ciuitatis maior suspicio est suborta. Fuerant autem quidam Iudæi diuites Argentinæ ad domum vnam super Brusçam ducti, quasi vt abduci possent, qui postea ducti sunt ad Cœmiterium eorum, in domum combustioni paratam, & in ducendo per vulgum, vestibus sunt omnino nudati, in quib. magnus thesaurus florenorum est repertus, quem secum cum vestibus volebant comburi.

Pauci autem defensi sunt in ciuitatibus baptismum eligentes, vt combustionem euaderent, & plures Iudææ pulchræ quasi inuitæ, multique pueri erepti, ab inuitis sunt baptizati, multique prosilientes de igne & per plateas currentes sunt interfecti. Pluresque Duces & Barones & milites propria castra habentes, suos tenuerunt, qui per Iudæos baptizatos & Christianos multa intoxicasse dicuntur, multique talium fatentes ea, postea sunt cremati. Pluresque Christiani torti, fassi sunt, se recepta à Iudæis pecunia, & dictis quibusdam verbis super eos per Iudæos, promisseque per eos de intoxicando, in tantam peruenisse dementiam, quòd libenter omnes Christicolas occidissent. Vnde succesiuè omnes quasi baptisati Iudæi sunt cremati: quia fatebantur, eos omnes culpabiles. Indignatæ sunt autem ciuitates Alsatiæ contra omnes, tenentes in suis partibus Iudæos. Vnde minister Ducum Austriæ vix obtinuit, ne obsideretur, quòd captis omnibus Iudæis Ducum in Ensisheim, nuncium in Austriam destinaret.

Rupertus

Rupertus etiam Dux Bauariæ in oppido *Heidelberg*, & alijs munitionibus, & Engelhardus de *Hirtzenhorn* miles in oppido *Semesheim* Iudæos tenuerunt, qui de ciuitatibus Spiræ & Wormatiæ effugerant, propter quòd contra ipsos mussitatio à Ciuitatibus fuit: quia magnam pecuniam ab eis habuerunt. Insultu quoque in eos facto in Franckfurt, post regis Caroli recessum, se & omnes domos suas, & sibi vicinas cremarunt. *Heidelberga.* *Francofurti.*

In fine autem Augusti, Moguntiæ multis fidelibus se flagellantibus aduenis, facto rumore ex abscissione vnius burſæ, & credente populo, quòd rumor esset contra Iudæos: ecce omnis populus irruit in Iudæos, & occisis multis Christianis per eos, videntes se non posse euadere, combusserunt domos suas, & seipsos cum rebus in eisdem. Iudæi etiam omnium ciuitatum Imperialium & aliorum locorum, quia quondam Ludouicus Princeps, ipsis dum vixit, tanquam seruis suis, satis fuerat fauorabilis, & ergo ante cremationem & ipsorum interemptionem mortuo Principe, multùm fuerant de nece sua dolorosi: quia talem spem habuerunt, ex quo in tantùm populus Israel creuit, quòd de suo auxilio in breui omnes Christicolas debebant occidisse. Ciuitates autem domorum Iudæorum interemptorum fractorum cum lapidibus super sepulcris constitutis, & Cœmiteriorum suorum, & thesauro reperto, turres nouas in suis ciuitatibus construxerunt, ac cum lapidibus muros refecerunt, & thesauros repertos in vsus Reipublicæ conuerterunt. ☞ Facta sunt hæc & multa alia de Iudæis, anno Domini M. CCC. XLIX. dominica ante Valentini. ☜ *Moguntia.*

Cum autem indictus fuisset dudum conflictus, ad diem beati Ioannis Baptistæ prædicti, vt supra anno M. CCC. XLIX, inter Angliæ & Franciæ Reges: tanta fuit vtriusque regni pestilentia, quòd vix tertia pars hominum dicebatur remansisse, propter quæ conflictus est prorogatus. Comesque Flandriæ, qui recusata filia Angli, quã ducturum se promiserat, à terra recedens, ducis Brabantiæ filiam duxit, & ambo Franco fauerunt, reuersus Flandriam, in populi fauorem Anglo adhæsit.

Incipiente autem paulatim Pestilentia, in Alemannia, cœperunt se populi flagellare, transeuntes per terram, & venerunt CC de Sueuia Spiram, anno prædicto XLIX, in medio Iunij, habentes inter se vnum Principalem, & duos alios magistros, quorum mandatis omnino parebant. Et cum hora primæ Rhenum transissent, accurrente populo, fecerunt Circulum in ciuitate Spira ante monasterium latum valde, in cuius medio se exuentes, depositis vestibus & calceamentis, habentes in modum braccæ camisias à femore ad talos prætensas, circumiuerunt, vnusque post alium in circulo se in modum crucifixi prostrauit: quilibetque eorum super quoslibet transeuntes passibus, & leniter prostratos flagellis tangentes, vltimi qui se primò strauerunt, primò surgentes se flagellauerunt, flagellis habentibus nodos cum quatuor aculeis ferreis, transeuntes cum cantu vulgari inuocationis Dominicæ, habente multas inuocationes: & steterunt tres in medio circuli sonori valde, præcinentes, flagellando se, post quos alij canebant: in quo diu immorantes, ad vnum prętentum omnes genui flexi, in modum crucifixi in facies suas corruerunt, cum singultu orantes, & transierunt iuxta circulum Magistri, monentes eos, vt orarent ad Dominum pro clementia super populum, item super omnes eorum benefactores & malefactores, & omnes peccatores, & in Purgatorio existentes, & pluribus alijs. Post hæc se leuantes, extensis manibus in cælum, genu flexi canebant: & iterum surgentes, diu se flagellabant, euntes vt prius, quibus se induentibus alia pars eorum, quæ indumenta & substantiam suam custodierat, se exuens, idem fecit. Post hæc surrexit vnus sonorus, legens literam, quia aliqui fuerant inter eos sacerdotes & literati, nobiles & ignobiles, mulieres & pueri, cuius literæ tenor similis in sententia esse dicebatur, in ecclesia S. Petri in Hierusalem per angelum præsentata, in qua narrat Angelus: Christum offensum contra mundi prauitates plurima exprimẽs crimina, violationum diei Dominicæ, & quòd non ieiunetur feria sexta, blasphemias, vsuras, adulteria. Christũq; rogatũ per beatã virginẽ & angelos pro misericordia, respõdisse: *Flagellantium habitus ritus & superstitio.*

quemlibet per triginta quatuor dies se debere exulando flagellare, vt misericordiam Dei consequantur.

Tantus erat Spirensium affectus ad eos, quòd citò omnibus inuitatis, non inueniebantur, qui inuitari possent: non enim recipiebant cuiusuis eleemosynam in specie, sed in genere, pro parandis contortis cereis & vexillis. Habebant enim pretiosissima vexilla de serico & purpura, & ornatè depicta, cum quibus processionibus transibant: sed inuitati de Magistrorum suorum licentia ibant, vocati, nec audebant inuitare per ditiores vocati. Hocque faciebant bis in die, aut in ciuitate, vel in campis, & quilibet clam semel in nocte: non loquebantur mulieribus, nec super plumis iacebant: omnes gestabant cruces, ante & retro in veste & pileo, habentes flagella vestibus appensa, nec in vna parochia vltra vnam noctem manserunt.

Ingressi sunt fraternitatem eorum humillime, centum & plures de ciuitate Spirensi circa mille Argentinensium, promittentes per prædictum tempus obedientiam prædictis Magistris. Nullus recipiebatur, nisi promitteret seruare prædicta, per prædictos dies, & nisi haberet expendere in die ad minus quatuor denarios, ne mendicet, & nisi promitteret se esse confessum & contritum, & remisisse omnem iniuriam inimicis, & habere vxoris suæ assensum. Diuiseruntque se Argentinæ, pars enim descendit, altera pars ascendit, Magistros inter eos similiter diuidentes. Magistri quoque Argentinis repentinam castigationem nimiam prohibebant. Tantæque ad omnes cõfluebant multitudines, ascendentium, descendentium & transuersalium, quòd nemo poterat numerare.

Post hæc in ciuitate Spira penè ducenti pueri, duodecim annorum ætate, colligationem fecerunt, & se flagellauerunt. In ciuitate Argentinensi tanto confluebant multitudines flagellantium, quòd nemo poterat numerare.

Flagellantium concursus abrogatus.

De quo Carolus rex & plures Ordinum Mendicantium, & multi sacerdotum dolebant, & propter aliquas colligationes & nimias multitudines, & quia volebant fraternitates facere durabiles, desistere sunt coacti.

De Basilea enim ciuitate de melioribus centum vel circa colligationem fecerunt, & secundùm modum prædictũ se flagellauerunt, & ex deuotione Auinionem iuerunt: vbi cum venissent & se flagellassent, relatum fuit Clementi papæ de modo pœnitentium, ipse pro eo quòd subiipsi huiusmodi afflictionem & pœnitentiam iniungebant, volebat eos incarcerasse. Sed quidam Cardinales eos excusabant, quòd non credidissent malè in hoc fecisse. Et papa sub pœna excommunicationis latæ sententiæ ipsis & omnibus Christifidelibus prohibuit, ne de cætero flagellationibus publicis vterentur, sed pœnitens solus in Camera posset carnem suam sic flagellare.

Guntheri Schuartzẽburgensis magnanimitas & pietas.

Guntherus Comes de Schuartzenburg Thuringiæ, ætatis circa XLV annorum, vir robustus, bellicosus, strenuus & prudens in bellis: qui in seruitio Heinrici Moguntini & quondam Ludouici Principis plurimùm laborauit, quique in pluribus conflictibus feliciter prævalens proprijs, capiendo & talliando Barones, plurimùm est ditatus, à Principibus, Carolo contrarijs, vt se intromitteret de regno, rogatur. Qui primò renuens, tandem eo pacto annuit, si in Franckfurt per Principes & nobiles sententiatum fuerit, vacare Regnum & Imperium, maiorque pars Principum, qui similiter per sententiam declarati fuerint ius habere, ipsum absque omni Simonia elegerint propter Deum, dicens: se expositurum periculis pro Deo & imperio corpus suum. Hoc facto, cum exercitu suo in campo se posuit iuxta Franckfurt, feria sexta post Hilarij, anno M. CCC. XLIX.

Guntherus aduersus Carolũ Cæsar renunciatus. 1349.

Conuenientibusque inibi Principibus quatuor, & multis alijs Baronibus, & per sententiam decreto, Imperium vacare, & eisdem quatuor competere ius eligendi: electus est in Purificatione, per Henricum archiepiscopum Moguntinum, Ludouicum marchionem de Brandenburg, Rudolfum de Bauaria palatinum Rheni, annuente Ruperto suo fratre, & capto tum Ruperto fratrueli eorum, & Ericum Ducem Saxoniæ, in regẽ Romanorum. Huic etiam Erico, tanquam filio fratris senioris Rudolfi Ducis, electoris Caroli, decernebatur ius eligẽdi habere.

Cumque

Cumq; idem Guntherus per sex hebdomadas potenter iacuisset in campis Franckfurt/more regio per eandem ciuitatem est receptus. Aliæq; ciuitates imperij in Wederaugia, eum similiter receperunt.

Intelligens autem Carolus Guntherum iacere in campo, ad Rhenum se transferens, Treuerensem, & Colonien sem archiepiscopos Leodien sem episcopum, Ducem Brabantiæ & alios Principes amicos alloquitur. Scribens etiam Baronibus & ciuitatibus quæ eum receperant pro subsidio, & quòd in villa Castel, ex opposito Moguntiæ, castrametari vellet, dominica *Estomihi*: ad quos locũ & terminum Guntherus quasi in derisum torneamentum indixit.

Carolus autem quia fuerat viduus, tractauerat cum Rudolfo de Bauaria Palatino, qui Guntherum elegerat, de sponsalibus cum filia Rudolfi Palatini, quæ vnica fuerat filia ex matre de Carinthia, & duxit eam vxorem: quamuis ipsi duo Carolus & Rudolfus, quondam Rudolfi regis pronepotes fuerant, ipseque Rudolfus & quondam vxor eius mater sponsæ, similiter fuerunt eiusdem Rudolfi regis pronepotes, super quo nunquam dicitur fuisse dispensatum: materque sponsę & sponsus similiter liberi duarum sororum fuêre. Cum autem Carolus pro tunc Guntherum præ potentia sua & sibi adhærentium, inuadere non posset: indixit Colloquium Spiræ, ad dominicam *Letare* tunc sequentem, de villa Castel recedendo. Cumque Spiram venisset, conuenientibus ibidem Treuerensi, Gerlaco Moguntinensi, Eberhardo Comite de Wirtenberg / multisque baronibus & ciuitatum nunciis, cum speraretur Guntherum in vicino venturum, pro concordia inter electos tractãda, prout Principes ipsi Gunthero scripserant: ipse scriptum spernens, castrum Fridberg obsedit, cuius castrenses sibi rebellabant: & tandem vicit. Post hæc in principio Maii infirmante Gunthero in Franckfurt / magister Fridanckus famosus medicus, & Comitibus de Nassowe antiquitus familiaris, cum Gunthero potionem dedisset, quam asseruit eidem expedire, eam (licet inuitus) ad mandatum Guntheri primò tentauit & probauit, ipso præsente. Post hæc Guntherus eam sumpsit. Statim Medicus in facie incœperat decolorari, & infra triduum moriebatur. Guntherus inflatus, quò ad valentiam corporis statim inutilis est effectus, & creditur famulum Medici iniecisse potioni venenum.

Caroli 4. nuptiæ secunda.

Fridberg.

M. Fridanck medicus.

Mortuo autem illis diebus Luca de Mediolano, occupatore quasi Lombardiæ, ac Ioanne fratre suo, scilicet archiepiscopo Mediolanensi, se intromittente de dominio: mittitur pro Marchione de Brandeburg / qui vadens ad Comitatum Tirolis, Tridentum & quædam alia ibi obtinuit, quæ in Bohemi deuotione fuerunt. Quod audiens Ioannes de Pistorio prouisus Tridentinus sedis, clero & populo Tridentino exosus, recessit. Cui papa postea de Episcopatu Spoletano prouidit.

Eo tempore ad preces Ioannis, filij quondam Ioannis Bohemi, quem Comitem Tyrolis nominauit, Papa commisit episcopo * Curiensi à captiuitate liberato, vt si inueniret consanguinitatis vel affinitatis, vel aliud impedimentũ inter eum & Margaretham, quondam Hainrici ducis Carinthiæ filiam, Ludouico de Bauaria, nominanti se Marchionem Brandenburgensem, de facto copulatam fore, quòd ob maleficium diuortium celebraret: quod si non inuenerit cum x annis & interim per continuum triennium cohabitauerint, operam copulæ dantes, nec potuerint commisceri, nõ posset sibi reddi sine strage & scandalo, ipseq; se habilem asserat ad alias mulieres, & cupiat esse pater, quod iustum fuerit decernat. Qui Curiensis inter eos diuortium propter maleficium quod inuenit, celebrauit.

**fortè Curiensi.*

Intenderat autem Rex & Marchio simul pro perficienda concordia se transferre ad Papam, sed quia archiepiscopus Mediolanensis scripsit Papæ, literam quandam sibi directam, in qua narrabatur, Regem Aquisgrani ex nouo consensu Principum, electum & coronatum in Regem, ex vacatione quondam Ludouici Principis: de hoc Papa commotus scripsit Regi, sicque ambo manserunt. Marchio autem cum Mastino Veronensi ligam contraxit, eiusque filio, suam ex prædicta Margaretha filiam, desponsauit.

Reuersi autem sunt Mediolanum post mortem Lucæ tres filij fratris sui quondam Stephani Marchionis, Matheus, Barnabas & Galeatius, quos Lucas eiecerat de terra, ne dominarẽtur loco patris, quos quondam Aimo comes Sabaudiæ nutriuit, cum filio suo nunc Comite: qui tenentes singulariter Palatium, strenuè se tenent, quos & archiepiscopus Mediolanus abhorret. Reliquit autẽ Lucas duos filios, quos prędictus Galeatius suos esse prætendit, cum vxorem Lucę, eo viuente, clam cognouisset adultere frequenter.

Nundinæ Francofurtenſibus ablatæ, ſed mox reſtitutæ.

Conuocauit autem rex Carolus exercitum ad Moguntiam, in Maio anni prædicti. Moguntini enim sibi in odium Heinrici archiepiscopi qui eos læserat, & Franckfurtensium, à quibus rex obstulerat nundinas, dans eas Moguntinis, firmiter adhæserant. Intentio autem Moguntinorum fuit, expugnare oppidum cum castro Alteuill, constructum per Moguntinum super Rhenum, ad duas leucas distans à Moguntia. Guntherus autem letaliter infirmus, cum gente sua se in Altewill apud Henric. Moguntinum tunc collocauit. Transeunte autem Carolo rege Rhenum, ducenti equites Guntheri impetum facientes, Carolum terruerũt. Accelerantes autem equites Ebethardi de Wirtenberg, & quidam alij fugarũt eosdem: de qua fugatione multi milites noui sunt creati.

Guntherum cedit impetio & paulò post moritur.

Veniens autem marchio de Brandenburg sine gente, habitis tractatibus cum rege Carolo de concordia, videns etiam Guntherum factum inualidum: negotium inter eos comportauit, ita quòd Gunthero pro renuntiatione iuris suæ electionis, data sunt viginti duo millia marcarum argenti, & duo oppida Thuringiæ imperialia, pro tempore vitæ suæ. Quod ipse Guntherus, licet infirmus, difficulter consensit: si sanus fuisset nullatenus consensisset, de Principum suorum electorum, specialiter Bauarorum, perfidia multa conquerendo. Obiit autem ipse Guntherus post comportationem huiusmodi, infra mensem, in Franckfurt, & in ecclesia parochiali ibidem, præsente rege Carolo, fuit cum lamentatione sepultus. Quo sepulto, Francofordenses in perpetuam memoriam, solenne vt decet regem, fecerunt sepulchrum. Rex Carolus ex tunc Franckfurtensibus omnia sua priuilegia confirmauit & nundinas restituit, datis sibi viginti millibus marcarum, quæ recepta sunt à Iudæis crematis ibidem.

Nundinæ Francofurtenſes.

Descendit autem circa finem Iulij rex cum vxore versus Aquisgranum, sed præ multitudine peregrinorum se flagellantium, inibi recipi non poterat: sed expectauit in Bunna, vbi Aquensibus omnia antiqua & plura noua priuilegia sigillauit.

Descenderat autem Ludouicus marchio cum rege. Interim autem Romanus, frater Ludouici, in terra Brandeburg conflictum iniens cum aduersariis, vbi miles viriliter est effectus, feliciter triumphauit: captis pluribus & occisis, alii autem seacriùs firmantes, plurimùm Marchionem infestant.

Reuersus est autem rex Spiram, vocatisque Baronibus & ciuitatibus tractans cum eis, de pace generali circa Rhenum, sed non perficiens. Conquerebantur tum ciuitates Rhenenses, quòd Rupertus Dux Bauariæ haberet Castrum dictum noua Curia, distans ad vnam leucam à ciuitate Spira, in qua latitarent latrones, qui Mercatores, transeuntes publicã viam versus Wormatiam, in nemore dicto Rechholtz/ despoliarent. Rex hoc audito, statim bannerium suum, quod dicitur Sturmfahn, super turrim ecclesiæ Spirensis constituit, & populo ciuitatis ad arma mandari, per Magistros ciuium præcepit: & egressus ciuitatem cum sua gente armatus, populo eum sequente cum Bannerio ante castrum prædictum, ipsum funditus destruxit.

Neoſtadiũ Palatinorũ deſtructum.

Postea reuersus ad ciuitatem Spiram, conquerens Dominis & Ciuitatibus de Metensibus, eum pro rege habere nolentibus, vel scribere regem Romanorum: sed non habens responsum ab eis super scripto suo, & in expensis Spiræ deficiens, iuit ad Nurenberg, vbi nolente Marchione regi reformato cum Gunthero eis assistere, sub gratia est receptus, & quodam dolo receptis ciuium armis, & extorta ab eis pecunia, Bohemiam est reuersus, circa finem Septembris

ptembris, male terra regni pacata. Reliquit autē in Sueuia præsidem Eberhardum de Wirtenberg. *Eberhardus Wirtenbergicus imperialis præfes Sueuiæ.*

Eberhardus aūt de Wirtenberg, præses Sueuiæ, cum oppida imperialia, Nordlingen, quod consueuit respicere Comites de Oettingen, & Werde super Danubio, quod in dominio Bauarorum ab antiquo steterat, ad suam nomine regis obediētiam assumpsisset: tunc inter duces Bauariæ, Comitesque de Oettingen / contra ipsum Eberhardum odium est subortum. Ciuitates autem Sueuiæ ipsi præsidi vicinæ, aliis quantum audebant fauentes, præsidem, sicut & patrem & auum, habuerunt exosum. Ipse Eberhardus oppidum Ladenburg super Neccaro, episcopi Wormatiensis quod antè Rupertum ducem Bauariæ defensorio nomine episcopi respexit, sibi de episcopi consensu attraxit. Ex quo inter Ducem & Comitē exercitus congregantur & remittebantur. Tandem oppidum ipsum Comes propter bonum pacis dimisit, & sic permansit in Ducis defensione. Quem etiam Ducem incolæ oppidi a sua potestate excluserunt, & Walramum Comitem de Spanheim pro defensore elegerunt & assumpserunt, Salmanno Episcopo patiente & sciente. *Ladenburg ad Neccarum.*

Rupertus autē dux in Bohemia Carolo regi nimis familiaris est effectus, qui & vicarius Regis effici dicebatur: postquam fratruelem suum Rupertum, quem & Arnestum nominant, de captiuitate redemit. Postquam in Brandenburg pro pace laborauit plurimùm, ciuitates Sueuiæ contra Comites de Wirtenberg acriter incitauit: ac multi episcopi & Comites, qui Eberhardum de Wirtenberg habere credebantur exosum, propter eius virtutes, & quia malam timuerunt consequentiam, si aduersus illum oppida præualerent, se mutuo colligarunt, sicque furor vulgi quieuit. *Palatinum Carolo Cæs. reconciliatur.*

Interea anno Domini milleſimo trecenteſimo quadrageſimo nono moritur Walramus de Iuliaco, archiepiscopus Colonienſis & poſtea de menſe Decembri, frater eius marchio Iuliacenſis à filiis ſuis capitur, de vitio Sodomiæ ſuſpectus. Decanus verò Olmuncenſis Cancellarius regis, ad petitionem eius apud Papam pro archiepiſcopatu laborat. Sed Papa Wilhelmo præpoſito de Tuſt, vni de gremio Capituli Colonienſis, magna ſummâ pecuniæ pro eo ſuſcepta, de eo prouidit. De quo rex (cui Papa de omnibus Epiſcopatibus Alemanniæ, tempore quo ſe de regno contra Ludouicum Principem intromiſit, promiſerat prouidere perſonis per regem præſentatis) plurimum eſt commotus, de hoc Cardinalibus & alibi conquerendo. Papa autem, mortuo Comite Conuenarum ſine maſculis, vnam de filiabus Comitis, filio fratris ſui, matrimonio copulauit, cum pecunia per Colonienſes ſibi data: omnes redditus ſedecim millia florenorum annuos, relictæ & aliis filiabus Comitis aſſignauit, Comitatu eidem fratris filio remanente. *Wilhelmus de Genepe archiep. Colonienſis.* *Comitatus Conuenarū.*

Humbertus verò Delphinus, vitæ quodammodo tædioſus, terram ſuam, retentis aliquot munitionibus, nepoti regis Franciæ, ex filio primogenito, vendens, frater Prædicatorum eſt effectus. Breue tamen tempus ſtans in ordine, egreſſus, factus eſt Cardinalis, & poſtmodum Patriarcha. Rex autem Carolus Romanus eundem nepotem Franci, filium ſororis ſuę, de ipſo Delphinatu, qui eſt feudum ab imperio, inueſtiuit. *Delphinatus Galliæ feudum ab imperio.*

Baldewinus autem archiepiſcopus Treuerenſis, cum quadraginta duobus annis eccleſiam ſuam laudabiliter rexiſſet, ac propter ſenium & tenacitatem nihil amplius proficeret, cum frequenter ſolitarius vitam quaſi Cartuſienſium duceret: Ioannem de Liechtenberg, qui & in Argentinenſi eccleſia præpoſituram, decanatum, Cātoriam & Pincernatum ſimul tenebat, valentem & prouidum, in ſpiritualibus & temporalibus adminiſtratorem & vicarium eccleſiæ ſuæ deputauit, qui tamē aſſumpta adminiſtratione illico diſceſſit abinde. *Ioan. de Liechtenberg adminiſtrator Treuerēſis.*

Cuno verò de Falckenſtein Canonicus & miniſter Heinrici Moguntini, inuito Papa, Carolo rege, & Gerlaco prouiſo ſedis, viriliter adminiſtrat, omnesque fructus & redditus, quos eccleſiæ collegiatæ, ſiue perſonæ priuatæ, ſiue Monaſteria

Religiosorum, & omnium indifferenter Henrico Moguntino non parentium extra ciuitatem Moguntinam existentes, siue consisterent in blado, vel in vino, recepit, & ad castrum & munitiones sibi subiectas, deduxit: tenens semper familiares tot & tantos, quod in his Gerlacum prouisum nec suos formidabat. Gessit enim suam administrationem tam viriliter, quòd in ciuitate Moguntina familiares sui ipso Cuno (vt ferebatur) annuente, Conrad. de **Ansenbruch** concanonicum occiderunt. Henricus etiam Moguntinus, quòd in quondam Gunthero de **Schwartzenburg** electo, fideliter egerit, ab omnibus laudatur, Bauari verò de perfidia diffamantur.

Alb. de Hohenberg episcopus Frisingensis.

Iisdem temporibus in Curia Auinionensi Ioanne de **Gottingen** Episcopo Frisingensi, Medico famosissimo mundi mortuo, Papa Alberto de **Hohenberg** (cui dudum de Episcopatu Herbipolensi prouiderat, quem tamen propter potentiã N de **Hohenloh** detentoris eius obtinere nequiuit) de ipso episcopatu Frisingensi prouidit. Rex enim Carolus ipsum detentorem, propter seruitia sibi per eum & fratrem eius Episcopum Babenbergensem in negotio regni impensa quantum potuit promouit: vnde Albertus ipse de **Hohenberg** in facto suo difficilem processum habuit.

Principum multorum obitus.

Moriuntur quoque eodem quadragesimo nono, circa finem in pestilentia filia Caroli Romani regis, & Bohemiæ, regina Hungariæ, & soror eiusdem regis, vxor Ioannis primogeniti Franci: item vxor Franci de Burgundia, qui Francus filiam regis Nauarræ pulcherrimam, de suo genere, duxit vxorem. Item primogenitus Ducis Brabantiæ, gener prædicti Ioannis: item & domina de *Couzin*, filia quondam Lupoldi Ducis Austriæ, & Conrad. de **Medeburg** maritus eius. Item filia regis Siciliæ, vxor Stephani Ducis Bauariæ, relictis sibi pluribus liberis. Qui Stephanus filiam Burggrauij in **Nurenberg** duxit vxorem: tantaque fuit in Francia & Anglia pestilentia, vt Parisiis & in pluribus locis vix nonus homo dicitur remansisse.

Bellum inter Anglos Gallosq; renouatum.

Anglus quoque, qui durante pestilentia quieuit, non inquietando Francum, iterum cessante pestilentia in Vasconia per suos Francum inuadit, aliquas munitiones expugnans, & terram quasi vsque ad Tholosam suæ subiiciens ditioni.

Anno 1350.

Circa principium anni Domini, quinquagesimi, Francus clam vni seruitorum regis Angliæ Lombrado, tenenti custodiam vnius portæ in Cales, pro traditione munitionis pecuniam maximam pollicetur: at ille breui termino deliberandi recepto, velociter Anglum alloquitur. Iussusque recipere pecuniam ipsam à Franco recepit, & gentem Franci venire iubet hora ad hæc assignata. Anglus autem cum filio suo & suis nocte veniens per mare, gentem Franci, intromissamque multitudinem videlicet nobilium maximam, interfecit, & aliquos captiuauit, conflictum nimis dubium iniendo. Habita autem victoria, sciscitatus, quis ab vtraque parte valentior fuerit in conflictu, & nominato sibi quodam milite Franci capto sibi coronam destinauit in turri, prolem eius liberatione paciscens. Postea mense Iunio, cum iterum congredi vellent, missis per Papam nuntiis & data Anglo pecunia, induciæ firmantur ad annum. Anglus autem dicens, pacem violatam fore, misit gentem in Britanniam contra Francum, quos Francus per suos inuadens, præualuit Anglis, multis occisis. Breuiter Francus moritur, circa finem Augusti, anno Iubileo, & Ioannes eius filius primogenitus coronatur.

Ioannes Valesius rex Galliæ. Comes de Guines.

Hic Ioannes Francus Comitem de *Gines* valentissimum, patris sui capitaneum fidelissimum, & inter Francos excelsum, qui dudum in seruitio Franci captus per Anglum, & sæpe sub cautione emissus, cum nullum liberationis adiutorium posset habere à Francis, patre vel filio, pro LX millibus aureorum, tandem Anglo pro liberatione sua, duas de suis munitionibus assignantem, pro eo improbè decollauit. Hic Ioannes anno domini M.CCCLI, de mense Ianuario, Curiam Romanam accedens duodecim Cardinales procurauit promoueri per Papam. Anglus verò *super*

promo-

promotione vnius ſolius ſcribens Papæ, non eſt exauditus : propter quòd omnes in regno ſuo per Papam ad beneficia quæcunque promotos expulit, ſub pœna ſubmerſionis, ne quis inibi literas apoſtolicas quaſcunq; & cuiuſcunq; tenoris exequatur inhibendo. Francus autem timens de vxore ſua, duos terræ magnates decapitat, propter colloquium habitum cum eadem.

Cum autem Clemens papa VI quinquageſimum annum perpetuò ſtatueret Iubileum, quem Bonifacius octauus centeſimum ſtatuerat, quaſi nouum inchoans, timoroſus, dicente ipſo Clemente, quinquageſimum magis Leuitico conuenire: ecce inchoante eodem anno, & per totum quinquageſimum, tanta Romam Chriſticolarum confluit multitudo, qualis non illic ab Vrbe condita confluebat. *Annus Iubileus.*

Requiſitus autem Papa per Carolum regem Romanorum, proceſſum dedit, quo Flagellatorum ſectam deteſtans, eos inhiberi præcepit, & religioſos eis fauentes, per epiſcopos captiuari : caſtigationes tamen occultas in hoſpitijs bona intentione permittens. Prætendit quoque in proceſſu, quòd ſicut manus in necem Iudæorum, quos pietas Chriſtiana defendit, laxarunt : ſimiliter de eis contra probos alios ſit timendum.

Natus eſt autem iiſdem diebus Carolo regi in Bohemia, ex noua vxore, filia Rudolphi Ducis Bauariæ, filius Wenceſlaus ex proauo nominatus, qui rex Ioannes fratri ſuo Marchionatum Morauiæ, vt iuri ſuæ hæreditatis in Bohemia cederet, aſſignauit. Quamuis autem modicam pacem Germanis, magnam tamen procurat Bohemis, omnes indifferenter decapitãdo raptores, vnde inibi potens eſt, plebiq; acceptus, qui & Pragam magnificauit in duplo. *Wenceſlai Bohemi ortus.*

Eodem anno quinquageſimo, de menſe Martij, Thuricenſes, qui ante paucos annos Ioannem Comitem de Habſpurg occiderant in conflictu (vbi Berengarius de Laudenberg miles fortiſſimus oculum poſt magnum laborem amiſit) Ioannem eiuſdem Ioannis filium, ex perſuaſione quorundam intrinſecorum nocte cum multis armatis ingredientem, animo capiendi ciuitatem, ceperunt : Berengario prædicto multisque bonis occiſis. Qui multos ciuitatenſes decapitarunt, multosque flexerunt ſuper rotas. Egreſſi ſunt autem ante oppidum Kaprechtſwiler ipſius Comitis : quod fratres eius iuuenes, occidi captum timentes, apetuerunt eiſdem : in quo itinere Rodolphus Bruno Magiſter ciuitatis, diuque potiór ibidem, quamuis plebeius, eſt miles effectus. *Feralis nox Tigurinorũ.* *Rudolphus Brun cõſul Tigurinus.*

Antea autem habentibus Waldenariis de Sulz Alſatiæ litem, cum Molitore milite Thuricenſi, & nolentibus Thuricenſibus aliquam illis facere iuſtitiam coram ciuitatibus vel alibi, niſi coram Sculteto ipſorum, illisq; pignorantibus Thuricenſes : ecce centum ciues Baſilienſes, & ſeptuaginta Argentinenſes in peregrinatione euntes ad monaſterium Heremitarum, captiuati ſunt in Thurego, & induciati ad tempus ſub maxima cautione. Et cum à Thuricenſibus intollerabilia peterentur, ſunt in captiuitatem reducti : & confœderatis ad quinquennium cum Ducibus Auſtriæ, Argentinenſi, Baſilienſi, Friburgenſi & Briſacenſi ciuitatibus, indictisque exercitibus, omnibusque paratis & volentibus Argentinenſi & Baſilienſi epiſcopis cum illis in perſonis propriis proficiſci, captiui ciuitatum ſunt reſtituti. *Waldner, ingenuus Alſata.*

Eodem anno quinquageſimo cum rex Carolus Romanus pluribus ciuitatibus & aliis Rheni noua contulit thelonia, per quæ traducentes vina & alias merces, plurimum ſunt turbati. Argentinenſes verò tamdiu Rhenũ obſtruxerunt, quòd tandem obmiſſis nouis theloniis in Maio, ſub anno LI, Rheno aperto magna cum vino nauium multitudo deſcendit. *Rhenus Argẽtina clauditur.*

Eodem anno quinquageſimo primo, medio Iunij, vineis dudum efflorescentibus, grana communiter ſufficiebant ad agreſtam : ita quòd non eſt memoria, blada & vina adeo floruerunt tempeſtiuè : & aperto Rheno, cum crederetur precium bladi & vini aſcendere, ipſum valde deſcendit, & circa Spiram & Wormatiam ante diem Ioannis Baptiſtæ blada ſunt collecta, vinaque optima ipſo anno creuerunt. *Fertilitas anni 1351.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 136;Leibn. Marg. 136, Stück 2, [161] - 155

Conuentus Augustinianorum Basilea. Eodem anno, in festo Pentecostes, fuit Capitulum generale Augustinensium in Basilea, vbi fuerant XIX Magistri Theologiæ. Papa quoque omnibus fratribus ibidem venientibus, dedit eam gratiam, quam in Iubilæo habuissent in vrbe. Quibus fuit per Papam, Basil. & Argentinensem Episcopos, aliosque contribuentes, egregiè ministratum, & concordauit Capitulum in M. Thomam de **Sarburg**, priori anno generalem electum, vita & scientia excellentem.

Eo tempore Treuerensis episcopus castrum **Munckler** fortissimum diu obsidens, expugnauit.

Eodem anno LI, quidam Carmelita lector, faciens sermonem in Missa Papæ, eum & Cardinales de eorum vitiis adeò reprehendit, quòd omnes qui aderant terrebantur, qui extitit propter hoc à statu honoris rotatus.

Pasquillus palatio Papæ affixus. Affixa quoque fuit quędam clausa litera ostio Cardinalis, Papæ & Cardinalibus directa: qua aperta, reperitur, quòd Leuiathan princeps tenebrarũ salutat vicarium suum Papam & Cardinales seruitores suos, quorum ope iam vincat Christum, nitentem exaltare pauperes & humiles contra Rempublicam mundi, & introductis Prophetis, eos de omnibus commendat vitiis, & salutãt eos mater eorum Superbia, & sorores eorum Auaritia, Luxuria, & cæteræ, quæ se iactant eorum adiutorio bene stare, & multa talia, Et scribitur: *Datum in centro inferni, præsente caterua Dæmonum.* Et commotus Papa perquirere nititur, & postea statim in infirmitate grauissima detinetur, de qua tamen conualuit, sed scriptor literæ prædictæ certificari non valuit.

Anno 1352. Anno quinquagesimo secũdo, Anglus munitionem fortem nepotis Papæ iuxta Tholosam obtinuit, de quo Papa plurimùm conturbatur.

Infirmatus autem Papa obiit in die S. Nicolai, anno LII, & positus in calce pro destructione carnis, in monasterio Casæ Dei, in quo olim Abbas fuerat, iussit se sepeliri.

Innocentius VI. Mortuo Clemente Papa infra XIIII dies electus est concorditer, Stephanus de prinu Claręmontensis Francus, qui fuerat summus pœnitentiarius Clementis, & Hostiensis Episcopus, & vocatus est Innocentius sextus, qui in die Epiphaniæ Domini postmodũ coronatus, statim reuocat omnes reseruationes factas per priorem Papam Clementem, exceptis maioribus Prælaturis, & in omnibus ostendit se rigidum, qui antea in magna clementia fuerat constitutus erga etiam Cardinales. In die Conuersionis Pauli, facit gratiam pauperibus cum rigida examinatione, & reuocauit omnes gratias prædecessoris non consequutas ius in re. Hic iustus est reputatus. Nicolaum quoq; Laurentij, olim Tribunum in Vrbe, captum per Clementem, absolutum dimisit: qui reuersus ad Vrbem, resumptus est honorificè in Tribunum. Qui postea Innocentio Papæ commendans se resumptum in tribunum cum obsequij exhibitione.

Ludouicus quoque Marchio, mediante Carolo Rege, anno LI cum Duce Saxoniæ & Episcopo Magdeburgensi comportatur, promissis eisdem XVII millibus marcarum, vt Arnestus Palatinus, dux de Bauaria, liberaretur.

Ludouicus iunior, dictus Romanus, marchio Brandenburgensis. Postea anno LII in Februario, actum est inter Marchionẽ & fratres suos quòd Romanus Marchio efficitur, & fratri suo Alberto pars Marchiæ datur, & filia Comitis de **Mechelberg** copulatur: Ludouico autem olim Marchioni, cedit tota superior Bauaria, attingens ad Comitatum Tirolis, & tertia pars inferioris Bauariæ: Wilhelmo autem remanerẽt comitatus Holandiæ, Selandiæ & Hennegoiæ, quæ nolebant diuidi: constituto matri annuo redditu multorum millium florenorũ, pro tempore vitæ suæ. Ludouicus autem Marchio de mense Decemb. cum Mediolanensi & sororio suo Mastino Veronensi, parlamentum habuit in Tridento.

Conuenerant autem rex Carolus & Ludouicus marchio in **Nurenberg** de mense Aprili concordantes omnino. Et cum Rex non posset concordare occupatores Marchionatus cum Marchione, quòd cederent: ipse Marchioni adhærens, alios coram se citauit, fictumq; Marchionem cum suis banniuit. Marchio quoq; lanceam, clauos, partem crucis Christi, & alia insignia, quæ imperio dicũtur per Ludouicum Imperatorem patrem suum relicta, regi præsentauit, recepta cautione de reducendis infra triduum, vel in **Nurenberg**, vel in **Franckfurt**, per regem: quod non fuit impletum,

Insignia imperij ad Carolum.

impletum, sed ea Pragam perduxit, de quo Bohemia nimium gratulatur.

Ioannes autem frater regis, filiam Ducis Poloniæ, quam de Tropowe nominant, insçio rege traduxit vxorem, de quo (cum multi sint eorundē Polonię Ducum, attingentes versus Bohemiam) vtique rex perturbatur.

Postea anno quinquagesimo secundo, mense Martij, Wenceslao fratri regis ex Francigena, inuito rege, filia Ducis Brabantiæ copulatur, & terra Lutzelburg in Comitem assumpsit eundem.

Ludouicus autem marchio, de mense Iulij & Augusti, ingreditur Marchiam, cum M. CC galeatis, plurima reacquirens, cui per totum annum præteritum rex Daciæ cum trecentis galeatis & quingentis scutiferis aderat in Marchionatu, cum Romano, fratre Marchionis virili: qui rex ad priorem gentem suam ducentos galeatos, & quingentos scutiferos de nouo transmisit. Marchio quoquo Missenensis, filius sororis Marchionis, similiter ad gentem per annum ibidem habitam, tantundem transmisit. Recepta autem multa pecunia, idem Ludouicus filio Mastini Veronensis, sororem suam, quondam Ludouici Principis filiam, matrimonio copulauit: ex quo rex Vngariæ, cuius frater similiter eius sororius est, plurimùm, nec immeritò, conturbatur.

Peregrini quoque Iubilæi, licet vndiq; competenti pace potirentur: circa partes Rheni plurimùm periclitati fuerunt, tam in submersione nauium circa Brisacum & Rhinaugiam, ex quo plurimi perierunt, quàm inuasione prędonum. Bertoldus enim Comes de Eberstein, Baldemarum militem dictum der rote Baldemar, de Westerreich/ de Vrbe redientem, cepit, & in aureorum grossorum sex millibus taliauit. De quo tamen multi nobiles sunt gauisi, quia idem miles multos diebus suis, post etiam cruciatus magnos, excoriauit ad vnguem.

Iisdem temporibus, de mense Decembri, Hannemānus dominus in Liechtenberg, qui spernens dominam de Liningen, sororem Emiconis comitis de Liningen, coniugem suam legitimam & probam, cuidam Lisæ mulieri adhæsit adulterinæ, ex qua plures liberos procreauit, quarum vnam filio Gotzonis de Grostein militis Argentinensis, matrimonio copulauit, in castro suo Liechtenberg: per Henric. filium suum & Emiconem prædictum captiuatur, & Lysa præcipitatur ab alto: priùs enim fuerat capta, & per multas petitiones dimissa, iterum ipsi Hannemanno adhæsit, & post reditum ab Vrbe, in vxoris & filii mortem machinando. Qui Hannemannus data cautione de non exhæredando filio, liberatur.

Hannemānum de Liechtēberg baro.

Anno Domini, millesimo trecentesimo quinquagesimo primo, venit Nicolaus Laurentii, de mense Iulii, olim tribunus Romanus, Pragam, incognitus inibi: qui propter quosdam eius sermones, à Pragensi Episcopo detinetur diu captiuus, quem postea de mense Iulii, Carolus rex Papæ transmittit. Rex quoque tunc infirmitate grauissima & durabili detinetur, quod multi ex toxico factum fuisse crediderunt. Multos enim Dominorum Bohemiæ, munitionibus & bonis suis, per patrem regis eisdem obligatis, spoliauit: dicens, eos recepisse plurima vltra sortem. Conualuit autem competenter, ac sub anno millesimo trecentesimo quinquagesimo primo, de mense Maii Ducem Austriæ visitat, inter alia fratrem suum Patriarcham Aquilegiensem reconciliando cum rege, amicè etiam se gerens cum Marchione de Brandenburg, eius aduersariis aduersatur. Quilibet etiam eorum barones alterius, qui tempore eorum inimicitiæ de tradendo dominum suum, cum altero vias quęsierant, patefecit. Marchio etiam quāuis se exinaniuerit in expensis, in Marchia tamen feliciter triumphauit, victisque quibusdam munitionibus, inhabitantes cremauit.

Tribunum Romanum Pragæ Pontificem patraditur.

Romanus autem frater eius, venit ad matrem in Holandiam, assistens matri contra fratrem suum Wilhelmum, quem terra illa pro Domino ad mandatū matris recepit, quam mater aspirans ad cuiusdam imparis matrimonium, vt dicitur, nititur rehabere: at illi Wilhelmo assistūt, & inter ipsos discrimina oriuntur. Scripsit autem mater filio, si eum obtinuerit, ipsum in quatuor partes diuideret: ipso econtra, si eam obtinuerit, vt matrem tractaturum benignè, scribente, inito conflictu in lacu, ex parte matris perierunt CC viriles, & vltrà, multiq; Anglorum.

O

Eodém anno LI, de mense Iunij, marchio Iuliacensis, quem filii biennio tenebant captiui, penitus liberatur. Dominus enim de Schönecke, qui postea in obsidione Munckler iactu periit, filios litibus infestauit, cui tandem Colonienſis & Treuerensis archiepiscopi assistebant; Filii n. capto patre (quamuis antiquior haberet Comitatum Montium) in substantia & sumptibus defecerũt, debitis oneratis: vnde pater cum filiis bene concordat, vt dominium restauretur. Dux quoque Gelriæ à iuniore fratre suo, dicente, eum inutilem, de adiutorio Comitis Marchiæ impugnatur.

Anglis successum in Gallia.

Anglus eodem anno LI, de mense Aprili, cum vxore & liberis veniens in Cales, terram prædicti Comitis de Gines inuadens, obtinuit ferè totam, & contra Comitem Lemouicensem, eum cum Franci auxilio aggredientem, conflictũ obtinens, & postea cum Comite Belonienſi pari modo confligens, Comitem cepit, multis occisis, & pluribus captiuatis, diuersis insultibus feliciter triumphando. Comitatũ quoque Bellifortis, quem frater Papæ tenuit, omnino quasi destruxit. Frãcus aũt fratri & nepoti Papæ, vt cum expressis armatorum multitudinibus ad eum venirent, sub priuationis feudorum, marschalco verò Papæ, sub capitis pœnis, mandauit.

Erat autem eo tempore lis durissima in Westrania, Episcopo & ciuitate Metensi ac Comitissa Barrensi ex vna: Ducissa Lotharingiæ, Comitibus de Sarbrug & Geminopõte, dominis de Vinstingen & plurib. aliis, ex parte altera, se omni discordia vastantibus hinc inde, quos Francus, vt ab eis mutuò, more solito haberet auxilium suo tempore, pacare conatur. Destructis autem mutuo aliquibus munitionibus & conuenientibus vtrinque circa Metim in Augusto ambarum partium armatura, habentibus extrinsecis circa duo millia & quadringentos galeatos, factisque multis militibus, negotium comportatur. Inter Francum quoque & Anglum facto conflictu, in quo pars Franci præualuit, ad annum induciæ confirmãtur. Et post hæc anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo secundo, de mense Iulij, Francus castrum Gines obsedit.

Rinfelda oppidum.

Anno Domini M. CCC LI, de mense Augusti, vènit Albertus Dux Austriæ ad partes Rheni, redimens à Comite de *Nidowe* oppidũ imperiale Rinfelden, dudum Ducibus ab imperio obligatum: ficq; habuit de oppidis imperialibus super Rheno, Schafhusen/Rinfelden/Nuenburg & Brisacum.

Tigurum ab Alberto Austro obsessum.

Obsedit autem Turegum, cum duobus millibus galeatorum, & XX millibus peditum, de auxilio Basilienſis & Argentinensis episcoporum & ciuitatum: item Friburgensium, Bernensium, de Wirtenberg Comitum, de Hohenberg, & aliorum multorum. Confœderati autem erant Turicensibus valles Suitiæ, Vrah, & Vnderwaldẽ, & oppidũ Lucern ipsius ducis, quod se ab eius ditione retraxit: & cõpromissum est in quatuor arbitros, Agnete olim regina Vngariæ, sorore Ducis, pro superiore electa. Qua concordante cum arbitris Ducis, post recessum exercitus, illiusque Turicensibus pronuntiationi parere nolentibus, sed XVI obsides meliorum Turicensium in Brucke & in Baden positos in obstagio, in obseruatione obstagii quasi perpetuò dimittentibus, qui turribus sunt inclusi: Dux ergo in mense Nouembri, ciuitatum hominibus dimissis, equites & sagittarios prò custodia munitionum suarum & pro infestandis illis, & ne eis adduci possent victualia, destinauit. Vxore eius Ioanna de Ferreto interim, relictis quatuor filiis & duabus filiabus, mortua, Austriam est reuersus, Ioanne de Habspurg captiuo manente.

Suitenses autem vallem Ducis *Glaris*, destructo inibi castro Hermanni de Landenberg, subegerunt. Burkardus autem de Ellerbach capitaneus Ducis, equites Argentinenses, Basilienses & Friburgenses ciuitatum, circa ducentos posuit in locum Balneorum, extra oppidum Baden. Turicenses autem in die sancto natiuitatis Domini de nocte cum quatuor millibus peditum armatorum, duobus millibus bragantum, & ducentis equitibus armatis, latenter egressi, cum post castrum Balnearum descendentes, viam arboribus inuenissent obstructam: *in tollendo obstacula* vsque circa ortum Solis fuerunt impediti. Equites verò *ciuitatum* cum equitibus Ducis disposuerunt, post Missam, ipso die *Stephani*, *visitatare* Turegum, & ob hoc equos & arma paratos haberent. *Illis venientibus*, dimissis

Austriaci prope Badenſes.

missis omnibus suis, vix cum equis & armis ad oppidum euaserunt. Turicenses vero tollentes spolia, locum Balneorum & quædam alia, incendio vastauerunt.

Et cum circa occasum solis reuerterentur, alii cum CCC equitibus, & DCCC peditibus de *Brucke* & *Baden* eos sequerentur: Turicenses se de sylua montis trahentes ad planum conglutinauerunt. Et appropinquantibus istis, equites Turicenses dixerunt eis: Vah vos non audetis. Alii verò dixerunt: Vah, vos fugitis. Et ecce sub banerio Basilienſi, qui hoc illa vice fortè obtinuerunt, in crepusculo iniere conflictum, & cecidere de parte Ducis centum & vltra. Ex parte Thuricensium ceciderunt CCCC, & præ nocte ab inuicem discesserunt. Interea ante reditum Ducis in Austriam, Thuricenses & sui successiuè omnia Ducum & suorum in illis partibus extra munitiones incendio vastauerunt, oppidum Zuge, sæpe tentantes expugnare, sed propter Argehtinenses nequiuerunt.

Anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo secundo, de mense Aprili, promisit dux CCC Astrales in Baden contra eos, & ipse subsequitur de mense Iulii, omnibus quos habere poterat conuocatis. At Suitenses Zuge machinis, cartis & iaculis igneis adeò infestarũt, quòd oppidani emissis extraneis, Suitensibus se dederunt. Dux verò cum duobus millibus galeatorum equitum, & x millibus peditum armatorum Thuregum obsedit: inter quos erat Lud. marchio de Brandeburg, multi Comites & Barones. Constituto autem Eberhardo de **Wirtenberg** inuito quasi per multas preces capitaneo, cum alii familiares Ducis, eo inscio omnia tractarent, & res esset in spe compositionis, pro duce, Eberhardo recedente: totus exercitus negotio infecto reeessit. Et est tandem compositum, quòd Thuricenses & sui, nullum de hominibus Ducis reciperent in Burgenses. Et liberatus est Ioannes de Habspurg, restituta sibi Marchia & oppido **Rapprechtswiler**, restitutaque sunt Duci *Glaris*, *Zuge*, & Lucerna ac *Thune*, cum pertinentiis in *Suize*, & nihilominus ligã contraxere iuratam. Post hæc finita liga Bernensium cum Ducibus, ipsi se Suitensib. & Thuricensibus colligarunt.

Tigurum ab Austria denuò obsessum 1352.

Berna Heluetijs consungitur.

Item eodem anno quinquagesimo secundo, rex Litouiæ cum auxilio Tartarorum innumerabili, per Russiam (quã quasi destruxit) transiens, animo destruendi Cracouiam, cum rehabuisset fratrem suum Ludouicum captiuum dudum, & cum omnes vicinæ terræ ad eius resistentiam properarent, recessit, in pristina perfidia perseuerans.

Lituani in Poloniam effusi.

Item eodem anno Liga pacis generalis Alsatiæ finita festo Martini, Rodolphus Palatinus, nominans se Vicarium imperii, & Hugo de **Hohenberg** cum ciuitatibus Imperii Alsatiæ, noluerunt prorogare ligam pacis, nisi nonus cognitor, qui ante fuit Argentinensium, detur ciuitatib. Imperialibus: Episcopo autem & ciuitate Argentinensi nolentibus mutare in hoc morem antiquum, liga expirat. Quo facto, Rodolphus de **Vegersheim** armiger Argentinẽsis, qui dominis de **Vinstingen** multùm seruierat, de multorum auxilio, Hagenowenses (pro eo quòd in anno Iubileo Ioannem fratrem suum decapitauerant) hostiliter inuadens, ipsos ad magnã artauit emendam. Anno enim Iubileo Ioannes de **Vegersheim** prædictus valens & robustus in sacra foresta, in inuasione quorundam Angliæ peregrinorum, captus cum famulo, euadente Ioanne de **Wolffgangsheim** adiutore suo, licet probationes pro eo offerrentur, quòd pignorare voluerit regem Angliæ, in cuius seruitio plurima expenderit, post preces innumerabiles nobilium Argentinensium, virorum & mulierum & dominorum Alsatiæ, in *Hagenowe* decollatur.

Anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio, rex Carolus egreditur de Bohemia, mense septembri & veniens Vlmam, ligam pacis generalis fecit omni Sueuiæ imperii ciuitatum. Et cum iussisset Eberhardum de **Wirtenberg** præsidẽ huiusmodi ligam iurare, & ille diceret, se velle deliberare cum fratre: Rex indignatus dixit: delibera quantum velis. Tunc territus Comes, iurauit. Venit autem rex Constantiam, vbi cum inuenisset ciues quasi omnes armatos, & catenas per vicos, omnia tolli iussit. Erant autem omnia paramenta mensæ suæ ad comedendum & bibendum, & nauicula continens eleemosynam illius mensæ, omnia de auro puro, nec quicquam inibi apparebat argenti: omnia autem inferiorum

Fœdus Sueuicum Cæsaris auctoritate initũ 1353

mensarũ paramenta, etiã pro garrionibus, & currus ducens nauem, continẽtem eleemosonam, de argento fuerunt. Conuenitque ad eum multitudo Baronum, & missum est pro Thuricensibus, pro discordia cum Duce sedanda. At illi cum valibus Suitiæ nolentes duci subiici, sed ad seruiendum regi & imperio obtulerunt: sicque venit Thuregum, & ostendũtur priuilegia Imperatorũ pro Vallibus antiqua. Et cum per ministros Ducis diceretur, cur ea nõ antea monstrassent: responderũt: quòd pro nullo motu ea alteri, quàm eorum Domino principi Romanorum, monstrarent. Et obedierunt regi valles, quæ in XXXVI annis nulli parebant. Et descendens rex per Basileam & Brisacum, venit Argentinam, vbi honorificè est receptus.

Carolus quartus Tigurũ venit.

Decubuit autem infirmitate durabili in **Mollesheim**, Berchtoldus Episcopus Argentinensis, qui Ioannem de **Liechtenberg** (qui in ecclesia Argentinensi præposituram & decanatum in lite, Cantoriam verò & Pincernatum sine lite tenebat) Regis secretarium, vicatiũ constituit, in spiritualibus & temporalibus, & pro eo præficiendo ecclesiæ, Episcopus cum capitulo, & rex, Papæ literas dirigunt seriosas.

Vini ỏber prouentus.

Eo Autumno tanta fuit vini abundantia, quòd bona mensura vini communiter pro Obulo, vas autem vacuum pro triginta solidis Argentinensibus vendebatur. Multitudo quoque agrorum in Alsatia incollecta remansit, & etiam circa festum Lucię, in bonis vineis erant adhuc botri. Et venit rex Hagenouiam, vbi in die Omnium sanctorum communicatus fuit. Facta est etiam liga pacis ibidem ad triennium,

Eædem Rhenense.

in qua quindecim Iudices sunt statuti, duo per Episcopum, & duo per ciuitatem Argentinensem, tres per oppida Imperij, vnus per inferiorem Landgrauium, vnus per Dominos de **Liechtenberg**/de **Ochsenstein** & **Geroltseecke** in Vosago, vnus per Abbatem Morbacensem, dominos de **Rapoltsteine**, de **Geroltseecke** in *Mortenowe*, & de **Vsenberg**, vnus per Episcopum, & vnus per ciuitatem Basilienſem, & quindecimus per regem. Recessit autem **Weckerius** Marchio de Baden, nolens esse in liga, cuius frater Fridericus, & Hermannus patruus, in breui sunt ante defuncti.

Concordauit etiam Sletzstatenses, introducens expulsos, & instituit telonia super Alsa quæ breuiter reuocauit. Ascendens quoque rex visitat Bertoldum epi-

& Florentij corpus.

scopum Argentinensem, in Mollesheim decumbentem, & crastino, casu in die Florentij, veniens Haselahe, aperit tumbam Florentij, trecentis annis auro & argento reclusam, & inuenit caput & corpus eius. Et faciens ibi tabelliones, instrumenta sibi dari iussit, de inuentione huiusmodi, quia Canonici Argentinenses S. Thomæ, vbi sepultus fuit, asserunt se caput & corporis maiorem partem habere: & aderant ibi Moguntinus, & plures Episcopi. Visitat etiam rex Monasterium de Andelahe, vbi est corpus beati Lazari, & monasterium in **Erstein**, vbi est corpus beati Vrbani,

Andlo. Erstein.

tunc & ante nunquam apertum. Et de his omnibus & aliis multis ibi & alibi reliquiis partes accepit, animo Bohemiam traducendi. Et deponit Hugonem de **Hohenberg** præsidem.

Reuersus aũt rex Argentinã per Hagenowiam, **Wissenburg**, & *Landawe*, venit

C. de Falckenstein res apud Moguntinos gesta.

Spiram, vbi ad eum venit cum cautione Cuno de **Valckenstein**, minister Hentrici de **Virnenberg**, archiepiscopi Moguntini depositi. Qui Cuno dominum suum contra Papam & regem, ac dominum de Nassawe & suos, manu tenens, in tantùm præualuit, quod pluribus annis omnia bona quorumuis Clericorum, ciuitatis & diœcesis Moguntinæ beneficialia & matrimonialia, Gerlaco prouiso sedis adhærentium, sine lite recepit, multisque qui mandatis Apostolicis paruerant, trucidatis, & exequentibus aliquibus submersis, multisque exulare coactis, literas quoque apostolicas gratiosas vel alias repertas apud quoslibet, laniauit. Nouum telonium apud **Oppenheim** instituit, & empta Curia Monachali super Mogano, ad vnum miliare à Moguntia, ibidem castrum construxit. Seruantes mandata Apostolica vndique per diœcesim tanquam excommunicatos vitari coegit, fauorem quasi omnium habuit, pro eo quòd Domino suo & Ludouico Principi adhæsit deposito, tantæ constantiæ fidelitatem ostendit: & reputatus est animosior Alemannus. Plura ecclesiæ Moguntinæ bona obligata redemit. Hoc anno quinquagesimo tertio, quatuor millia plaustra vini, & XL millia maltera bladi collegit: Seruitores habuit prudentissimos & constantes,

constantes, quibus omnia regenda commisit, ipse venationibus & iocunditatibus assistebat. Cui cum rex Spiræ plura commissa cõtra imperium obiecisset: ipse se super his non deliberasse respondit. Et quantumcunq; sibi magna exhiberentur, ipse nil se auditurum, per quod Dominus suus cederet, respondendo, recessit.

Et descendit rex Moguntiam, comportans cum Gerlaco Moguntino & Capitulo potẽtium, quod restituta sunt sibi nomine Imperij Oppenheim, Odertsheim oppida Imperialia super Rhenum, cum castris & villis attinentibus, quæ obligata fuerant ecclesiæ Moguntinæ pro x c millibus florenorum. Et feria quarta ante Thomæ in atrio ecclesiæ Oppenheim, ipse Gerlacus absoluit vniuersitatem ibidem, ipsaque nomine Imperii regi iurauit. *Oppẽheim. Oderzheim.*

In die verò beati Thomæ, rex cum Principibus & Baronibus Moguntiæ præsidens, declarauit, Cunonem in multis contra Imperium fecisse, super quibus respondere & iustitiam facere renuit coràm rege: inhibens omnibus authoritate regia ne quis assistat eidem. Et declaratum est per Principes & Imperij fideles, quòd quicunque scienter contra hoc fecerit, corpus & res ad gratiam regis amisisset.

Eodem die venit Treuerensis notans Cunonem, moriturq; Henricus de Virnenberg Archiepiscopus depositus, paralysi, quem fingunt viuere tractatores Cunonis. Et componit eos rex amicè de consilio & auxilio Ioannis de Liechtenberg, electi Argentinensis, quòd Cunoni remanet castrum Vogtsperg pro tempore vitæ, & quòd sibi & hæredibus remanet pignus Erenfels, cum multa terra vicina, quousque redimantur per Archiepiscopum pro quadraginta millibus florenorum. Item quòd remoto Wilhelmo *Pintschon* Gallico, sedis prouiso, præpositura Cunoni permaneat in quiete, ipseque Cuno in blado & vino retinebit collecta, & quòd archiepiscopus contracta debita per quinque administratores, dudum per Henricum archiepiscopum & Capitulum electos, soluere teneatur, & quòd collecta & facta per quondam Henricum etiam post depositionem rata manebunt, & ipsius & suorum fiat per papam, vel eius authoritate, absolutio & relaxatio generalis: sicque expeditis omnibus, statim factus est Cuno regis & Archiepiscopi intimus & dilectus. Dataque sunt suis fidelibus, præsertim *Herbotoni*, humili seruitori eius & prudentissimo, prouisiones & munera ab eisdem. Qui Cuno postmodum factus est Archiepiscopus Treuerensis. In die verò beati Stephani, rex præsidens Moguntiæ coronatus.

Hac hyeme anni L I I I I, Marschalcus Prussiæ, cum multis aduenis glaciem transiens cum quinquaginta millibus, in terram regis Litouiæ veniente pluuia (ne fracta glacie reditus præcludatur) illico est reuersus, & fratrum exercitus est dispersus. Interim rex conuocatis duobus fratribus suis, cum multa gente venit illis insciis, ad conflictum paratus. Et intelligens illos transisse, confortata noctibus glacie, per viam illorum Prussiam ingreditur, & per integrum diem vastãs & cõburens, multa millia hominum captiua traduxit, illico reuertendo, filius autem regis cum multis, aperta & fracta in parte illa glacie, est submersus. *Lituanus Prussiam populatur.*

Anno Domini M. C C C L I I I I, in Ianuario, reuersus à rege Balduinus Treuerensis Archiepiscopus moritur, & statim Comes de Sarbrugge archidiaconus concorditer eligitur, & breuiter confirmatur & consecratur à Papa. Post hæc venit rex ad ciuitatem Metensem, vbi honorificè receptus, multis ibi diebus permansit, faciens ibi ex Comitatu Lutzelburgensi Ducatum, & ex Comitatu Barrensi Marchionatum. Non tamen eum receperunt tanquam regem, dicentes, se soli imperatori ad plura iura teneri. Deinde in hebdomada sancta Keisersberg Alsatiæ reuersus, ibi Pascha peregit. Et venit in monasterium Hohenberg, quinto nonas Maii, & tumbam beatæ Otiliæ, vnà cum Ioanne Episcopo Argentinensi pauliſper aperuit, tollens ex integro corpore ibi reperto, partem brachii dextri fideliter ipsam recludens. *Boemundus Sarapontinus archiep. Treuerensis 1354. Lutzelburgensi Ducatum. Tumba S. Otiliæ in Hohenberg.*

Cum autem Albertus Australis scire vellet, an rex manu forti sibi vellet assistere contra Thuricenses & valles Suitiæ, & confœderatos eis: rex in Aprili ascendens Thuregum, libenter induxisset eos: quòd Duci reliquissent sua, scilicet Lucernam, *Zuge* & *Glaris*. Illi responderunt, sibi placere, quod duci darent ea, ad quæ tene- *Cæsaris cũ Heluetijs tractatus.*

rentur eidem: sed nolebant sinere, quòd Dux vel sui, munitiones in sua potestate tenerent, prætendentes, quitasse cum illis. Rege verò dicente, eos tanquam Imperii homines non potuisse sine rege talia iurare, cum eius authoritas sit excepta: illi verò dicentes: se simplices talia non intelligere, omnino suo proposito inhærebãt. Sicque rex factis inter eos treugis ad prędicendum per vnum mensem, negotio infecto recessit. Interim autem tractauerat cum Thuricensibus, de emendo pro Imperio Lucernam & *Zuge* munitiones, Australis, ratione quarum tot scandala sunt suborta. Dicens etiam rex, se illidaturum plures & meliores circa Austriam, pro lite sedanda: quæ Dux intelligens, nimium est commotus, dicens: se melius posse emere bona regis.

Conueniunt autem in Ratispona, Rex, Dux & Marchio Brandeburgensis, extra ciuitatem tamen manens, accedere nolens regem: & irato Duci dixit rex: Se credidisse ei complacere in tractatibus prædictis: sed ex quo ei displicent, se in propria persona, cum omni gente Imperii, cum Duce, in Thuricẽsium obsidionem iturum. Et egressus est Dux de Austria, anno prædicto de mense Iulii, cum innumerabili pecunia, & gente magna Australium & Sueuorum, monens omnes ciuitates sibi colligatas, ac fideles quoscunque. Rex quoq; monebat omnes ciuitates & fideles Imperij in Ducis subsidium contra illos.

Dux autem descẽdit in *Brucke*, cum c galeatis, & mittuntur ei secunda die mensis Augusti, ab Argentina centum galeati meliores & nobiliores ciuitatis, & trecenti pedites, quorum quilibet sex habuerãt currum sex equorum ab Argentina, præter alios currus & bigas, omnia eis necessaria deferẽtes: quorum florẽs Ioannes Zornius miles in *Brucka* moritur.

Tigurum terræ obsessum. Similiter & aliæ ciuitates & domini Sueuiæ & Rheni fecerunt. Confluit autem ad Ducem contra Turicenses nimia multitudo. Rex verò veniens iuxta Regen*s*perg, distans per vnum miliare a Thurego, castra metatur. Graue autem erat ciuitatibus imperialibus obsidere Thuregum imperiale, nisi & illorum sermone audito. Obtulit autem rex ciuitatibus, quòd ex parte Ducis & sui, omnia committerentur: dummodo & illi facerent, arbitrio ciuitatum. Et missis in Thuregum cuiuslibet ciuitatum nunciis, & exposito Thuricensibus ciuitatum fauore, & oblato eis tali compromisso: illi, quòd omnia libenter in ciuitates compromitterent, excepta liga, cum aliquibus Ducis munitionibus, responderunt. Et obiecto eis, quòd si contingeret Regem eis aduersari, an eis assistere vellent, petebant, ne intricaretur eorum iuramentum, & sic ciuitates infecto negotio sunt egressæ.

Meilan. Vincitur autem villa *Meilan* magna, Thuricensium, & multi occiduntur; hortusque deliciarum inter *Raprechtzwilre* & Thuregum vastatur omnino. In progressu autem ad Thuregum, vbi iuxta vallum quod Thuricenses & Suitzenses non longè ante ciuitatem fecerant, & se ibi in campo posuerant, vbi timebatur conflictus: Ioannes Windloch Episcopus Constantiensis, Ducis Cancellarius, voluit, quòd Vexillum suum & omnes Sueui sub illo, iuxta antiquum ius Sueuorum, præire deberent. Quod cum Dux nollet, sed suum præire Vexillum: Episcopus cum suis recessit, nolens minuere ius Sueuorum, de quo Dux nimium est commotus. Gens namque Sueuorum à tempore Caroli & aliorum Principum, quod in expeditionib. primum conflictum habere debeant, viribus & virtutibus meruerant.

Sueuorum priuilegium in inundo conflictu.

Postquam autem Dux septem hebdomadis circa Thuregum vastauit, dimisso exercitu (quia rex manere noluit) reliquit Equites in munitionibus circumquaque, qui impedientes illis adduci victualia captionibus & interfectionibus se mutuò infestarunt. Dux autem cum R. filio suo Austriam est reuersus, animo breuiter reuertendi.

Pugna in lacu Turicino. Et in Decembri, cum afferretur bladum Thuricensibus, & cum viginti quatuor nauibus armatorum, bladum deducere voluissent: Hermannus de Lauden-berg hæc præintelligens, absconsis nauibus suis cum armatis, illos retro inuadit. At illi fugientes de nauibus, occisis pluribus, pedes euadunt, nauibus Hermanno relictis. Dux autem post Pascha dirigit multò plures.

Iisdem

Iisdem temporibus.... de Hohenloh, episcopus Herbipolensis, de auxilio Moguntini & comitum de Wirtenberg & aliorum, ciuitatem Herbipolensem potenter obsedit, pro eo quòd vnus Ciuitatensis præbendam ecclesiæ Herbipolensis contra ecclesiæ consuetudinem, quæ nunquam ciuitatenses receperat, impetrauit à sede. Et non obstante appellatione Capituli, ad inuocationem executoris, bona Capituli occuparunt. Et veniens Rex illic negotium reformauit: ita quòd ciues curias Canonicorum, quas interim destruxerant, reædificare deberent, & quælibet pars in suis libertatibus remanere. *Episcopus Herbipolensis urbē obsidione premit.*

Eodem anno de mense Septembri, moritur Ioannes archiepiscopus Mediolanensis: & tres fratrueles eius, Matheus, Barnabas & Galeatius, filij quondā Stephani, dominia occuparunt. Dederat autem ipse archiepiscopus pecuniam dudum Wernhero de *Vrselingen* capitaneo societatis, quod in patriā est reuersus, & breuiter in Sueuia sepultus.

Post cuius obitum alia surrexit societas x millium equitum & vltra, in partibus Lombardię, quibus primò præfuit frater Memorialis hospitalarius, apostata prouincialis, strenuus & prudens in armis, qui recedens cum societate sua, & per Vrbem de conductu Tribuni transitum faciens, propter quandam suspicionem decollatus est à Tribuno. Qui Nicolaus Laurentij tribunus in breui postea facto insultu, occiditur à Romanis, præcipuè à Columnensibus, quibus & in hoc fauebant Vrsini. Populi autem videntes eum mortuū, ne viderentur illis suspecti, ipsum conciderunt in frusta. Societas autem, recedente Prouinciali R. de Landawe Sueuum, de genere comitū, pro Capitaneo, tanquam virilem recepit. Hæc societas semper morabatur in campis ad dandum sibi victualia Dominos & ciuitates cohercens. Hæc societas diu stipendiata est à Venetis, in regis fauorem. Et iacebant iuxta ciuitates Mediolanensibus subditas, à quibus ne infestarent eas, victualia receperunt. Tenebant autem inter se maximam pacem & iudicium, & afferentibus venalia, securissimus dabatur conductus. Post hæc se transferebant ad partes Rauennæ, & postea in Apuliam. *Societas Italica.* *Tribunus Romanus occisus.*

Rex eodem anno L IIII, mense Septembri, quasi occultè cum paucis ingreditur Lombardiam, & veniens Mantuam, mittit ad ciuitates Alemanniæ, & episcopos & ad alios, vt sibi gentes armatas dirigant, iuxta morem. Et Robertum seniorem Bauarum Palatinum Rheni, tempore absentiæ vicarium regni constituit generalem. Rex quoque in Decembri, factis treugis inter Venetos & Mediolanenses, cum tribus fratribus Mediolanensibus reformatur, recepta ab eis grandi pecunia, & promissis sibi annuis redditibus de terra, ita quod illi nomine regis ministri terræ maneāt, sicut ante: sicque Mediolani honorificè est receptus, & in palatium episcopi traductus, ab archiepiscopo Mediolanensi, quem de genere prædictorum Vicecomitum papa præfecerat, corona ferrea coronatur. *Carolo expeditionem Italiam.* *Principes Mediolanē. sed ministri Imperij.*

Anno Domini M.CCC. LV, in Ianuario, Rex oblatis sibi portarum clauibus à Pisanis & Senensibus, Pisas perrexit, vbi ad eum in Februario Regina peruenit, & habuit mille galeatos Bohemos & paucos Alemannos. Hostiensis verò episcopus Cardinalis, crastino Purificationis flens, animo coronandi regem à papa, recessit, associatis omnibus Cardinalibus ad duas leucas, dicens, se timere, se ampliùs non visurum. Rex autem in festo Paschæ coronatus à Cardinalibus, Pisas reuertitur, quia se non mansurum in Vrbe promisit. Imperatore autem ab Vrbe in die coronationis recedente, factis multis militibus super ponte, eoque quinque diebus ante Pascha latitante in vrbe, templaque visitante latenter, & in reuersione à Senensibus & aliis glorioſe recepto, duorum fratrum filiorum, quondam Principis Moregiæ, quos Vngarus à captiuitate reliquit, vnus iunior in Apulia manens, sibi societatem aliquā assumens, & Ludouicum patruelem, scribentem se regem Siciliæ, & habentem Ioannam quondam coniugem Andreæ regis iugulati & eius dominia, dilectū nimis sedi Apostolicæ vehementer infestabat. Alter vero maior, qui & antea dudum forsan simulatè coram Franco patrueli suo Vngaro, duellum indixit, *Carolus 4 Imperator coronatus.* 1355.

castrum fortissimum Prouinciæ, in quo idem Ludeuicus thesaurum suum habuit, obtinens, militem, de quo prędictus Ludouicus confidit, custodientem castrum, qui & Clementis papæ habuit filiam, cum vxore deiecit, omnibus per eum occupatis in castro repertis. De quo cum papę Petragoricensem Cardinalem, ipsorum fratrum auunculum, & quosdam alios Cardinales sibi fauentes, de fautoria haberet suspectos, vt eis ablationem pilei, ipsi verò sibi diuisionem capitis minarentur: nimia Auinioni scandala sunt suborta. Papaque conquisitis stipendiarijs ad custodiendum se in palatio, cum Petragoricensis cum suis, plures Cardinalium assistentes papę, de suis curiis eiecisset, papa Rhodanum in tuitionem Franci transiuit.

His diebus Veneti Ducem suum, cum quibusdam aliis, decollarunt.

Anno Domini M. CCC. LVI, in festo beati Lucæ Euangelistæ, corruit ciuitas Basilea, ex vehementi terræmotu, & plura castra & alia ædificia corruerunt. Ille terræmotus venit circa vesperas. Et in sequenti nocte fiebant plus quàm decem, ex quibus etiam plus quàm XL castra circa Basileam sunt subuersa: per plures etiam dies sequentes, fiebant plures terræmotus.

Basilea terramotu cõcidit 1356.

Eodem anno venit Carolus imperator ad ciuitatem Metensem in aduentu Domini, celebrans ibidem natalem Domini: fueruntque ibi Principes Electores, & Officiales seu ministrales Imperij, quorum quilibet ministrabat Imperatori sedenti in mensa, in officio seu ministerio suo proprio. Quilibet autẽ veniebat super equo, vsq; ad mensam. Descendente verò de equo coram mensa, histrionibus & mimis dabatur equus: & aliæ plures solennitates fiebant ibi, de quibus longum esset scribere. Erat enim solennior curia, quã de aliquo Imperatore scribitur temporibus retroactis multis.

Imperialis curia Metis celebrata.

Anno domini M.CCC.LXV, crastino Georgij, venit Imperator Carolus Argentinam, & susceptus fuit cum magna solennitate, tanquam Imperator: dudum enim receptus erat, tanquam rex Romanorum. In festo verò sancti Marci, recessit versus Auinionem ad papam. In festo autem Petri & Pauli reuersus fuit Argentinam per nauigium: inde recedens iuit in *Seltze*.

Carolus 4 Argentinã venit 1365.

Feria sexta sequenti, quæ erat festum Vdalrici, intrauit quidam Capitaneus, cuiusdam societatis Anglicanorum, qui dicebatur Archipresbyter, cum sua societate, videlicet populo innumerabili, habens secum XII millia equorum, vt æstimabatur, in Alsatiam, & de nocte combusserunt quàm plurimas domos in Künigeshofen/ apud Iobium ibidem situm. Sequenti Sabbato eadem multitudo ipsius societatis infra prandium vel circa meridiem, apparuit impetuose ante muros ciuitatis Argentinensis, offerens se ad bellandum. Ex cuius terrore & horrore omnes forenses & incolæ villarum & camporum circumquaque, ad ciuitates & munitiones seu fortalitia fugerunt.

Britannorũ in Alsatiam irruptio.

Eodem tempore venit Carolus de Auiniona, vt dictum est, & morabatur per aliquot dies in oppido *Seltze*. Hic congregauit exercitum magnum ad expulsionem societatis. Quòd percipiens archipresbyter cum suis, fugit ex partibus Alsatiæ, & dixit se illuc venisse ex iussu Imperatoris, culpans Imperatorem, quòd iniquè circa se egisset, eo quòd exercitum ad expellendum eum congregasset.

Anno Domini M.CCC.LXVI, vigilia annunciationis beatæ Mariæ, Egeno comes in *Friburg*, cum suis fautoribus voluit fraudulenter cepisse ciuitatem seu oppidũ *Friburg*: sed ciues prænoniti parum, clauserũt portas suas, & exteriores fraudati sunt desiderio suo. Postea intra Pascha & Pentecosten destructum fuit castrum *Friburg*, per ciues Friburgenses: ex hoc oritur briga inter comitem & ciues.

Periculum urbis Friburgensis 1366.

Anno Domini M.CCC.LXVII, in die beati Lucæ, bellatum seu pugnatum fuit à comite & ciuibus prædictis apud *Endingen*, & prævaluit comes, ciuibus grauiter succumbentibus: ita quòd ex parte ciuium & eorum fautorum, plus quàm mille occisi sint, & plurimi captiui abducti. Cæteri fugerunt à facie comitis. Hæc acciderunt eis propter superbiam eorum, quia ita elati erant, quòd nolebant Dominum suum prædictum recognoscere pro domino suo, & quia renuerunt habere ligam *pacis* cum Argentinensibus, quàm prius plus quam XL annis cum eis habuerant. Quam si tenuissent cum eis, hæc nullatenus contra eos attentata fuissent. Posthæc subdiderunt

Clades ad Endingam Brisgoia 1367.

diderunt se Duci Austriæ, magna summa pecuniæ data comiti, pro iure suo, quod habuit infra muros seu territorium, iure extraneo sibi reseruato: & sic propter superbiam eorum ira Dei ascendit super eos, & occidit pingues eorum, & omnem eorum actum impediuit, ita quòd nunc non seruiunt Domino suo, sed diis alienis. *Friburgum Brisgoiæ ad domum Austriacam.*

Anno Domini M. CCC. LXVIII, post Pascha, circa Calend. Maij transtulit se Vrbanus V papa de Auinione ad vrbem Romanam, quasi ibi iugiter manendo, quia curia Romana vel sedes Apostolica permultos annos steterat in Auinione, & sequenti anno reuersus est Auinionem. Iterum intentionem habuit reuertendi Romam, sed morte peruentus fuit. *Curia Romana 1368.*

Anno Domini M. CCC. LXXIII, captum erat castrum *Herlesheim* per præsidem Alsatiæ, & oppida Imperij, & Argentinenses, & comprehensi sunt in eo quinquaginta prædones, & alij pessimi nequam, quorum aliqui capitibus truncati sunt, reliqui verò patibulis sunt suspensi. *Herlsheim.*

Anno M. CCC. LXXIIII, venerunt tres inundationes aquarum succedentes se, infra festum Epiphaniæ, & festum sancti Valentini: ita quòd interim non erat transitus per fluuium dictum *Snelling*, nisi mediante nauigio. *Inundationes, 1374.*

Anno prædicto, scilicet LXXIIII, circa festum Martini, ciuitas Argentina cœpit ampliari, id est suburbia nouis muris circumdari. Et inchoatum fuit an der steinstrassen/bey dem weissen thurn, licet eadem turris & alia turris eiusdem nominis apud sanctam Aureliam, multis ante annis constructæ fuissent. Tertia verò turris, dicta Kronenburg an dem Bruch, prope capellam, etiam priùs constructa erat, sub anno Domini M. CCC. LXIX. Prædicti verò muri per has tres turres perducti fuerunt, vsq; ad flumen Brusche, apud fratres Teutonicos. Et hæc est tertia ampliatio ciuitas Argentinensis. *Vrbis Argentinensis ampliationes.*

Primitùs enim ipsa ciuitas protracta fuerat, à monasterio sancti Stephani, vsque ad hospitalem antiquum, scilicet capellam sancti Erhardi: ita quòd ecclesia sancti Martini erat extra muros. Nam vallum sartorum, iam comprehendens cloacas multas, transiens tunc temporis per vicum Sporergaß, & per locum vbi iam sunt Prædicatores, in vallum dictum Nunt schnider grabe, tunc temporis non fuit omnino in tali loco, vt iam est. Nam forum annonæ, scilicet der Holweg vnd Oberstrasse, hoc tantùm fuit extra muros Argentinenses. Etiam patibulum & locus supplicij malefactorum, fuerat tunc vbi iam est collis & capella sancti Michaelis, apud domum Augustinensium, vbi etiam beatus Arbogastus, pontificum Argentinensium sanctissimus, Christi volens sequi vestigia, sibi sepulturam elegit. Igitur sanctus Arbogastus apud patibulum, vt viuens disposuit, sepultus, multis signis & virtutibus ab eodem loco deportatur, & in memoria sanctæ sepulturæ & deuotionis loci, capella sancti Michaelis ibidem ædificatur, in qua retro altare sepulchrum eius eleuatum adhuc cernitur, ac patibulum ad locum, vbi iam est, transfertur. In cuius etiam sancti Arbogasti honore, Dagobertus rex Francorum, cuius filius à morte suscitatur à sancto Arbogasto, constituxit duo cœnobia: vnum super Alsam fluuium prope Argentinam, & aliud in Sarburg, quæ largissimè dotauit, in quibus & corpus sancti præsulis requiescit. Deinde idem locus pratis amœnus, fontibus irriguus, & variis commoditatibus vtilis & opportunus, à multis hominibus cœpit inhabitari. Igitur ciuitas Argentinensis prima vice ampliatur, & protrahitur vsque ad sanctum Petrum seniorem, circa annum Domini M. CC. L.

Deinde secunda vice, processo aliquantulum temporis spatio, ampliatur & protrahitur à sancto Petro seniore, vsque ad sanctum Petrum iuniorem, vsque ad turrim versus Pœnitentes, circa annum Domini M. CCC. Deinde cum ciuitas Argentinensis haberet versus Rhenum nisi vnum vallum, & vnum murum: tunc constructur Metzger thurn exterior, cum suo muro & vallo, tendente à sancta Agnete,

vsque ad Vtengasse, anno M. CCC. XXIIII: reliqua verò pars eiusdem muri, vsque ad turrim prope sanctam Catharinam, cum ipsa turri, quę tendit vsq; ad Torrentem, fluentem de sancto Ioanne, constructur, anno M. CCC. XLIII. Dein mœnia muri antiquitatis prædictæ, exaltata sunt, cum peribulo seu deambulacro nouo, anno M. CCC. LXX. Postea verò anno domini M. CCC. LXXIIII, ampliatur ciuitas tertio, & incipitur, An der steinstrassen, vt patet supra.

Wenceslaus Rom. rex. Anno 1376. Anno Domini M. CCC. LXXVI, feria tertia, infra hebdomadam festi Pentecostes, electus est Wenceslaus, filius Caroli Bohemi Imperatoris, in Romanorum regem, patre suo adhuc viuente, & eandem electionem fieri procurante per omnes Imperij electores concorditer, non sine magna pecunia. Quæ facta & celebrata est in Franckfort, in ecclesia sancti Bartholomæi apostoli.

Prisca stirps Lantgrauorũ Alsatiæ, deficit. Item eodem anno, nono Cal. Augusti, obiit Domicellus Ioannes Landtgrauius Alsatiæ, in quo cessauit progenies Landtgrauiorum Alsatiæ. Licet idem Ioannes ipsum dominiũ prius vendiderit Ioanni de Liechtenberg episcopo Argentinensi, sub anno Domini M. CCC. LVIII. Ipsi etiam domini Landtgrauij quondam dicti sunt, comites de *Werde*.

Clades Wirtenbergica apud Rutelingã 1378. Anno Domini, M. CCC. LXXVII, facta est cædes seu conflictus inter ciuitates Imperiales Sueuiæ, per dominum Eberhardum de Wirtenberg, qui succubuit, & ex parte eius occisi sunt comites & barones tres, scilicet dominus de *Schwartzenberg*, dominus de Zolre, & dominus de *Twingen*, nobiles. Filius autem prædicti domini de Wirtenberg per fugam euasit, cum aliis quam pluribus. Facta sunt hæc apud oppidum Rutelingen, pridie Idus Maij.

Decessus Caroli 4. Anno Domini M. CCC. LXXVIII. Obiit Carolus quartus Romanorum Imperator & Rex Bohemiæ, in vigilia Andreæ apostoli.

FINIS.



DE BERTOLDI A BVCHECKE, EPISCOPI ARGENTINENSIS, REBVS GESTIS COMMENTARIVS:

AVCTORE, M. ALBERTO ARGENTINENSI.

Ex quo superius sermo processit, de Berchtoldo de Buchecke, episcopo Argentinensi, de progenie ipsius, & origine, & de gestis eius, atque tempore ipsius, scribere nitendo, sic incipiendo.

HENRICVS comes de Buchecke, Landtgrauius in *Burgunden*, ex filia comitis de *Strasberg* coniuge sua, hos reliquit liberos: spectabilem Hugonem comitem in *Buchecke*, Bertoldū commendatorem & prouincialē Alemanniæ, ordinis sanctæ Mariæ Theutonicorū, qui sapiens valde & mitis in omni Germania in vulgari sermone eloquentior dicebatur: Mathiam custodem monasterij Morbacensis, Dominam in *Klingen*, olim comitissam in *Friburg*, liberis carentem, Dominam in *Sigenowe*, Dominam in Munsingen, & Abbatissam in *Frawenburne*, quæ tandem ex humilitate, abbatiæ renuntians, in ipso Monasterio, vitam duxit quietam. *Soboles H. comitis de Buchegke.*

Hugo autem in armis miles strenuus (quod in exercitibus Alberti regis Romanorum, cuius & consanguineus extitit, in Bohemia & in obsidione Pinguiæ, & alibi, cum magnanimitate ostendit) cum Henrico Imperatore, nato de Lutzelburg, in Italiam proficiscens, in illius glorioſissimis expeditionibus, & strenuissimis actibus (quibus quasi omnibus interfuit) adeò virilem se ostendit, quòd idem Imperator de Roma recedens, ipsum Capitaneum, & vrbis senatorem reliquit. Hic Hugo per quotidianos quasi conflictus, Romam quasi totam obtinuit, quam ipse Cæsar habere nequiuit. Cæsari autem in obsidione diutina Florentiæ, per mortem & recessum Alemannorum, adeò gens parua remansit, quòd de se ipso diffidens, eundem Hugonem cum quadringentis galeatis, quos Romæ habuit, postposita vrbe, ad se celeriter venire præcepit. Qui cum omni multitudine Gelforum, qui se apud Perusium, ad impediendum ipsius Hugonis transitum congregauerant, cum prædictis quadringentis Alemannis conflictum iniens ineuitabilem, turbam multorum millium equitum armatorum & peditum, viriliter inuadens, multis occisis, aliisque fugatis, vltra trecentos ex ipsis captos, Cæsari apud Florentiam præsentauit. *Hugonis à Bucheck fortia facta*

Hic Hugo, intoxicato Imperatore in calice per quendam prædicatorem, ipsum communicante post Missam, & Pisis sepulto: dominam Catharinam, filiam prędicti regis Alberti, quæ eidem Imperatori, si vixisset, nuptura erat, de Austria Duci Calabriæ, filio Roberti regis Siciliæ, in vxorem traduxit: cum qua Neapoli & in partibus illis manens, eiusdem Roberti (cognoscentis eius strenuitatem in seruitio Imperatoris peractam, cuius idem Robertus aduersarius extitit principalis) Princeps militiæ & familiaris dilectissimus est effectus. In cuius seruitio Genuam quæ tunc ipsi Roberto adhæsit, assumpto eius exercitu, ab obsidione, qua eam Gibellini obsederant, liberauit: in omnibus eiusdem regis Roberti expeditionibus se fidelissimum & animosum ostendens. Eodem autem Roberto, qui & comes Prouinciæ est, cum domino papa Ioanne XXII, tunc nouiter creato, in Auinione ciuitate sua Prouinciæ (in qua idem papa cum sua residebat curia) commorante, duobusq; inhabilibus pro episcopatu Constantiensi in curia litigantibus, dictoque Roberto (quem dictus papa olim eius existens Cancellarius, fauore prosequebatur, pro cunctis mundi principibus gratioso) eidem Hugoni spem faciente, de promotione fratris sui Mathiæ prædicti, ad episcopatum Constantiensem, post exclusionem litigantium in breui futuram: ecce vacauit Archiepiscopatus Maguntinus, de quo ipse papa prædicto domino Mathiæ, custodi Morbacensi, ad preces ipsius Roberti, & ob cognitam ipsius Hugonis fidem, prouidit. *Mathias à Bucheck, Hugonis frater archiepiscopus Moguntinus.*

Hic Mathias terram Maguntinam ſine obſtaculo potenter ingreſſus, vitam duxit caſtiſſimam. Ignoranti ei cum Camerarij ſui quandam pulchram fœminam intromiſiſſent in cameram ſuam, credentes, iuxta dictum medicorum, continentiam eius ſanitati obeſſe: ipſe fœminam pulchrè alloquens, prout bene ſciuit, poſt eius receſſum, Camerarios redarguit iracundè, iurans, eos: ſi amplius facerent, in ſui familia non manſuros. In largitate quoque & potentia omnes qui in illa ſede antè eum fuerant, anteceſſit, extinctiſque multis illius terræ Nobilibus ſibi rebellibus, tandem Landtgrauium Haſſiæ iniuriantem Eccleſiæ ſuæ, ſuper quibuſdam dominiis, cum exercitu validiſſimo perſequitur, cum quo decem hebdomadis in terra Haſſiæ copioſiſſimè manens, factis conflictibus, combuſta terra, captiſque aliquibus munitionibus, mirabilia & inaudita peregit.

Landtgrauius Haſſiæ bello perſequitur.

Hic filiam ſororis ſuæ de Signowe, Eberhardo comiti vnico de Kyburg tradidit in vxorem, qui licet antea impotens crederetur, multos ex ipſa filios & filias procreauit.

Iſte Mathias Rudolphum Marchionem de Baden affinem ſuum, ab obſidione Vlrici comitis de Wirtemberg, viriliter liberauit. In cuius Marchionis fauorem, captum Conradum Riſen militem ſtrenuum Marchionis inimicum, tandem nolente Marchione dimiſit, qui miles in ipſius archiepiſcopi ſeruitio in Ruſtberg fideliter magna peregit. Hunc Mathiam papa Iohannes valde diligens, ſibi & conſanguineis ſuis multas fecit gratias.

Ioann. Sen de Munſingē nepos archiepiſcopi Moguntini.

Inter alia Ioannem Sennem de Munſingen, filium ſororis ſuæ, Canonicum Maguntinum, & præpoſitum S. Victoris Maguntini, creando.

Habuit autem ipſe Mathias confeſſorem, fratrem Vlricum de Lentzburg, lectorem ordinis Heremitarum ordinis ſancti Auguſtini, qui in magnam familiaritatem ratione ipſius domini Mathiæ aſſumptus, tandem poſt multos labores, poſt domini Mathiæ obitum per ipſum papam in Curienſem epiſcopum eſt promotus. Hic Auguſtinenſis ſtrenuè ſe tenens, dominum de Vatz, antiquum eccleſiæ Curienſis perſequutorem, vſque ad ipſius de Vatz mortem, perſequi & deſtruere non ceſſauit, qui antea epiſcopos Curienſes & dominos eis aſſiſtentes deſtruxit.

Vlricus de Lentzburg monachus, fit epiſcopus Curienſis.

Vacante quoque epiſcopatu Spirenſi per obitum domini Emiconis de Liningen, prædictus dominus Mathias, fratri ſuo domino Berchtoldo commendatori prædicto quaſi inuito, cum armatæ militiæ miles ſtrenuus fuerit, per dominum papam de ipſo epiſcopatu procurauerat prouideri. Hic Berchtoldus, qui ſemper in ordine vixit egregiè, ſibique Baſileæ, domum, ſui ordinis domui contiguam, conſtruxerat ſpecioſam, in qua cogitauit vitam habere quietam, cum difficultate & dubio barbam raſit, in veſtitu & aliis, pro epiſcopo degerendo. Et ecce Rhenum deſcendens, fratrem in Miltenberg decumbentem inuenit. Qui in omni virtute honoris & corporis, craſtino natiuitatis beatæ virginis, anno domini, M. CCC. XXIX, ab hac luce ſubtractus, in medio Moguntinenſis eccleſię eſt ſepultus. Hugo autē frater eorum qui & ipſe interfuit, ad curiam illico eſt profectus.

Bercholdus de Bucheck epiſcopus Spirenſis.

Archiepiſcopus Moguntinus moritur, Anno 1329.

Audita verò morte archiepiſcopi, comes de Wirtemberg & alij Barones munitiones eccleſiæ Spirenſis occupantes, eidem Bertholdo, ne epiſcopatū Spirenſem poſſet ingredi, reſtiterunt. Qui Bertholdus diu ſtans in Wormatia ſumptuoſe, ab amicis & aliis extitit deſolatus. Conradus autē de Kirkel theſaurarius Argentinenſis ſe de ipſo fideliter intromittens, initis cū prædictis Baronibus quibuſdam compoſitionibus, ipſum Bertholdum ad eccleſiam Spirenſem & eius munitiones traduxit, promiſſis inter alia domino de Wirtemberg, & poſt Argentinæ ſolutis, marcis mille trecentis.

Stante autem ipſo Bertholdo in Luterburg, Hugo ſibi apud papam, pro Moguntino archiepiſcopatu inſtetit, quod papa ob dilationes & ſcripta magiſtri Ioannis Vnderſchopff de Conſtantia, Decani Moguntinenſis; quem prædictus quondā Mathias pauperem clericum ſuum, ad Canonicatum & decanatum promouit, tam diu diſtulit, quouſque ipſe decanus & Capitulum Maguntinenſe, dominū Baldewinum Treuerenſem archiepiſcopum, contra reſeruationem ſedis Apoſtolicæ, in adminiſtratorem Maguntinæ eccleſiæ receperunt, ſibi caſtris & munitionibus præſentatis.

Quem.

Quem archiepiſcopatum, hoc facto prædictus Hugo, à papa volente pro fratre ſuo, tanquam ineuincibilem, renuit acceptare. De quo ipſe papa Henrico præpoſito Bunnenſi, fratri comitis de Firnenberg, repente prouidit. Qui tenente prædicto Baldeuino violenter multis annis ipſum archiepiſcopatũ penurias, tribulationes, & anguſtias eſt perpeſſus. Prædictus quoq; Ioannes Decanus, fratrib. domini ſui Mathiæ, & aliis conſanguineis ſuis, ſe poſt hæc infidelem oſtendit. *Henricus de Virnenberg archiepiſcopus Mogunt.*

Decumbente autem Ioanne epiſcopo Argentinenſi & de eius morte ad curiam rumore delato, papa Ioannis prædicto Bertholdo Spirenſi electo, de Argentinenſi epiſcopatu prouidit. Et quanuis cum ille viueret, doluerit ſe deluſum, ac iraſceretur Hugoni: intellecta tamen veritate mortis illius, nihilominus in memoriam defuncti Mathiæ, inuitis pluribus Cardinalibus, ipſi Bertholdo iterato prouidit. Geberhardo autem de Friburg præpoſito Argentinenſi habente in ſe magnam partem Capituli, & ad epiſcopatũ Argentinẽſem aſpirante, ipſi Bertholdo obſtaculũ faciente: ipſe Bertholdus acquiſitis pro maxima pecunia dominis & Baronibus terræ, & melioribus in ciuitate Argentinenſi, mediante dicto theſaurario, ſibi fideliter adhærenti, deſiſtente etiam dicto præpoſito: Argentinam cum ſexcentis galeatis potentiſſimè eſt ingreſſus, in feſto ſancti Thomæ, anno Domini, M. CCC. XXVIII, iura & munitiones eccleſiæ obtinendo quietè. *Bertholdus de Buchheck ex Spirenſi fit Argentinenſis epiſcopus 1328.*

Hic Bertholdus duas filias ſororis ſuæ de Sigenowe, vnam Conrado comiti Friburgenſi: alteram Vlrico domino in Schwartzenberg, & filiam ſororis ſuæ de Munſingen, Dieterico de domo, ſolutis per eum dotibus, tradidit in vxores. Hæ omnes filiæ, quaſi ex quadam ſimplicitate faciãt, viris ſuis ſciunt ſe amabiles ad amplexus venereos exhibere, & ideò liberis ſunt felices. Hic Bertholdus ex nimiis debitis anxius, cùm à Iudæis ſuis trecentas marcas mutuo habere non poſſet, de concordi conſilio ſuorum, dicentium Iudęos excoriaſſe populum ſuũ, vna ſabbato hora prima, omnes Iudæos ſuos capiens ſex millia marcarum recepit ab ipſis. Iudæi autẽ non minùs ſub ipſo manentes, in breui poſtea in oppido ſuo Mutziche, clam maſculum annorũ XI, necauerunt, qui poſt clamorem populorum contra Iudæos, ſub rota molendini inuentus eſt, in vno latere habens vulnera infinita: & tortis quibuſdã ex Iudæis, & confitentibus maleficium, & ex perſpicuis indiciis, contra eos ſententia eſt prolata. Et poſitis tribus ſuper rotis, alij diuites Iudæi, qui die illo, quo maſculus diſparuit, inibi fuerant, ſunt proſcripti: & captis aliquibus, aliis Columbariam fugientibus, contra quos, Officialis Baſilienſis ad requiſitionem iudicij in Mutziche, eorum exequendo ſententiam, ſua iuriſdictione proceſſit: à quibus etiam dictus epiſcopus, duo millia marcarum extorſit. *Episcopus Argentin. mulctat Iudaos.* *Iudas scelestus pulsus.* *Episcopus Basil. à Iudaeis 2000 marcarum emungit.*

Hic Bertholdus diu Spirenſem & Argentinenſem Epiſcopatus tenuit, Spirenſem gubernatorem ſe ſcribens, quouſq; Iohannes papa Walramo de Veldentze decano eccleſiæ Argentinenſis & prępoſito Spirenſis, de epiſcopatu Spirenſi prouidit. Contra quem ipſe Bertholdus ratione grauium expenſarum, diu munitiones Spirenſis tenuit cum magno ſcandalo, ipſas ſuper turribus de Argentina cibando. Familia autem comitis de Wirtemberg Walramo aſſiſtentes, oppidum Bruchſal fraude cœperunt. Caſtrum verò Rottenburg vi ab ipſo Bertholdo, captis qui ex parte ſui deſuper fuerant, eſt euictum. Kiſelowe verò & Luterburg tenuit, quouſque ſibi à Iohanne papa, quòd hęc dimitteret, eſt præceptũ. De quo ipſe papa pœnitens (audito, quòd ipſe Walramus, Ludowico Principi à ſe damnato, obedientiam fecerat) ipſi Bertholdo, vt munitiones retineret, quas iam reſignauit, reſcripſit. *Walramus de Veldentz, episcopus Spirenſis.*

Creuit autem magna inuidia inter Bertholdum & comitem ſupradictos. Cum autem idem comes de Wirtemberg, tempore Iohannis epiſcopi, eo inuito, à Waltero & Burckardo dominis de Horburg, carentibus liberis, dominium de Horburg (cuius magna pars, ab eccleſia Argentinenſi tenebatur, in Feudum) pro ſeptem millibus marcis emiſſet, relicto vſu fructu eorum, cuilibet ſuæ partis, & partem iam mortui Waltheri teneret: ipſe Bertholdus conuocatis ſuæ eccleſiæ Vaſallis, & ad requiſitionem ſui in genere factam, pronunciato per eos, quòd Feudum alienatum à Vaſallo ſine domini conſenſu, ad dominum deuolueretur: congregato exercitu, ſe *Dominium Horburg venditur.*

Episcopus Argent. feudi Horburgensis emit.

posuit in Osteim, prope Cellenberg, volens totum dominium in Horburg euincere. Et habito tractatu, cum dictus comes & Burckardus de Horburg, resistere non possent, concordati sunt, quòd datis per episcopum comiti sexcentis marcis, comes de omnibus cederet, quæ prædicti fratres in feudum ab ecclesia tenuerunt, scilicet Zellenberg castrum oppidum, villam, cum omnibus bannis & attinentiis. Item Benwilre: item redditus viginti marcarum de Egensheim. Item curiam in Wettelsheim, cum hominibus suis: Item ius quod dicitur, die Scheffa, cum quibusdam aliis, quorum suam partem dictus Burckardus pro vita sua tenere deberet, post eius obitum ad Argentinensem ecclesiam deuoluendam, non obstante etiam si liberos procrearet: & sic posito vexillo episcopi ad castrum Zellenberg, ipsum possedit per suos, per sex hebdomadas & tres dies. Licet autem ipsi episcopus & comes, sic reformati fuerant: comes tamen episcopo inuidebat.

Castrum Stauffenberg euersum 1329.

Post hæc cum Reinboldus miles de Stouffenberg Albertum militem de Owe, episcopi seruitorem, in sua parte castri Stoffenberg molestaret, nec in ipsa parte sineret commorari. Episcopus monitis Argentinensibus, sibi tunc coniuratis, idem castrum potenter obsedit, & funditus demoliuit: propter quod Rodolphus Marchio de Baden, dictus de Pfortzheim, cuius seruitor extitit Reinboldus prædictus, de auxilio comitis de Wirtemberg, per dominium Rodolphi Marchionis senioris de Baden, dilecti affinis episcopi, ex alia parte Rheni, terram ecclesiæ Argentinensis & eius homines, inuaserunt. Requisitus autem sæpè per episcopum, prædictus Marchio ne talia fieri sineret per terram suam, respondit: se non esse episcopi ianitorem: propter quod ipse episcopus monitis Argentinensibus, terram Marchionis potenter ingressus, ipsam præter munitiones, ignis incendio deuastauit, comite de Wirtemberg cum quadringentis galeatis existente cum Marchione prædicto, ita quod episcopus Stolhoffen & Baden quæ obsederat, euincere non valebat. Relicto autem exercitu in terra Marchionis, episcopus cum ducentis armatis ad villam Hergesheim prope Landawe, rogatus per Ottonem ducem Austriæ, ad colloquium, quod idem Dux cum rege Bohemiæ habuerat, est profectus. In qua villa Rex & Dux prædicti, & cum Duce prædictus Argentinensis, & Rodolphus Constantiensis episcopi: Cum rege verò Walramus Spirensis prouisus, & frater eius comes de Veldenze, & prædictus de Wirtemberg, vtrinque cum multis comitibus & Baronibus, conuenerunt. Vbi idem Otto in crepusculo noctis iurauit, eiusdem regis filiam se ducturum: ipsáque nocte nimis tenebrosa, idem episcopus per syluam cum suis non sine cura ad oppidum Luterburg, quod adhuc tenuit, est profectus, in ipso egressu, se quasi ad conflictum disponens: cum prædicti, prouisus Spirensis, & duo comites, eius capitales existerent inimici: & crastino ad exercitum rediens, terra Marchionis combusta recessit. Prædictus autem Dux, cuius & suorum Marchiones ab antiquo fuerant seruitores; conuenientib. ad eũ in Bischoffsheim iuxta Rhenum, episcopo, comite, Marchionibus & Reinboldo prædictis, ipsos, data Reinboldo per Ducem certa summa, & concesso vt Stouffenberg reædificaret, totaliter reformauit.

Episcopus Argentin. Marchioni Badensi bellum mouet.

Colloquium Ladaunẽse, inter regem Bohemiæ & Ducem Austriæ.

Iis autem temporibus mortuis successiue Magnificis Principibus, Henrico, & postea strenuissimo Lupoldo, & tertio serenissimo, Friderico, qui pro rege se gessit, Austriæ ducibus, ac domino Ludouico de Vrbe (vbi à Populo Romano in Imperatorem coronatus fuit: vbi filium ex vxore sua genuit: vbi Antipapam creauit in odium Domini Ioannis Papæ, quem è contra Hæreticum asseruit) in Alemanniam reuerso: Iohannes papa pro impediendo eodem Ludouico, apud Duces Austriæ & per se creatos episcopos, feruenter instetit. Et ecce Dux Otto de Austria, cum auxilio prædicti Bertholdi Argentinensis, & Rudolphi Constantiensis episcoporum sibi vnitorum, Columbariam diu potenter obsedit, eodem domino Ludouico cum rege Bohemiæ, comite de Wirtemberg, & multis potentibus è contrario Hagenoiam veniente. Prædictus autem Berchtoldus episcopus habens circa Munziche armatos multos, apud Ducem, vt contra dominum Ludouicum descenderet incessanter instetit. Egrediente autem dicto Berchtoldo, vno dierum de oppido suo Bene-

Columbaria obsessa 1331.

suo Benefelt versus Mollesheim, comes de Wirtemberg credens episcopum versus Argentinam iturum, cum ducentis armatis versus Benefelt ad insidiandum episcopo, est profectus. Cumque quatuor præcedentes appropinquantes portæ Benefelt, ibi neminem inuenissent (erant enim omnes incolæ pro habendo cõsilio sub Lobio congregati) vnum miserant qui xx, eos sequentes, sustinere præcepit. Qui vno misso pro sequentibus, portam celeriter sunt ingressi, certantes cum incolis, quousq; & cæteri aduenerũt. Et sic comes obtento oppido multis septimanis, ejectis incolis, omnia sibi vsurpauit. Credente autem papa & episcopis, quòd Dux vellet Domino Ludouico, more fratrum, viriliter aduersari, iam enim papa nuntiis Ducis resp̃derat, quòd ei L, milia florenorũ dare vellet, & ad suã voluntatem cõferre episcopatus Alemanniæ vacaturos: ecce Dux reformatus est cum domino Ludouico, sibi Brisaco Nuwenburg, & quibusdam aliis munitionibus: Regi verò Bohemię Keisersberg & multis aliis munitionibus, pro certis pecuniæ quantitatibus assignatis: episcopo Benefelt vacuo restituto, & pro damnis quatuor millib. marcis promissis, & rarò solutis. Sicq; deluso papa & episcopis, princeps cum prædictis, rege & Duce, per Alsatiam, Basileam, & (vt supra) receptis homagiis, potenter transiuit.

Benfelden à Wirtembergico occupatur.

Otto Dux Austriæ cõcedit in partes Ludouici Bauari.

Brisacũ & Nuwẽburg ad Austriacos.

Post hæc Conradus & Ioannes de Schouwenburg dicti de Winterbach de auxilio quorundam seruitorum electi Spirensis & comitis de Wirtemberg, oppidum Oberkirche, positis scalis de nocte furtim apprehendere tentauerat, sed ruptis scalis & audita ruptura, vigiles clamantes, incolas vocauerunt, ita quòd conatus non habebat effectum. Propter quod idem Bertholdus episcopus, non solùm dictos duos sed omnes de Schawenberg quorum aliquos olim Ioannes episcopus delicatè fouerat, depauperauit quantum potuit & destruxit: Conrado Risen tunc aduocato suo in Vlemburg ipsos persequente ad vnguem: castrum autem Schowenburg habere nequibat. Econtra autem homines ecclesiæ illius districtus, per multos dominos, illis assistentes, damna & in corpore & in rebus plurima sunt perpessi. De Schmalstein autem miles, super optimo castro Winestein, sustinens Conradum de Winterbach, episcopum ad multas coegit expensas: propter quòd ipse episcopus & Hagennowenses, quos etiam idem miles læserat, idem castrũ x hebdomadis potenter obsidentes, quatuor machinis, duobus cattis, & LXXX fossoribus ipsum funditus destruxerunt. Et antequam discederet de loco episcopus, obiit Burckardus dominus de Horburg: & aduocatus Rubiacensis castrum Zellenberg obsidens, ipsum & oppidum cum villa Bebelnheim & omnibus attinentiis, appræhendit. Nam dominus altæ Rapoltzsteinæ, cuius sororem habuit dictus Burckardus, prædicta omnia, nomine infantis prædictę sororis, detinere volebat: quem infantem prædictus Burckardus de Horburg, cum natus iam esset, post prædictam compositionem, Tardum seu *Spaten* vocauit, dicens quòd in duobus annis nunquam cognouerit matrem eius. Et sic hodie ecclesia Argentinensis tenet illam partem dominij in Horburg quietè.

Ludouicum Bauarum Basileã venit.

Weinstein destruitur.

Dominium Horburg ad ecclesiã Argentin. reuocatum.

Illis diebus Waltherus de Tuwingen, dominus in Gerolsecke, in Swannowe & in Schuttera, quique oppidum Erstein tenuit nomine pignoris, in quibusdam læsit Argentinenses. Regnabant autem tunc Argentinæ populares, exclusis nobilibus, propter magnam cædem multorum nobilium, inter Zornones & Mulnheimnenses, & eorum partes factam. Et ecce in die Parasceue mane venientes Argentini oppidũ Erstein expugnantes cœperunt, cuius muros & turres post destructionem castri Swannowe, funditus destruxerant. Ipsi quoque & episcopus prædictus, item Basilienses & Friburgenses, & omnes ciuitates imperij harum partium, castrum Swannowe fortissimum, & in omni Alemannia, propter nimia mala inde facta, famosum, illico vigorosissimè, & cum omnib. paramẽtis, quæ excogitari quasi poterant, obsederunt: facientes pontem cũ nauibus vltra Rhenũ. Transeuntes quoque de obsidione oppidum Schutter & solenne monasterium, ignis incendio vastauerunt, muris oppidi funditus demolitis: quibus postea reparatis, denuò ab Argentinensibus demoliuntur, anno domini, M. CCC. XXXIIII in autumno. Victo etiam castro Swannowe, & radicitùs demolito, vnus miles & alij XLIX,

Bellum Argentin. contra Gerolzeckium anno 1333. Erstein.

Schnanow.

Schuttern.

qui ipsum custodierant, capite sunt truncati. Magistri quoque carpentarij, & fabri qui intus fuerant, ligati tanquam lapides versus castrum machinis sunt proiecti. Episcopus autem cum suis equitibus, & omni multitudine garcionum de Swanowe transcendens, villam Steinbach sub castro Yberg, quod tum tenuerunt pignore comites de Oetingen, aduersarij episcopi, & tres domus vallatas in ipsa villa, quarum domini auxiliatores fuerunt eorundem de Schowenberg, ignis incendio demoliuit.

Incitabant autem illis diebus prædicti comitis de Wirtemberg & de Oetingen dominum Ludouicum Principem contra episcopum. Qui princeps episcopum, vt ei faceret homagium de regalibus suis, indicto exercitu infestauit. episcopus autem è contra de auxilio episcopi Metensis & Ducis Lotharingiæ, qui sibi coniuraverant, exercitum congregauit. Manente autem pro tunc Principe, episcopus oppidum Richenwilre comitis de Witemberg expugnauit, de ipso oppido, sibi fidelitatem præstante, plurima vina traducens. Nitebatur autem exercitum suum traducere Rhenum, ad obsidendum Offenburg & Gengenbach oppida imperij: sed in Gallicis maximè propter auram mutatam, habere nequiuit. Reuersis autem Gallicis positisque multis armigeris in oppida Reineken & Oberkirche, pro eorum custodia, quæ oppida prædicta Imperij plurimum infestabant, episcopus ad pratum iuxta Vinstingen, vbi indictum fuit duellum, inter Ioannem fratrem comitis de Sarwerde, & Henricum dominum de Vinstingen, ad eundem Henricum seruitorem & vassallum suum, cum ccc galeatis accessit. Expectante autem in termino eodem Henrico armato intra circulum, aduersarius qui in eo loco duellum obtulit, præ multitudine, quæ ad Henricum venerat, (habuit enim circa quatuor millia galeatorum, exceptis peditibus) accedere non audebat. Plures autem quibus oppidum Reinekem commissum fuerat cum ad duellum accessissent: Ecce prædicti comites de Wirtemberg & de Oetingen oppidum Reineken viriliter expugnarunt, duodecim armigeros, & rusticos qui ibi remanserant capientes, qui tamen se quantum poterant viriliter tenuerunt, Henricum de Lapide militem comitis de Wirtemberg validissimum, occidentes. Vnus autem captiuorum incola oppidi euadens, circa meridiem, cum esset intensus calor, oppidum in pluribus locis incendit, ita quòd comes de Oetingen & sui, qui in oppido remanserant, vix euadentes, in equis & armis damnificati sunt.

Richenwiler oppidū.

Reinicke oppidum Argent. episcopi, à Wirtenbergicis occupatur.

Venit autem Princeps quasi latenter repente Hagenogiam, cum magna multitudine armatorum. Episcopus autem quasi perplexus cum gentes præsertim Gallicas, quæ nuper ab eo recesserant, adeò celeriter rehabere non posset: cum suis equitibus quos habere poterat, in castrum suum Kochersberg, collocauit. Intrusus autem per Principem in ecclesia Herbipolensi contra prouisionem papæ, scilicet dominus de Liechtenberg in Sueuia, scholasticus Spirensis, cācellarius Principis, cum valde circa Herbipolim Principis indigeret, concordiam inter Principem & episcopum ordinauit, scilicet, quòd ipse episcopus Principis officiatos in Alsatia non impedire, sed promouere deberet. Pro tunc autem homagium renuit exhibere.

Erat autem liga pacis illis diebus, inter Argentinenses, Basilienses, & Friburgenses quibus episcopus (nisi & ipse contra eos cognoscere deberet, quando sibi assistere tenerentur, sicut quælibet prædictarum ciuitatum in suo facto cognouit) vniri nolebat, sed cum terra ducum Austriæ ligam contraxit.

Tempore autem Benedicti papæ, cum Bertholdus episcopus Argentinensis monuisset omnes rectores ecclesiarum, & alios ad sacerdotium adstrictos, vt ad sacros ordines ascenderent, & ob hoc conspirantibus contra eum Geberhardo de Friburg præposito: Conrado de Kirkel thesaurario, & quasi toto Capitulo, multisq; de clero, multisque appellationibus interpositis, ad sedem Apostolicam, factisque per episcopum absolutionibus ad cautelam, renouatisque processibus & iterum appellato, inter episcopum & clerum graue nimis scandalum est subortum.

Clerus à Berchtholdo episcopo Argentin. offensus.

Mortuo autem illis diebus Ioanne de Chabilone episcopo Lingonensi, & administratore Basilienses ecclesiarum, qui & eo tempore castrum Pfefingen, Walrami comitis

rami comitis de Tierſtein, potenter obſedit: capitulum Baſilienſe Ioannem Sennen, filium ſororis prędicti Argentinẽſis epiſcopi, in paſtorem elegit. Quem cum archiepiſcopus Biſuntinus, ob ſcripta papæ, non confirmaret: Idem electus cum auuunculo ſuo Hugone comite de Buchecke, ac pluribus comitibus, Canonicis, & magiſtro ciuitatis Baſilienſis, ad curiam proficiſcens, ac per annum poſt renunciationem in conſiſtorio per ſe factam (eò quod Capitulum Baſilienſe olim fuit perpetuo iure eligendi priuatum) in curia manens: tandem ob fauorem ipſius Hugonis, per Benedictum papam prouiſus extitit, & in curia conſecratus.

Iohannes Senn nepos epiſcopi Argent. fit præſul, Baſil.

Nota.

Mortuo autem Gebehardo præpoſito Argentinenſi, anno Dn. M. CCC. XXXVII, in die ſanctæ Petronellæ, ac Ioanne de Liechtenberg, & Vlrico de Sygenowe, filio ſororis prædicti Bertholdi epiſcopi, in diſcordia ad præpoſituram electis, ac Vlrico per ipſum epiſcopum: Ioanne verò poſtea per Henricum archiepiſcopum Maguntinum in diſcordia confirmatis: habentibus etiã Conrado de Kirkel, Nicolao de Kagenecke prępoſito ſancti Petri Argentinenſis & pluribus aliis rancorem & odium contra epiſcopum: ecce ipſe epiſcopus in villa Haſelach, in curia præpoſiti, circa mediam noctem, per Rhodolphum de Hohenſtein, & complices ſuos, & alios, prædictorum Conradi à Kirkel, & Iohannis de Liechtenberg familiares, captus, primùm ad caſtrũ Waldecke, & poſtea ad caſtrum Kirckel adductus, honorificè ſed tutiſſimè eſt detentus. Eductus autem fuit nudo corpore, ſub anno domini M. CCC. XXXVII, quarto idus Septembris. Quod intelligens Benedictus papa, illico prædicto Baſilienſi epiſcopo, Argentinæ eccleſiæ adminiſtrationẽ commiſit, ac contra prædictũ Conradũ de Kirckel, & alios culpabiles proceſſus duriſſimos deſtinauit. Rodolphus autẽ de Andelah Vicedominus epiſcopi, craſtino captiuitatis, incœpit ab officiatis epiſcopi & munitionibus, quòd ſibi parerent tempore captiuitatis, recipere iuramenta.

Berchtoldus epiſcopus Argentin. capitur, 1337.

Baſil. epiſcopus fit adminiſtrator Argentinẽſis.

Venit autem illis diebus Argentinam Albertus Dux Auſtriæ, epiſcopi confœderatus de Aquiſgrani, qui in peregrinatione deſcenderat, cuius intentio ad obſidendum Nuwilre, & alias munitiones Ioannis de Liechtenberg & Sigiſmundi fratris ſui, omnimodè verſabatur: ſed officiati rehabere dominũ quibuſdam pactionibus nitebantur. Quamuis autem notorium fuerit, prædictum theſaurariũ fuiſſe principalem detentorem, & habuit domicilium Argentinæ: quamuis etiam Vicarius epiſcopi decreuerit interdictum ſeruandum, iuxta Conſilium prouinciale, quod & Auguſtinenſibus placuiſſet: Prædicatores tamen & Minores, ac Clerus maioris eccleſiæ, non veritatem, ſed affectum priuatum conſiderans, celebrarunt.

Fuit autem liga pacis illis diebus inter Argentinenſes, Baſilienſes, & Friburgenſes: item alia liga inter Argentinenſes & oppida Imperij: item alia inter epiſcopum & Ducẽ Auſtriæ & terras ipſorũ. Noluit enim epiſcopus eſſe in liga Argentinenſiũ, niſi & ipſe cognoſcere poſſet in ſuo ſibi illato, ſicut & ipſi habebant. Et ob hoc, & quia epiſcopus confirmauit Sigellinum de Mulnheim contra Vlricum Suſſen, ad præpoſituram ſancti Thomæ, Argentinenſis, & ob hoc pars Zornonum prouocata fuerat contra ipſum: à ciuitate Argentina auxiliũ aliquod non habebat. Habuit autẽ ab ipſo epiſcopo Conradus de Kirckel officialatũ Argentinẽſem, cũ ſigillo & cũ emolumẽto & poteſtate ponẽdi officiatos: Itẽ Cantoriã Spirenſem, & ſcholaſtriã Argentinenſem cum Theſauraria, cum multis officiis & præbendis, ad ſuã voluntatẽ collatis. Venit autẽ epiſcopus Baſilienſis ad caſtrũ Dachenſtein eccleſiæ Argentinenſis, cõſtituens Ioannẽ Erlini ſcholaſticũ S. Thomę vicariũ priorẽ epiſcopatus, autoritate apoſtolica vicariũ generalẽ. Qui facta autoritate Conradi prædicti penitùs reuocauit, latis hinc inde mutuis excommunicationum ſententiis & appellationibus interiectis.

Federa.

Epiſcopus Argentinẽſium auxilio deſtituitur.

Tandẽ poſt multos tractatus amicorũ epiſcopi, epiſcopus cũ XVI hebdomadis captus iacuiſſet in Kirckel, cũ multis fideiuſſoribus & obſidibus, cũ variis pactis, inſciis amicis, extitit liberatus, quorum fideiuſſorum aliqui in fauorem epiſcopi, aliqui ſe in fauorem Conradi ſtrinxerunt. Inter alia autem pacta actum fuit, quòd dare deberet mille quingentas Marcas argenti: item procurare præpoſituram Argentinenſem Ioanni de Liechtenberg: item multas eccleſias certis perſonis procurare: item prædictum Conradum cum viginti perſonis ab omni iuriſdictione epiſcopi eximere: item quòd eccleſiam Argentinenſem in ſpiritualibus & temporalibus regeret, iuxta

Epiſcopus Argentin. liberatur.

consilium & consensum prædicti Conradi, & omnium amicorum eius amicitiam procuraret.

Episcopus autem Basilienſis & plures consanguineorum videntes episcopum sine eorum cautione dimissum, promiserunt inter se, nolle conuenire cum illis nisi de communi eorum placito, & specialiter, quòd nollent Vlricum de Sigenowe desistere à præpositura. Prima autem die captiuitatis episcopi, inclusa fuerunt eius Sigilla, & pluribus sigillis signata. Basilienſis autem etiam post liberationem episcopi, dicens eum non plenè restitutum, per se & vicarium prædictum, iurisdictionem aliquandiu exercebat: prohibens episcopo restitui Sigilla vel prædicto Conrado in officialatu parere. Verùm tandem episcopus omnino volens rehabere sigilla, & rehabens, prædictum Conradum in omnem potestatem iurisdictionis restituit, in qua erat, & prædicto Ioanni de Liechtenberg, tanquam præposito pareri præcepit. Expletis autem pluribus liberationis articulis, ac episcopo valde laborante, vt Basilienſis & cæteri amici reformationis literas sigillarent, sed non proficiente, eoque se offerente ad dandam in promptu prædictam pecuniam, & ad explendum illico omnes liberationis articulos sibi possibiles, & ad cauendum sufficienter de aliis articulis seruandis, & quàm primum posset explendis, & quòd sibi obsidum litera redderetur, nec aliquo modo apud prædictum Conradum posset liberationem obsidum obtinere: ipsos pro toto sicut pro parte obstagium seruare promisit. Offerens se tamen ad liberandum eos totaliter, non in parte, prout aliqui sapientes & probissimi eum posse & debere decernerent, iuxta literam cautionis. Propter quòd iterum inter prædictos Conradum & Ioannem & eorum complices, graue scandalum est subortum.

Episcopus Basil. pactũ dimissa-uuncils restitutum reddere conatur.

Ludouicus Imp. Columbariã venit.

Veniente autem illis diebus Ludouico Principe Columbariam, prædicti Argentinenſis & Basilienſis episcopi, ipsum cum magna armatorum multitudine accesserunt, qualiter circa Argentinenſem actum est enarrantes. Ille autem simulans se dolere, ad attrahendum eos suo seruitio insistebat: Argentinenſis autem congregationem episcoporum prouinciæ Maguntinæ persuasit. Quibus ferè Spiræ congregatis, ac Henrico Archiepiscopo Moguntino similiter sedis Apostolicæ prouiso (qui & ipse Principi se colligauerat) ad inducendum in id ipsum Argentinenſem, plurimùm laborante: communi consilio missi sunt, Vlricus episcopus Curienſis, & Gerlacus comes de Nassowe, ex parte episcoporum Maguntinæ prouinciæ, ad papam & Cardinales, pro reformatione Principis laborantes, quibus papa præ timore regis Franciæ annuere non audebat: sicque infecto negotio celeriter sunt reuersi. Interim autem facta est liga pacis generalis, de authoritate Principis in Alsatia, tam per episcopum, quam ciuitates, IX cognitoribus desuper constitutis. Rodolphus autem & alij de Hohenstein, Castrum Hohenstein, cuius maior pars fuit episcopi Argentinenſis, pro se tenentes, ab ipso castro custodes episcopi excluserunt. Restituto autem episcopo ad mandatum nouem cognitorum, episcopus asserens ipsos de Hohenstein infregisse pacta castri: idem castrum fortissimum funditus demoliuit. Papa autem Benedictus denuntians iuramenta episcopi & obsidum nulla, & relaxans, dedit executores, qui contra prædictum Conradum & sibi assistentes multipliciter procedendo, ipsum Conradum, Ioannem de Schwartzenberg decanum, & plures Canonicos, & alios prælatos, & Clericos, suis ecclesiis & prælaturis ordine iudiciario denunciando priuatos, ac ipsorum beneficiorum redditus colligendo, prædictum quoque Vlricum de Sygenowe in præposituram restituens, fructus collegit eiusdem, prædicto Ioanne de Lichtenberg etiam fructus præposituræ quos colligere potuit, colligente. Prædicti quoque Conradus & Ioannes eorumq; complices villam Gugenheim episcopi, & quasdam adiacentes, incendio deuastarunt.

Conuentus Spirẽsis cassa Ludouici Banari.

Fœdus Alsaticũ authoritate Ld. Imp. initũ. Hohenstein euersum.

Cum autem Princeps & Maguntinus prædictum Bertholdum episcopum ad cõcordandum cum ipsis & ad recognoscendũ sua regalia à dicto Principe, precibus, muneribus, vel minis inducere nequiuissent: ipsi principes asserentes, ipsum episcopũ asseruisse, si nuntij prædicti infecto negotio reuerterẽtur à papa, se velle concordare cum illis, quod ipse negauit, & quòd ipsi se pro liberatione episcopi fideiussores, & obsides

Episcopus Argẽt. apud cõfœderatos accusatus.

obsides restituerint, & quod eos liberare nollet: ligę pacis generalis Rheni inferioris acriter sunt conquesti. Produxerant enim instrumentum sub sigillo Curiæ Argentinensis, quòd prædictus Conradus detentor habebat, in quo apparuit, Episcopum eidem Conrado, rogandi fideiussores, & ad liberandum eos se obligandi potestatem dedisse: & aliud, in quo ipsos Principes se astrinxisse pro Episcopo liquebat. Episcopus autem sibi nunquam de eisdem Principibus factam fuisse mentionem, dicebat: vnde iudices inferioris ligæ pro dictis Principibus decernentes, diffidarunt.

Præmiserat autem Episcopus aliquoties Papæ & Cardinalibus nuntios & literas pro consilio & auxilio, vel quòd sibi indulgeretur, quòd posset Principi homagium exhibere, cum non præsumeret se posse finaliter reluctari. Papa autem dicens, illum coronam Imperialem non accepisse, respondit: quod si in eiusmodi consentiret Homagium, per hoc posset Romanæ ecclesiæ præiudicium generari: & quòd ipse Episcopus in resistendo illi, sine iactura Ecclesiæ, faceret posse suum. Licet autem multi Cardinalium ad subueniendum Episcopo feruenter instarent, papa perpendens factum, dixit: Isti vellent quod facerem perire istum bonum hominem, quem scio reluctari non posse.

Argentinen sis Episcopum bello petitur.

Monuit autem Princeps ciuitates Imperiales Alsatiæ contra Episcopum. Sletzstatenses autem, quorum Ioannes de Eckerich & plures alii fuerunt prædictorum Conradi & Ioannis seruitores, primò Episcopum diffidarũt, ipsum ignis incendio inuadentes, quos Episcopus potenter obsedit. Aderant autem sibi homines Ducum Austriæ, item Episcopus Basilienſis, cum quatuor millibus peditum, & ducentis galeatis. Item Abbas Morbacensis, miserat etiam sibi Vlricus comes de **Wirtemberg** trecentos galeatos, ita tamen, quòd nil contra oppida Imperii attentarent, cum quibus & cum Zabernensibus, oppidum *Nuwilre* eisdem diebus obsedit, & hi Sueui nemini pepercerunt. Episcopus quoque recedens de Slethstat, vallem **Läberachtal**, in odium Ioannis de Eckerich, cum exercitu est ingressus, omnia inibi reperta deuastans. Disposuit autem in sero, mane sub castro Eckerich castrametari, verùm quidam de exercitibus Ducum & Basilienſis summo mane comburẽtes villam **Läberach** direxerunt cornu exercitus extra vallem: de quo turbatus Episcopus egrediebatur cum illis. Equitibus autem Basilienſibus custodiam postremam habentibus, cum venisset ad locum nimis arctum, ecce Equites de Eckerich sagittis & lanceis insequentes, rusticis etiam lapidib. aciem Episcopi infestantibus de montanis, terruere postremos. Et volente regredi Episcopo, Iacobus Erberter fecit vexillum Episcopi cum acie progredi festinanter, ita vt vltimi ipsos quasi fugere æstimabant. Cumq; per viam arctam transissent, inimicis constitutis in arcto, dixit Iacobus, modò reuertamur in illos: hisque irruentibus in illos, vnus inimicorum prostatus in via arcta, totam aciem impediuit, aliàs multi eorum capti fuissent. Quidam etiam ascendentes montana, rusticos fugauerunt, sicque in obsidione Sletzstat Episcopus reuertens, vineas deuastauit, remittensque Ducum & Basilienſium acies, repente ad obsidionem *Nuwilre* accessit, vbi Ioannes de **Turckelstein**, & alii aliqui occisi & capti fuerunt: quod cum aliquandiu obsedisset, recessit. Oppida quoque Columbaria & **Ehenheim** Episcopum diffidarunt. Venientes quoque Conradus de Kirckel, & Nicolaus de Salmis, **Ehenheim** cum pluribus equitibus, aliquas villas Episcopi incenderunt. Episcopus verò cum ducentis galeatis ad locum **Ehenheim** accedens, & aliqua comburens, cum multi de **Ehenheim** egressi sagittarent, irruente in eos Ioanne domino de **Liechtenberg** ferè vsque ad muros oppidi, aliisque repente sequentibus, multos illorum vulnerauit & captiuauit. Eodem autem die Columbarienses & Sletzstatenses, villas **Pfaffenheim** & **Geblerswilre** incendio vastauerunt. Erat autem tota gens Episcopi superioris *Mundat* & Abbas Morbacensis cum eis ad cõflictum præparata: sed Bertholdus Waldener aduocatus Episcopi grauis, gentem retrahens, factum confudit. Post hæc Rodolphus de **Ochsenstein**, & quidam alij de gente Episcopi, auferentes quosdam equos iuxta Sletzstat, omnes quasi de Sletzstat (quibus ex parte Principis aderant Albertus & Hugo de **Hohenberg** præsides) exire & agitare fecerunt. Cum autem prædictus Rudolphus, equitibus Episcopi, qui fuerunt in Aprimonasterio & in **Thanbach**, huiusmodi agitationem intimasse debuisset, vt

Bellum Alsaticũ contra Episcopũ Argent. Imperatoris rebellem.

Insidia Seletstadiensib. frustra positæ.

Ebersheimmunster.

prospere egisset: solus cum paucis deducere spolium credidit versus Tanbach. Sletzstatensibus autem repentè insequentibus, multos de Tambach vulnerauerũt, occiderunt & captiuarunt.

Cumque huiusmodi dura commotio diu durasset, nec fuisset aliqua villa ex vtraque parte, quæ non fuisset incensa, vel cum aduersariis de pecuniarum summis paciſci coacta, Ducesque Austriæ genti suæ, ne Episcopo contra Principem assisterent, inhiberent, Argentinensesque in immensum damnificati fuissent: Ecce Argentinenses inito consilio, nisi concordaret cũ Principe, diffidarunt. Tunc Episcopus in expensis exhaustus, & à suis derelictus, metuensque se à suis oppidis excludi, propter fauorem Argentinens. anxius, licet paulò antè in Capitulo suo respõdens consulibus Argent. dixerit, potiùs se velle reuerti in ordinem suum Teutonicorũ, quam Principi homagium exhibere: de communi consilio omnium suorum fidelium, Spiræ Principem accedens, sibique homagium faciens, regaliũ suorum ab eo tanquam Imperatore inuestiturã accepit: protestans in Principis præsentia, eo consentiente, quòd non minùs domino suo papæ vellet in omnibus obedire: protestans etiam ante accessum in præsentia multorum Comitum & Baronum, quòd huiusmodi homagium faceret, non voluntarius, sed coactus. Sicq; in Choro maioris ecclesiæ Spirensis cum Principe & cum Maguntino Missas audiuit. De omni quoque controuersia Episcopi ac Conradi, & Ioannis prædictorum in ipsum Principem ac in Vlricum de Wirtemberg, & Ludouicum & Fridericum, de Oettingen Comites, Episcopi fideles, extitit compromissum: qui Princeps, post plures tractatus in Monaco Bauariæ habitos coram eo, cum non possent partes concordari, ratione præposituræ Argentinens. tandem pronuntiauit cum aliis, quod Episcopus omnia quæ promiserat prædictis Conrado & Ioanni antè captiuitatẽ, in captiuitate vel post captiuitatem, seruare deberet, & ipsi è contra. Quicquid autem partes desuper haberent inter se experiri, ipsis saluum esse deberet, quàm pronuntiationẽ pars vtraq; commendauit. Comes enim Vlricus qui Episcopo in prædictis itineribus multos honores exhibuit, ipsam pronuntiationem sigillare noluit, nisi Episcopo placuisset. Cum autem coram Consulibus Argentinensibus super prædictis verbis fuisset plurimum disputatum, tandem Princeps omnia interpretaretur contra Episcopum, de quo & Maguntino liquere incepit, quòd captiuitatis Episcopi fuerunt conscii & authores, Argentinenses omnes destitutos à beneficiis restituerunt, & Episcopum ad restituendum prædictum Conradum ad officialatum, quodammodo coegerunt. Tandem post multa discrimina, datis per Episcopum mille marcis prædicto Conrado, ac mille marcis prædicto Ioanni, ac trecẽtis marcis Rodolpho de Hohenstein, pro sua parte castri, & multis aliis eidem Conrado factis cautionibus, & specialiter de annuis CCCC. L libris denariorum sibi dandis, de sigillo curiæ, ac restituto iudicio ipsi Episcopo, & Vlrico de Sigenowe prepositо remanẽte, ipsisq; Episcopo Conrado, & Ioanne ligam iuratam contrahentibus, fuerunt in simul reformati.

Berchtoldus Argent Episcopus Imp. Lud. coactus fidem dat.

Post hæc mortuo Ludouico de Strasberg Cantore Argentinensi, Episcopus prædicto Ioanni de Liechtenberg contulit Cantoriam. Spectat autem ad solum Cantorem capituli conseruare sigillum. Papa autem ob hoc Episcopum pro excommunicato non habuit, nec eò minus ei causas scienter commisit. Ligam etiam prædicti Ludouici Principis ac regis Franciæ, dissimulans ægrè tulit. Rogatus etiam ipse Benedictus super promotione suorum respondit: Si mei non fuerint damnati, tunc immaculatus ero.

Clemens VI papa.

Mortuo autem Benedicto, successit ei Clemens VI, per quem Bertoldus Episcopus est absolutus, præstito iuramento, quòd eidem Ludouico de cætero non assistat, nisi fuerit cum ecclesia reformatus.

Terramotus. Carinthiacus.

HVIVS etiam Episcopi temporibus scilicet anno M. CCC. XLVIII, in mense Ianuario, in die conuersionis S. Pauli factus est terræmotus generalis & magnus, ex quo homines pati syncopem putabantur, qui & in aliquibus locis multis diebus durauit. Præsertim in Carinthia multa castra subuersa sunt. Nam in valle Steintall castrum Osterburg cecidit: Lentzeburg & Rosach ceciderunt: Ortemberg/Waldenberg/Schellenburg/Schwartzenburg ceciderunt: ciuitas magna nomine Villach cum

cum omnibus muris, clauſtris & eccleſiis ſuis cecidit, ibiq; duodecim homines perierunt. Item Waldenſtein / Wildemburg / Hohenburg / Wartemburg / Remmetzel / Tranburg / Krancke / Lümburg / omnia ceciderant cum hominibus & rebus. Item mons quidam in eadē prouincia, qui iacet prope caſtrum Löwenburg / cecidit, tranſferens ſe per dimidium miliare à loco proprio, vnde maximus fumus exiuit, ibique lacus factus eſt per duo miliaria, qui ſubmerſit villas XVIII, item caſtrum Landemburg / ſituatum ſuper quodam monticulo, in eadem valle, per impetum aquæ portatum eſt per dimidium miliare, & tunc primo cecidit mons & caſtrum Nüwenburg / Gutenowe / Gutenburg / Bemburg / Geilenſtein / ibi cecidit mons ſuper montem, cum arboribus, lapidibus, & domibus. In multis etiam locis aliis ex hoc incredibilia euenerunt.

Peſtis ingēs.

Facta eſt autem peſtilentia mortalitatis hominū, præſertim in partibus vltra marinis & maritimis, & aliis vicinis, qualis à tempore diluuii non eſt facta, aliquibus terris hominibus penitus euacuatis, multisque nauibus in mari cum mercimoniis, habitatoribus extinctis, ſine rectore repertis. Marſiliæ epiſcopus cum toto Capitulo & quaſi omnes Prædicatores, & Minores cum dupla parte inhabitātium, perierunt. Quid in monte Peſſulano, in Neapoli, & in aliis regnis & ciuitatibus actum ſit, quis narraret? Multitudinem morientium Auinione in curia contagione morbi, ex qua ſine ſacramentis perierant homines, vt nec parentes filiorum, nec è contra, nec ſocii ſociorū, nec famuli dominorum curā habuerint? quòd domus cum omni ſupellectile vacuæ fuerint, quas nullus ingredi audebat? Horror eſt ſcribere, vel narrare. Nulla fuit ibi cauſarum agitatio, papa incluſus Cameræ, habenti ignes magnos continuè, nulli dabat acceſſum, terrasque hæc peſtis tranſibat, nec poterant Philoſophantes, quamuis multa dicerent, certam de his dicere rationem, niſi quòd Dei eſſet voluntas: hoc nunc hîc, tunc ibi per integrum annum, imo plures, durabat.

Peruenit autem ad ciuitatem Argentinam hæc peſtilentia, anno Domini M. CCCXLIX, in æſtate, & moriebantur ibi (vt dicebatur) XVI millia hominum. Iudæi autem propter peſtilentiam præcedentis anni infamati ſunt, quòd eam fecerint vel auxerint, fontibus & puteis iniecto veneno, & cremati ſunt à mari vſq; ad Alemaniam: præterquam Auinioni, vbi ipſos papa defendit.

Iudæorum perſequutio.

Poſthæc tortis quibuſdam in Berna, in Comitatu Froburg & alibi, & reperto in Zofingen veneno, extinctisque Iudæis in pluribus locis, ſcriptoque de hoc Conſulibus Baſilienſis, Friburgenſis & Argentinenſis ciuitatum, maioribusque ad defenſionem nitentibus Iudæorum, ac quibuſdam etiam Nobilibus Baſileæ, pro quadam iniuria Iudæis illata, ad longum tempus bannitis: ecce irruit populus cum banneriis ad Palatium Conſulum. Quibus territis & quærente Magiſtro quid vellent? Reſponderunt, ſe nolle abire, niſi bannitis reuerſis: pro quibus illicò eſt tranſmiſſum, conſulibus non audentibus egregi, quouſque venerunt. Adiecitque populus, ſe nolle quòd inibi amplius remanerent Iudæi. Et iuratum eſt per conſules & populum, quod in ducentis annis inibi nunquam reſiderent Iudæi. Conuenerantq; plureis, nuntii meliores earundem trium ciuitatum, quibus cordi erat retentio Iudæorum, ſed populi timuerunt clamorem, capti ſunt autem vndique in partibus illis Iudæi.

Conuentus ordinum Alſatiæ.

Indictus eſt autem terminus in Benefelt Alſatiæ, vbi conuenerunt, epiſcopus, domini, ac Barones, & nuntii ciuitatum. Nuntiis autem Argentinenſium dicentibus, ſe nil mali ſcire de Iudæis ſuis: quæſitum eſt ab eis, cur vnæ de eorum puteis ſunt ſublatæ. Omnis enim populus clamabat contra eos. Conuenerunt autem Epiſcopus, domini Alſatiæ, & ciuitates Imperii de non habendis Iudæis. Et ſic modò in vno loco poſtea in alio ſunt cremati. Alicubi autem ſunt expulſi. Quos vulgus apprehendens, hos cremauit, aliquos interfecit, alios in paludibus ſuffocauit. Nitebatur autem Petrus Swarber magiſter ſcabinorum & aliqui alii Argentinenſes adhuc defendere eos, dicentes populo: Si Epiſcopus & Barones in hoc eis præualuerint, niſi & in aliis præualeant, non quieſcent. Sed nihilominus inualuit vulgi clamor. Cremati ſunt igitur abſque ſententia ad clamorem populi omnes Iudæi Baſilienſes in vna inſula Rheni, in domo noua eis facta, feria ſexta poſt Hilarii, anno Domini M. CCCXLIX, & ſequenti feria ſexta Friburgi, duodecim ditioribus retentis, vt per illos poſſent eo-

Iudæi cremati.

rum debitores, arctare. Spiræ autem & Wormatiæ Iudæi in vna domo congregati combusserunt se ipsos, & inuenti sunt quasi omnia maleficiorũ genera comisisse, scilicet in Hispania habito per eos dudum consilio, de veneficiis conuenisse. Item de nece multorum puerorum, de falsis literis & corruptione monetarum, furtis & aliis multis, quæ offendebant altissimi maiestatem. Aliqui autem Argentinæ, vt sedaretur clamor, sunt positi super rotis, statimq; necati, ne super rotis viuentes quid dicere possent. Ex quo contra maiores, maior suspitio est suborta. Factus est autem exosus propter potentiam suam, Petrus magister Argentinẽsis prædictus, tam Nobilibus quàm plebeis, & reformata est dura dissensio meliorum, cupientium habere quatuor magistros, quemlibet per quartam partem anni regentem, sicut seruatum est ab antiquo, præterquam XVII annis, post cedem magnam inter partes factam, quibus duo magistri, & vnus magister scabinorum perpetui, præfuerant ciuitati.

Tumultus Argẽtinensis Iudæorũ causa.

Anno autem Domini, M. CCC. XLIX, Dominica ante Valentini, conuenientibus Episcopo & dominis Argentinæ in negotio Iudæorum, & crastino venientibus quibusdam carnificibus ad domum Petri prædicti, petentibus aliquid dari mechanicis de pecunia Iudæorum. Illoque commoto & aliquos in curia retinere volente, illi excepto vno, vi sunt egressi per vicos, clamantes ad arma. Veneruntq; mechanici cum paneriis ante ecclesiam maiorem, armatique sunt Nobiles & eorum fautores. Cumque plura paneria fuerint cum magistro, ipse territus, omnes ad hospitia redire mandauit: manentibus autem carnificibus & timentibus se banniri, illis primi pellifices astiterunt. Relato autem aliis plebeis qui recesserant, illos mansisse: illi illico sunt reuersi, carnificibus assistentes. Mandantibus autem Magistris vt abirent, ipsos cum cuspidibus petierunt. Abeunte autem Petro in domum suam, alii duo iuerũt ad stubam societatis prope monasterium, vbi iussi per populum, officium resignarunt. Et euntes simul in domum Petri, se absolui à iuramento, eumque resignare officium, & dare claues portarum, Campanæ, sigilla & omnia talia, petierunt: quibus cum timore factis, & illo disparẽte, quatuor magistros, & vnum carnificem magistrum scabinorum, annales & nouos consules creauerunt: multis recitatis latisque sententiis contra Petrum. Sicque sabbato sequenti, Iudæi, qui per priores magistros ducti fuerant ad domum super Bruscam infimam, dictam **Stolzeneckc**/ quasi vt abduci possent, ducti sunt ad eorum cimiterium, in domum combustioni præparatam, & in ducendo per vulgum vestibus sunt omnino nudati, in quibus multa pecunia est reperta. Defensi sunt autem pauci baptismum eligentes, & plures mulieres pulchræ, quasi inuitæ, multiq; pueri erepti ab inuitis, sunt baptizati. Omnes alii sunt cremati, multiq; prosilientes de igne sunt interfecti. Duces autem Austriæ, & Maguntini tenuerunt suos, qui per Iudæos baptizatos & Christianos multa intoxicasse dicuntur, multiq; alii talium faciẽtes ea, postea sunt cremati, pluresq; Christiani torti, fassi sunt se recepta à Iudæis pecunia, & dictis quibusdam verbis super eos per Iudæos, promissoq; per eos de intoxicando, in tantam deuenisse dementiam, quòd libenter omnes Christicolas occidissent. Vnde succesiuè omnes quasi baptizati Iudæi sunt cremati, & fatebantur eos omnes culpabiles.

Iudæi Argentinæ cremantur.

Indignatę sunt aũt ciuitates Alsatiæ contra omnes tenentes Iudæos: vnde minister Ducum Austriæ, vix obtinuit, ne obsideretur, quòd captis omnibus Iudæis Ducum in **Ensesscheim**, nuncium Austriam destinaret. Vlricus verò de **Hasenburg** experta perfidia, per se seruatos cremauit. Post hæc in fine Iulii Iudæi in **Oppenheim** sunt occisi. Insultu quoq; in eos facto in **Franckfort**, post regis recessum, se & omnes domos suas & vicinas cremauerunt. In fine autem Augusti, Maguntiæ flagellantibus se multis aduenis, facto rumore ex abscissione burſæ, & credente populo quòd rumor esset contra Iudæos: ecce omnis populus irruit in Iudæos, & occisis multis Christianis per eos, videntibus se non posse euadere, combusserunt domos suas, & seipsos cum rebus suis.

Amandus Waldner occisus.

Orta sunt autem iisdem diebus, scilicet anno Domini M. CCCL, contentio inter partes in *Gewilre* & vicinia, & Abbatem Morbacensem, qui partem sculteti tenuit: postquam sopitam, **Ruter** de **Stouffenburg** & alii quidam, Hannemannum Waldener nepotem Argentinensis & Basilicnsis Episcoporum, in oppido *Lore*, in mensa

mensa sedentem, nocte occidentes, vltra muros fugerunt. Quapropter Bertholdus Episcopus Argentinensis qui & ante castrum Stouffenberg destruxit, totaliter, iterum in anno Iubileo de mense Augusti, pro parte prædicti Rüter / funditus demoliuit. Hic Reuter postea anno Domini L V in Iulio à Conrado de Waschenstein, duobus de Hadestat, Ioanne Waldener, & aliis de nocte intromissis, per quosdam famulos traditores, in ipso castro crudeliter est occisus. *Stauffenberg demolitum.*

Bertoldus quoq; Episcopus Argentinensis redemit à Marchionibus de Baden, de consensu regis, oppida Offenburg / Gengenbach / Zelle / cum attinentiis, obligans pro hiis telonium Argentinense: Item constituit Ioannem de Liechtenberg præpositum Argentinensem administratorem Episcopatus, post mortem, & iurauerunt ei vt sit minister, etiam de consensu & ordinatione consulum. Quæ Conradus de Kirkel thesaurarius & Lodouicus de Tierstein Camerarius, & quidam alii papę scribentes, scandalum suscitarunt. Decubuit autem infirmitate durabili in Molleßheim Bertholdus Episcopus prædictus, qui Ioannem de Liechtenberg prædictum regis secretarium, vicarium constituit, in Spiritualibus & temporalibus, & pro eo perficiendo Ecclesiæ, ipse Episcopus cum Capitulo, & rex, papæ literas dirigunt seriosas.

Mortuus est autem venerabilis Bertholdus Episcopus Argentinensis in Molleßheim / anno Domini M. CCCLIII, in vigilia sanctæ Catharinæ, in nocte: & in die Catharinæ in Ecclesia Argentinensi in Capella, per se in honorem beatæ Catharinę preciosissime constructa, & pro quatuor presbyteris lautè dotata, cum veneratione maxima sepelitur. Cuius progeniei Lantgrauiorum de Bucheke nullus de genere masculino remansit. Et vacat Clypeus aureus cum tribus rosis rubeis, à summo deorsum, de Bucheke. Et statuitur Ioannes de Lampertheim officialis per Capitulum vicarius in Spiritualibus & temporalibus generalis. Et quarto nonas Decemb. eligitur conconditer, Ioannes de Liechtenberg prædictus, & quarta Ianuarii per Abbatem S. Albani Maguntini, autoritate Gerlaci Mogunt. Archiepiscopi, in ecclesia Argent solenniter confirmatur, & sibi inscio per sedem similiter prouidetur. Quod audiens cessat ab administrando, non habitis adhuc literis. Et curiam ingrediens, sabbato quo cantatur *Intret*, Diaconus & presbyter, & crastino Episcopus, ordinatur. De prępositura verò Lutoldo de Krenckingen, præsenti Argentinensi Canonico, prouidetur. Episcopus autem sequenti feria quarta in ecclesia Cathedrali celebrat primam missam: & in die Palmarum reuersus, in cœna Domini Chrisma conficit, & pœnitentes introducit in nouillari & mille homines communicat. Zabernię verò festum Pascale peragẽs, ordines celebrat, magnamq; Baronum, & militum solennitatem habens, nimis se religiosum ostendit. In qua religione vsq; ad mortem perdurauit. *Berchtoldi Episcopi Argentin. mors.*

FAMILIA BVCHECKIANA, CVIVS SEDES IN EA PARTE *Burgundiæ minoris seu Cisiuranæ fuere, quæ olim pagus Auenticensis, nunc verò Nuithlandia dicitur, & Heluetijs paret.*

Deficiunt Comites à Bucheck.

- Hugo comes de Bucheck 1315, heros rerum gestarum gloria clarus.
- Berchtoldus, ordinis Teutonici, Spitensis primum, dein Argentinensi episcopus 1336.
- Mathias, ordinis Benedict. achiepiscopus Moguntinus.
- Filia à Buchek. N. de Clingen baro maritus.
- Henricus comes in Bucheck, Lantgrauius Burgundiæ. N. comitissa de Strasberg, coniunx 1590.
  - Filia de Bucheck. N. de Signow baro maritus.
    - Vlricus de Signowe canonicus Argentinensis.
    - Anna de Signowe, Conradus comes Friburgensis maritus.
    - Hugo de Signowe, monachus Murbacensis.
    - Filia, de Signowe, Eberhardus comes Wirtembergensis.
    - Filia, de Signowe. Vlricus baro in Suartzenburg.
  - Iohanna de Bucheck. Burkardus Sen de Münsingen, baro & eques.
    - Ioannes Sen episcopus Basil. 1356.
    - Benignosa Senia, Fridericus vom hauß eques, Alsate, maritus.
- Filia de Bucheck, abbatissa in *Frawenbrunn* prope Bernam.

Io. de Liechtenberg Episcopus Argent.

SERENISSIMO PRINCIPI DOMINO K. REGI

Francorum illustri, consanguineo carissimo, Wenceslaus D.C. Romanorum rex, salutem, & fraternæ dilectionis mutuum incrementum.

SERENISSIME *Princeps, consanguinee carissime. Venientibus ad nos proximè honorabilibus ambasiatoribus vestris, in facto sanctæ matris ecclesiæ hucusq; miserabiliter laniatæ, deliberauimus ad serenitatem nostram, serenissimos principes & dominos, Sigismundum regem Vngariæ fratrem nostrum carissimum, ac W. regem Poloniæ, Marchiones Morauiæ patruos nostros carissimos, ac Duces Poloniæ, nostro regno Bohemiæ subiectos aliosq; nostros Imperij sacri regniq; Bohemiæ principes ecclesiasticos & seculares, prælatos & nobiles aduocare. Verùm dictorum regum imminens necessitas & occupatio grandis natalium sedium, eorum aduentum ad nos, quanquam nobis inuitis, pertraxit. Veruntamen cum eisdem regibus & Principibus tali sumus intentione concordes, quòd vlteriori mora postposita, apud nos in ciuitate nostra Vratislauia, intra festum natalis Domini debebunt finaliter conuenire. Quibus auspice Deo nobiscum conuenientibus, ipsorumq; consilio, in facto sanctæ matris ecclesiæ, & signanter super via cessionis, sicut expedit, communicato: serenitati vestræ in huiusmodi facto per ambasiatores nostros solennes finale responsum volumus destinare. Præsertim cum etiam à Domino nostro apostolico, domino Bonifacio, de intentione & desiderio vestro nondum obtinemus responsum. Ideoq; eandem serenitatem vestram studiosiùs exoramus, quatenus vestra dilectio serenitati nostræ regiæ non imputet, quòd hucusq; vobis, absque dictorum regum & Principum, quorum in hac parte res agitur, quorumque consilia vitare non possumus, ne videantur esse contemti, quodq; omnes tangit, debet ab omnibus approbari: & quod à pluribus quæritur, facilius inuenitur, responsum non valuimus exhibere, singularis in eo vobis amoris gaudium ostensuri. Si enim à dictis regibus, quorum hucusque aduentum, confecti tædio, præstolati sumus, responsum & consilium participassemus, dudum dilectioni vestræ responsum debitum dedissemus. Datum in Burgelins, die sexta decima mensis Octobris. Anno &c.* M. CCC. XCVIII.

SENTENTIA EXAVTORATIONIS ET PRIVATIONIS DOMINI WENCESLAI ROmanorum regis, lata ab Imperij Electoribus, anno Domini M.CCCC.

E Chronico Iacobi Rongelshouij translata.

IN nomine Domini, Amen. Nos Ioannes Dei gratia sanctæ Moguntinensis ecclesiæ archiepiscopus, sacri Romani Imperij per Germaniam archicancellarius, notum facimus vniuersis, præsentibus & futuris. Quàm varia, multiplicia & grauia cum incommoda tum dissidia multis abhinc annis, in sacram ecclesiam inuecta sint, etiamnum durantia, atque indies vberiùs pullulantia, in sacri Romani imperii (quod ecclesię Dei & orbi Christiano præsidio esse debebat) grauissimam conuulsionem, imminutionem & dissipationem: id omne vt scribi nequit, sic mala indies ingruētia, manifestè satis docent atque comprobant. Eamque ob rem sacri Romani imperii domini Electores, interuenientibus sacræ ecclesiæ, Principum, dynastarum, ciuitatum, prouinciarum & subditorum sacri imperii, prudentem moderatorem expetentium, ardentibus precibus, illustrissimum Principem dominum Wenceslaum Bohemiæ regem, tum sua, tum amicorum opera, literis denique, iampridem, persępe & seriò nobiscum admonuere, eique diligenter ob oculos posuere, priuatim ac publicè, indecentes ac detestabiles eius in imperando mores & actiones, nec non eiusmodi ecclesiæ orbisque Christiani defectus, incommoda atque dissidia, grauissimas item membrorum sacri Imperii auulsiones, diminutionesque, contra nominis sui dignitatem damnosè factas, fierique permissas, nempe quòd pacem in ecclesia non promouerit, quanquam id summa orbis Christiani necessitas, nec non ipsius, ceu aduocati & defensoris ecclesiæ munus flagitaret, & ad id faciendum sæpiùs rogatus, requisitus & admonitus esset:

esset: ipso nihilominus imperiũ membris aliquot perniciosè mutilante, & mutilum reddi permittente. In quorum numero sunt Mediolanum & prouincia Longobardiæ, quæ iuris sacri Romani imperij fuerant, redeuntibus inde ad imperium amplissimis emolumentis: in qua ditione Mediolanensis, veluti minister, sacri imperij partibus fungebatur: eum is, contra quàm eius sublimitatem & dignitatem decebat, accepta pecunia Mediolani ducem & comitem Papiensem creauit. Complures insuper vrbes terrasq; tam in Germania quàm Italia, ad imperium pertinentes, quarum quędam ad idem redierant, alienauit: parum pensi habens, vt eas sacro imperio retineret.

Prætereà, membranas perplures nudas, rasasq; suæ tamen maiestatis sigillo munitas, amicis pecunia vendidit, in quibus cum illis, tum aliis, in quorum manus istiusmodi membranæ venerunt, sub regio sigillo quæ scribere vellent, licuit. Qua ex re, ob sacri Romani imperij iurium & emolumentorum damnosam imminutionem & dissipationem, graues querelæ subortæ sunt. Controuersias porrò bellaque, quæ (proh dolor) Germaniam, aliasq; sacri imperij terras miserè afflixerunt & pessundederunt, atq; etiamnum pessundant, nil vnquam curæ habuit. Hinc prædationes, incendia & latrocinia orta, adeo funestis vel hodie incrementis, vt nulli neq; clerici, neque laici, neq; agricolæ neq; mercatores, neq; viri neque mulieres, siue terra siue mari, tuti versentur: templa, cœnobia, & domus sacræ, quas sacrum imperium manu asserere atq; tueri decebat, rapinis & incendiis pateant & ad interitum redigantur. Eò res abiit, vt quiuis contra iuris & æqui rationem, alium pro arbitrio tractarit, ac etiamnum tractet, absq; vlla sacræ, spretæq; diu, imperialis auctoritatis reformidatione: sic vt & locus conueniendi quempiam, vbi nomine imperij iuris defensio & patrocinium suscipiatur, planè ignoretur. Denique, quod horrendum & immane dictu, cum propria, tum aliorum facinorosorum quos secum habet, manu, reuerendos sacrorum antistites, sacerdotes & spirituales personas, alios item plures honestę notæ homines, contra iuris normam, secus quam Romanorum regem decebat, neci dedit, aquis submersit, igne cremauit, miserabiliter ac truculenter peremit. Quæ quidem memorata, aliaq; multa grauia facinora atq; damna adeò diuulgata sunt & palam nota, vt excusari vel celari nullatenus queant. Nos igitur, vt præscripsimus, sæpius eum perquam studiosè orauimus, admonuimus & requisiuimus, vt indecenti hac vitę ratione repudiata, id sibi studij & laboris sumeret, quò sacræ ecclesiæ, opem eius veluti Romanorum regis & aduocati sui multoties implorantis, pacem & tranquillitatem, sacro autem imperio pristinum honorem, terras, ditiones, emolumenta deniq; sua recuperaret, in subsidium & consolationem orbis Christiani, hoc nomine grauiter debilitati atq; oppressi.

Etsi verò prædicto domino Wenceslao, hos aliosq; grauiores defectus, ipsum tanquam Romanorum regem imperiumq; concernentes, clarissimè explicuerimus, ac scriptis exhibuerimus: auditis tamẽ illius responsis, reiteratisq; seriis nostris exhortationibus, communicato quinetiam sacræ sedi Romanæ negotio, nunquam adhuc deprehendimus, eum, sic vt Romanorum regem decet mores composuisse, scilicet ad ecclesiæ pacem, orbi Christiano summè necessariam, sacro item imperio dignitates, terras ac ditiones suas, recuperandas, & fructuosè conseruandas: id quod per vniuersas imperij prouincias est notissimum.

Quoniam igitur commemoratos pluresque alios defectus, sacram ecclesiam & imperium, graui cum damno gemituque tangentes, ob instantes prædictorum preces, maxime verò sacramenti ratione, quo nos, ceu sacri Imperij proximè superiora membra, eidem obstringimur, nec reticere nec sustinere diutius potuimus: idcirco ex officio debito cogitandum annitendumque nobis fuit, vt sacro imperio, cuius vecordi & negligenti administratione incommoda isthæc irrepserunt, in orbis Christiani præsidium & consolationem, rectiùs & salubriùs prouideretur. Et sanè vt is parendo nobis rem gratam præstitisset, sic eum sufficienter & seriò vocauimus atque citauimus, adeò vt ei significauerimus, nisi loco & die definitis presto esset, fore, vt cum exhibitarum nobis precum, tum iuramenti nostri respectu, eiusmodi consilia capere & inire cogeremur, quibus sacrum imperium meliùs constitueretur: literis id nostris clarissimè attestantibus. Eapropter loco & tempore præscriptis, vnà cum Coelectori-

bus noſtris ſufficiẽter exoratis,cæteris item ſacri imperij principibus & vrbibus, comparuimus,de die in diem expectantes,num præfatus dñs Wenceslaus compariturus eſſet,morbis p̃dictis remediũ adhibiturus:ac S.Imperij rebus rectiùs deinceps cõſulturus. At is nec cõparere nec quenq̃ procuratorio nomine ad nos deſtinare dignatus eſt. Quare cum tot prægnantium & pernicioſorum, defectuum cauſſa, eum crebrius priuatim & benignè,inde verò,cum nil proficeremus, coram principibus, optimatibus & vrbibus imperij,in diuerſis conuentibus, non ſine magnis grauibuſq; expenſis, abſq; tamẽ vllo fructu,admonuerimus & redarguerimus:ideò cõmemorata omnia, ad ſacram ſedem Romanã detulimus. Cæterum cum nec tum cuncta hæc quicquam penſi habuerit:nil aliud inde coniicere potuimus, quàm eum & eccleſiæ & Chriſtiani orbis,inprimis autem ſacri Imperij,curã depoſuiſſe. Idcirco malum hoc,toti Chriſtianæ reip. exitiale minime diutius ferendum & tolerandum cenſentes, animo bene confirmato,poſt multos variosq; tractatus conſultationesq;, tum inter noſipſos, tum etiam cum aliis principibus & optimatibus ſacri Imperij ſeriò habitos, pro eccleſiæ ſalute, Chriſtiani orbis conſolatione, ſacri Imperij honore & vtilitate, præfatum dominum Wenceslaum, tanquam negligentem & deſtructorem Imperij, eoq; indignum,à ſacro Romano imperio, omniq; eius dignitate hoc tempore penitus remouendum eſſe,duximus.

Nos itaq; Ioannes archiepiſcopus,nomine prædictorum dominorum ſacri Rom. imperij Coelectorum,noſtroque, tum commemoratis,tum pluribus aliis inſignibus defectibus cauſſisq; moti,hac noſtra ſententia,quam præſenti ſcripto damus atq; ferimus,prædictum dominum Wenceslaum,ceu inutilem,negligentem,diſſipatorem & indignum ſacri Romani imperij defenſorem,eodem Rom. imperio, omniq; eius gradu, dignitate ac dictione ad idem pertinente, priuamus & ſubmouemus: cunctis principibus,optimatibus,equitibus, ingenuis, vrbibus, ,,puinciis & ſubditis ſacri Romani imperij denunciantes,eos ab omni homagio & iuramẽto,perſonæ Wenceslai, nomine imperij,præſtito,prorſus eſſe liberos:requirentes atq; monentos eos, ſub iuriſiurandi fide,qua ſacro imperio adſtricti tenẽtur,ne prædicto domino Wenceslao, tanquam Rom.regi deinceps obediant & obſequantur,neq; illi ius vllum, obſequiũ, cenſum,reditum,aut vllam aliam obuentionem, quocunq; nomine tandẽ appellãda veniat,ceu Rom.regi pendant,exhibeãt,aut exhiberi permittãt: ſed eiuſmodi debita vtili & idoneo Rom.regi,diuino fauente numine deinceps ſufficiendo,aſſeruent.

In quorum omnium fidẽ & teſtimonium, nos Ioannes archiepiſc. Moguntinus, preſens inſtrumentum,per ſubſcriptos Notarios,hac forma patente,confici,& maius noſtrum ſigillũ appendi curauimus. Lecta & renunciata fuit ſentẽtia præmiſſa,per nos Ioannem archiep.Moguntinum,noſtro & dominorũ Coelectorum noſtrorum ante memoratorum nomine,ſub caſtro Lonſtein ad Rhenum,Treuerẽſis diœceſis, Brubachium verſus progreſſi,è publico ſolio,in tribunalis vſum erecto,dominis Coelectoribus noſtris ibidem iudicio aſſidentibus:anno dominicæ incarnationis 1400, indictione octaua, feria ſexta, die 20 menſis Auguſti,paulùm ante Nonarum tempus: Põtificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris ac domini,domini Bonifacij noni,diuina prouidentia papæ,anno XI:præſentibus illuſtriſſimis principibus ac dominis, Ioãne, illuſtriſſ.principis ac domini Ruperti ducis Bauariæ, & comitis Palatini ad Rhenum filio,Friderico Burggrauio Norimbergẽſi,nobili Philippo, domino in Naſſau & Sarbrucke,Emichone de Liningen,Ioanne de Zigenhaim,Cunrado Burggrauio,canonico noſtro Moguntino, comitibus: Bernhardo à Weſterburg, Ioanne à Limpurg, Reinhardo de Hanowe baronibus. Domino Nicolao Browin ſacræ paginæ, Ioanne à Witenburg & Nicolao Burgman decretorũ,domino Hermanno præpoſito S.Gereonis Colonien.legum Doctoribus.Item,ſtrenuo equite Sigfrido de Lindowe vicedomino noſtro in Ringaugia,Ioãne Boſſen à Waldeck, burggrauio noſtro Beckelnheim,& fidelibus Henrico Rulmanno à Dadenberg,Gerardo ab Emẽberg, domino in Lantſcron,Friderico de Sachſenheim,Kulmãno à Coneren, Ioanne de Dalburg, Rudolfo de Zeiſſikon,nec non pluribus aliis dominis,equitibus & ingenuis,ſpiritualibus & ſecularibus,magno numero aſtantibus, ad ſupraſcripta vocatis atq; rogatis.

Et ego Nicolaus Berchtoldi Fridberg. clericus,Moguntinæ diœceſis pontificia & impe-

imperiali auctoritate Notarius publicus, ac prædicti clementissimi domini mei, domini Ioannis archiepiscopi Moguntini scriba iuratus, quoniam tum temporis cum iudicialis isthæc, quã præscripsimus sententia lata & renunciata fuit, vnà cum subscriptis publicis tabellionibus, testibusq; commemoratis, præsens interfui, eaq; omnia fieri vidi atq; audiui: ideo iubente atq; petente prædicto Moguntino, domino meo clementissimo publicum hoc instrumentum bona fide perscriptum, in publicam redegi formam, illudque consueto mei Notariatus signo ac nomine, appenso etiam prædicti Moguntini, domini mei clernentissimi, maiore sigillo, in fidem & testimonium prædictorum omnium, subsignaui atque muniui.

Nomina Notariorum sunt.

Nicolaus Berchtoli Fridbergensis.
Ioannes Meier iunior Gasterueldensis.
Conradus à Leiborn, clericus, Padebornensis diœcesis.
Henricus Stalberg Rotenbergensis.
Tilmannus à Honberg.
Conradus Coler Zustensis, Colonienſis diœcesis.

RERVM ET VERBORVM,

QVÆ IN HOC II GERMANIÆ HISTORICORVM TOMO MEMORABILIA AVT ALIOquin notatu digna occurrunt, INDEX.

A

Abbas Morbacensis cum suis monachis vendit regi Rudolpho Luceriam 25,53
Abbas Perisiensis ab officio remouetur 28,32 capitur 27,33
Adelhausen prope Friburgum 18,19
Adolfus rex Rom. Columbariam obsidet 28,12 expugnata terra dominorum Missinentium iter suum vet sus Alsatiam dirigit, vt Franciæ regẽ reb. propriis spoliaret 29,3 in Missinensiũ terram stipendiarios transmittit 29,38 Colmariam recuperaturus proficiscitur 50,46 Rapperschwiler obsidet ibid. 50. eius copiæ 51,17,18 recuperata Colmaria porro in Alsatia quid egerit 53, 27 Gallos infestat 54, 45 Albertũ Argentina progressum insequitur 59,45 in acie cadit vincente Alberto 60,19 Austrium transitu prohibere conatur 58,28 inter Adolfum Cæsarem & Henricum Angliæ regem fœdus 54. 50 Adolfi regis filius Moguntino episcopo se opponit 32,50 regis in Gallos expeditio 27, 6 in Flandriam expeditio 30,48 Alsatia discedit 31,53 interficitur 32,5
Adolfus comes de Nassou Roman. tex 26,42. 109,28 Aquisgrani coronatur ibid. 50 marchionatum Missniæ emit 109,48 in conflictu occumbit 110,38
Adrianus papa moritur 13,17
Æstus tantus quod per Iulium & Augustum oua in sabulo coquerentur 6,15
Agiolandus rex Africæ Hispaniam sibi subiugat 79,39 eius cũ Carolo magno conflictus ibid. 45 in fugam vertitur 80,14
Aimo comes Sabaudiæ 152,3
Albertus magnus lector Coloniæ 14, 17 eius obitus 17,13
Albertus dux Austriæ 18,49 Turicenses obsidet 27,13 Teutonicus princeps 64,46 contra Adolfum arma capit 110,14 rex Rom. electus ibid. 55. eius liberi ibid. 31 regnum Boemiæ affectat 112,24 electores ad Rhenum bello petit ibid. 34 vno oculo captus 109,16 ad flumen Rusam crudeliter occiditur 114,23,27 in monasterio Konigsfeld sepelitur ib. Spiram postea deportatur ib. 31
Albertus comes de Habspurch 37,1 rex Rom. Mogũtię designatus 58,51. 59, 12 eius res gestæ 60,34,49 ad Imperium vocatus armatus comitia petit 57,40 fuga sibi consulit 58,43 principes Rheni teloniis graues arguit 61,22 Moguntinum episc. bello petit ibid. 31 restrium archiepiscoporum & aliorum episcoporum deuastat 62,28 electoribus spiritualibus infestus 33,27 Boemiam intrat 36, 44 rex curiam Frãcofurti celebrat 32,36 Colonienſi & Treuirensi episcopis bellum infert 35,4 eius liberi 105,10
Albertus de Haigerloch 106,4 sustentaculum Romani imperij dictus ib. 23 iuxta castrum Linstetten à suis derelictus occiditur ibid. 106,27
Albertus comes de Hohenberg 110, 20 episcopus Frising. 154,11
Albertus de Valchinstein Morbacensis abbas moritur 32,35
Albrechtsthal, vallis Alsatiæ 29, 39. 106,8
Alcinache castellum obsessum 59,36
Alemaniæ ducatus sedes 75,31
Alemãnia pars Germaniæ tantũ 84,23
Alensach cœnobium prope Keiserspergum 19,9
Alexander Macedo complexu matris Olympiæ draconisq; genitus, & id eo Hammon appellatus 64,18
Alsa congelata 8,13 Alsæ inũdatio 23,55
Alsatæ in Ludouici partes transeunt 122,44
Alsatia inferior incendio & rapina vastatur 86,43 Alsatiæ conuentus ordinum 177, 43 Alsatiæ Lantgrauij deficiunt 91,32 Alsaticũ fœdus auctoritate Ludouici imp. initũ 174, 37 Alsaticum bellum contra episcopum Argent. Imperatori rebellem 175,46
Andreas rex Sicilię iugulatus per Ioannam vxorem & patruelem 105,55
Andreas Ruperti Vngariæ regis F. in spem regni Apuliæ vocatus 129,46 dolosè interimitur 130,29
Angelicum castellum 71,27
Angli in Gallia successus 158,9 inter Anglos & Francos induciæ 128,37 bellum renouatum 154,30 funesti belli caussa 137,33
Angliæ rex in Flandriam venit cum quingentis nauibus, & cum sex millibus equitum 30,42
Animal à cingulo mulieris imaginem habens 47,10
Anna de Hohenberg Sueua, vxor Rudolfi regis 40,20 moritur 104,53
Annona magna 28,39
Anshelmus de Rapolstein fratrem bonis spoliat 28,9 bonis omnibus mulctatus 52,55 Anshelmi Rapolsteinij parentes & liberi 53, 8. eius malitia ibid. 15
Anticæsarũ apparatus bellicus 121,47
Apri-monasterium 123,3. 175,55
Aquisgranum vnde dictũ 78,6 sedes regiæ vnctionis 78,25 caput omniũ ciuitatum & prouinciarum Galliæ ibid. 31 sanctorum reliquiis à Carolo magno ornatur 79,10
Aquitanicum bellum 77,20
Audlo cœnobium Alsatiæ 81,13

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 136:Leibn. Marg. 136, Stück 2, [189] - -

Arboris insignis descriptio 15,32
Arducona silua 63,36
Arelatense regnum a Francis occupatum 54,35
Argentina, totaq; Alsatia in fidem Caroli concedit 141,51 Argétinę pons Rheni cadit 21,35 Argentinensis episcopus bellum gerit contra Marchiones Badenses 17,31 obsidet Columbariam 26,19 Argentinense monasterium combustum 85,7.86,32 Argentinenses pro Ersteinio apud Cæsarem intercedunt 53,30 Argentinensis episcopi superiores ditiones vastatæ 56,36 Cæsari præstare homagium a papa prohibetur 132,27 victus officium facit, ibid. 37 feudi Horburgensis vindex 170, 2 Argentinensis vrbis ampliationes 165,20 Argentinense bellum contra Gerolzeckium 171,41 Argentinensis clerus a Berchtoldo episcopo offensus 172,46 tumultus Iudæorum causa 178,15
Armatura prisca 57,44
Arnulphus Metensis episcopus Dagoberti consiliarius 74,21
Arrogonum rex moritur 27,5
Ars panni setici texendi ex Græcia in Italiam traducta 85,13
Astensium dissidia summa cura Henrici composita 68,36
Augiæ maioris cœnobia 76,23
Augustinenses Basileæ nidificant 12, 28.156,2
Augustalis funeris exequiæ Basileæ 47,36
Augustini Hipponẽsis episcopi corpus de Sardinia in Italiam a Luprando rege Longobardorum transfertur Ticinum 76,21 de omnipotentia Dei testimonium 64,10
Austriæ ducatus ad domum Habspurgicam 101,10 Austriaci fisci præses in vincula conijectus 36,2 Austriaci Bauariam populantur 121,35 a vicinis regibus frustra bello petiti 126,45 prope Baden fusi 158,55 clades ad Moregartũ montem 119, 46 expeditio contra Ludouicum Bauarum 120,16 Austriorum principũ nuptiæ Basileæ celebratæ 119,33
Auaritia idolorum seruitus 130,8
Auinionẽsis ciuitas papæ vẽdita 147,21

B

Baldeuinus Treuirorum archiepiscopus 71,2
Barhauss capella ordinis Cistercienſis 35,19
Baronissa de Rapoltstein sit monialis 16,29
Baronis de Clingen somnium 40,11
Basilea a Rudolfo obsessa 10,32.39.34 terræ motu concidit 164,12 Basileę sexcentæ domus exustæ 28,38 Basileæ tumultus Iudæorum causa 147,52 pons a Rheno destructus 11,49 Basilienſis episcopus emit a comite Gotfrido cognato suo CCLX marcis castrum *Bredertan* 9,5 sit administrator Argentinensis 173, 22 pactum dimissi anuuculi irritũ reddere conatur 174,8 coactus fidem dat imperatori 176,10 Basilienſis consul occisus 39,29 Basilienſium ingenuorum factiones 99,29 constantia de Ludouico Imper. non fuisse hæreticum 142,7
Baurus, id est nescíens tergere barbam 133,15
Bauariæ dux vxorem interficit 7,37 Bauari a vicinis regib. bello frustra petiti 126,45
Beatrix de Holandia Ludouici regis coniunx Genuæ moritur 117,15. 145,34
B. Iacobus Carolo magno apparet 79,23
B. Nicolaus archiepiscopus 71,41 moritur, ibid. 41
B. Thomas Cantuariẽsis episc. martyrium patitur 85,30
Beda presbyter Anglus moritur 76,29
Begga, Angisi S. Arnulphi filio nubit 74,34
Bellum inter Rudolfum Habspurgiũ & episc. Basil. 9,55 comitatus Holandiæ causa 60,44 Bellum inter Bertholdum de Teeke episcopum Argentinensem & prælidẽ Alsat. 90, 16 inter Angliæ & Francię regem recrudescit 134,43 inter comitem Friburgensem & ciues Friburgenses 33,6 Belli funesti in Galliæ & Angliæ reges causa 54,18,20,30
Benedictus XII papa III, 26 eius mors 132,52
Benfelden a Wirtembergico occupatur 171,3
Berchtoldus abbas Morbacensis natus e dynastis a Steinenbrun 21,21
Berchtoldus episcopus Argentinensis capitur 131,46. 173,14. Argentinensium auxilio destituitur, ibid. 42 liberatur, ibid. 50 apud confœderatos accusatur 174,52 bello petitur 175,17 moritur 179,17
Berchtoldus de Bucheck episcopus Spirensis 168,34 ex Spirensi fit Argentinensis episcopus 169,14 Iudæos mulctat, ib. 25 Marchioni Badensi bellum mouet 170,23
Berecharius, statura pusillus, maior domus palatij constituitur 75,37 occisus ab inimicis, ibid 43
Berna a Rudolfo rege obsessa 23 35, 47.24,5 sese dedit, ib. 20 Heluetiis coniungitur 139,26
Berswinda filia sororis S. Leodegarij 75,29
Berta Caroli magni filia 77,32 ducissa Polonorum 84.37
Bertholdus dux Carinthiorum qui & Zeringen, moritur 84.37
Bertoldus de Liebestein Morbacensis abbas 32,36
Bertoldus dux de Zeringen in Mollesheim occiditur 84,5
Bertoldus episcopus Argentinensis castrũ Berenstein obsidet 90,14. 6,1 homines in Bladelzheim imperatori deuincit, ibid. 4
Ber Wandus de Pogero Hostiensis episcopus, legatus papæ 125,2
Bingæ opidi ad Rhenum siti descriptio 61,34 expugnatur, ibid. 51
Bladoltzheim auff der Hart 6.4.38,32
Blancus cardinalis, electus, vocatusque papa XII 125,40 Tholosæ natus, filius pistoris, ibid. 48
Blixsperg castellum 58,41. 127.6
Blumberg opidum cum castro 115,20
Boemia regni titulo decorata 86,49
Boemundus Sarapontinus archiepiscopus Treuirensis moritur 161,42
Boetius poeta occisus a Theodorico 82,7
Bonifacius papa pacem inter reges Franciæ & Angliæ conciliat 54,53
Bonifacius VIII pontifex maximus 64.39 Romæ synodum celebrat 65,6 Pulcro hostes conciliat, ibid. 12 moritur 25
Botti in vigilia S. Ioannis maturi 36,38
Brisacum ad Rhenum 39,54.144,49
Brisacum & Neuwenberg ad Austriacos 171,12
Britannotũ in Alsatiã irruptio 164,30
Brixienses licẽtius euagantes a Catalanis, fugantur 70,11
Brixia ab Imper. Henrico VII Cæsare obsessa 69,43 deditur 70,28. 116,48. 117,12
Brosca flumen ab occidente versus orientem fluit 20,28
Bruck, opidum Ergoiæ prope Habspurgum 37.37
Bruno filius Ottonis ducis Alemanniæ papa eligitur, & Gregorius V vocatur 83,1,2
Bucephalus Alexandri magni equus 57,48
Bufones cum piscibus cælo ceciderunt 83,42
Burgundi bello a Cæsare petiti 23,45
Burgundiæ comes feudum a rege Adolpho accipit 51,13
Burkardus Argentinensis episc. 85,25
Bulesheim castrum ædificatur 10,29

C

Caluariæ habentes spissitudinem duorum digitorum 7,20 Caluaria serpentis magni & lingua eius datur Rudolfo pro clenodio, cuius vis toxicum prodere 13.54.55
Campani corrupti auro Henrico adhærent 65,28
Cancer, bellicum instrumentũ 61,43. 62,1
Canonici de Hanoe in Rhinaugiam se transferunt 25,18
Cappadocier notarius Alberti de Hohenberg 107,29 eius ioci, ibid. 31
Carentanus ducatus 84,27
in Carinthia fames magna 15,12 Carinthiæ ducatus ad domum Austriacam 125,14
Carlomannus rex Bauarię apud villam OEtingen moritur 81,8
Caro cum sanguine pluit 83,42
Carolus Rudolfi F. nascitur 12,35 moritur, ibid. 46
Carolus magnus ex Francigenis primus Rom. Imper. 74,24 eius genealogia, ibid. 38 Pipini filius rex Francorum 77,26 Eius filij tres, Carolus, Pipinus & Ludouicus, ibid. 28 filiæ, ibid. 31 Occidentis Imperator creatus 77,40 a Leone papa consecratus & inunctus, ibid. 44 thermas Aquenses vetustate desertas, pede equi in quo sedit, reperit 78,11 Sarracenos in Hispania perdomat 79 Caroli magni Hierosolymitana expeditio 79.4 conflictus cum rege Agiolando 79,46 Carolus magnus post Valentinianũ Romæ primus imperator augustus extitit 77,55 mors 80,25
Carolus frater regis Franciæ, rex Siciliæ, rex Arragonum & rex Franciæ confœderantur 35,28
Carolus Siciliæ rex secundus Gallicæ originis moritur 67,49 *contra Ludouicum Cæsar renunciatus* 135,45

Caroli III inauguratio Bonnæ facta 138,31 Carolus comitatum Tirolis occupare conatur 139,21 Bauariam vastat 140,14
Carolus rex Boemiæ in regem Rom. electus 141,33 promittit se relaxationem processuum papalium curaturum 142,2 Basileã venit,ibid.11 Wormatiam 143,44 Spiræ arrestatus 44,17 Tigurum venit 160,3 eius cum Heluetijs tractatus 161,53 secundæ nuptiæ 151,13 in Italiã expeditio 163,30 coronatur,ibid.45 moritur 166,23
Carolus Martellus Prouinciæ comes Siciliæ rex ab Innocentio III papa constituitur 98,2 Germanis semper infestus,ibid. 19
Carolo, nepos Alberti ex sorore rex Vngariæ 112,5 filiã regis Cracouię in matrimonium ducit,ibid. 11
Castellæ regis arma, castra 98,21
Castinetum igne crematur 31,48
Castra duorum hostilium exercituum prope Kentzingam 31,25 Castrũ Ermisbache D. comitis Phirretarũ 24,27 Castrũ Bononiense 125,4 Castrum apud S. Amerinum destructũ 7,31 Rubeaquense 15,9 Plumbariense 27,26 Hageneck 33,18 Viennense 42,30
Catalogus procerũ in exercitu Cęsaris 71,3
Cattus instrumentum ad muros diruendos aptum 51,3. 61,48
Celestinus papa voluntarie papatum resignat 29,2
Censura de historia Melusinæ 64,37
Christiani Hierosolymis oppressi 78, 40 Christiani milites hastas suas in terram figentes, mane corticibus & frondibus inueniunt vestitas 79, 54,55. 80,1
Cistertiensis ordinis initium 83,55
Cladés ad Endingam Brisgoiæ 164,48
Clarissatum plantatio in minore Basilea 16,17
Clemens V Vasco Rom. pont. Benedicto XI succedit 111,28 eius ergã Cæsarem Henricum inconstantia 68,5 moritur, cui Celestinus qui & Iacinctus, successit 86,20
Clementia, regina Franciæ 100,50
Clingental cœnobij prope Basileã primordia 11,22
Clodoueus rex omni spurcitię deditus, guiæ & ebrietati intentus 75,4
Cœnobium sub-tilia 14,38 Cœnobiũ Hugeshofen in valle Wileriana 21, 41 Cœnobium in Amerscheweier 23,48 Cœnobium S. Crucis 31,43 Cœnobium paradisi 53,12 Cœnobia a S. Pirmino inchoata 76,25,26 Cœnobia recentiora e Hirsaugiensi nata 83,32
Colmaria obsessa & ad officium redacta 21,10 a Cæsare obsessa 110,4 a Rapolsteiniotradita 28,7 Adolfo traditur 52,23 Colmariẽses Cæsari se opponunt 21,5 Colmariensis vrbis proditio 50,28,29
Colonienses ciues & clerici ab archiepiscopo suo excommunicantur 25, 48 Colonienſis archiepiscopus capitur 23,39 liberatur 24.36 moritur 6,36,36,18
Columbaria a Rudolfo obsidetur 48, 24 Columbarienses D marcas regi Rudolfo dederunt 25,51 res episcopi Argentinensis deuastant 31,12 in gratiam cum quibusdam conditionibus recipiuntur 48,28 ex vernaculis viginti mittunt Wilrensibus subsidio 50,52
Columna gens Romę opibus & clientelis insignis 64,47 Octauo suffragij iure ne legeretur obstitit, ib. 48 a Bonifacio VIII papa persecutionem patiuntur 109,38
Comes Iuliacensis Aquisgrani occisus 14,28 Comes de Werde moritur 14,43 Comes de Rapretwir moritur 19,19 Comes Wirtenbergicus Rudolfo regi supplex 22,2 Comes de Hegirloch procurator ducis occiditur 31,36 Comes de Winegk, filius sororis domini de Horburc 48,11 Comes de Hollandia toxico perit 60,42 Comes de Kussenberg sororem Rudolfi de Habspurg in matrimonium duxit 99,1 ditiones eius ad quos deuolutæ,ibid.3 Comes de Katzenelenbogen hastiludio prostratus Basileæ moritur 119,34 C. Comes de Medeberg 146,12 Comites de Tokinburck 38,7 Comitum de Hutuingen ditiones Alsaticæ 106,4 Comitissa de Reichenberg moritur 17,49 Comitissa de Rapoltzstein moritur 17,49 Comitatus Hollandiæ causa bellum 60,42 Comitatus Conuenarum 153,33
Cometes 8,18
Confluentini episcopo Treuirensi inobedientes 17,50 ab archiepiscopo Moguntino obsessi 36,15
Conradus de Marpurg prædicat 6,8 occiditur, ibid. 18.90,55
Conradus Wernherus de Hadstat 8, 34,32,47 aduocatus Alsatiæ in militiam Austriacam abit 45,32 moritur 19,22 Conradi Wernheri de Hadstat filius occumbit 54.29
Conradus frater Friderici ducis Alemanniæ Imperat. III 85,4
Conradus Saliquus Rom. rex 33,16
Conradus de Leichtenberg episcopus Argentinensis 25,12,54,5
Cõradus Salzeburgẽsis archiep. 84,35
Constantinus Rom. Imper. 74,27
Constantia imperatrix in Sicilia moritur 86,50
Constantienses M.C.C marcas regi Rudolfo dederunt 25,51 Constantiensis episcopi mors 11,4
Constantinopolis VII obsessa 74,40
Conuentus Imperialis Norimbergæ 60,33
Cornua cerui longitudine trium pedum 13,44
Cremona rebellis Henrico efficitur 69,22 Guelphos vrbe eiiciunt,ib. 23 Cremonæ deditio, ibid. 38 Cremonenses Henrico Cæsari se dedunt 116,47
Cumani in exercitu regis Boemiæ 46,7
Cuno de Horburg comes 85,34
Cunonis de Falckenstein res apud Moguntinos gestæ 160,42 Cuno fit archiepiscopus Treuirensis 161,30
Guntzo textor Senhen vixit C X annis 12,22
Cunradus Argentinẽsis episcopus moritur 87,31
Cunradus de Berenuels magister ciuitatis Basiliensis 143,7
Cunradus comes Friburgensis moritur 99,23 filij ibid.
Cunradinus Sueuiæ dux capite multatus 98,11
Cunradus Friderici F. rex eligitur 91, 28 curiam Francofurti præfigit 92,3 moritur,ibid. 49
Cunradini, Conradi regis filius, contra Carolum de Sicilia, bellum gerit 93,16 eius fatum lacrymabile,ib.21
Curia põtificia in Galliã trãslata 111,28
Curiensis episcopus a regis Rudolfi filio capitur 24,1 moritur 25,10
Curti populi 141,19
Cuttracense prælium 70,22
Cyprus insula 131,33

D

Dagebertus rex 74,16 Francorum ẽnutritor seueriſſimus, ibid.18 moritur,ibid. 47
Decretum imperiale cõtra pontificias in Cæsarem diras 129,4
Delphini Viennenses fratres 130,33 Delphinatus Galliæ feudum ab imperio 153,42 regno Galliæ attributus 131,14
Diadema imperiale soliumque 69,35
Dido Pictauiensis episc. 75,16 exilio damnatur,ibid. 26
Dissidium inter fratres Bauariæ duces 61,17
Dockenburg castrũ expugnatur 24,30
Domicellus Ioannes Lantgrauius Alsatiæ moritur 166,12
Dominus de Baldeck nuptias Basileæ celebrat 23.30
Dominus de Veldentz conscribit milites cõtra dominum de Rapoltstein 25,20
Dominus de Girspere grauibus conditionibus a captiuitate liberatur 26,1
Dominus de Hunna Wilr a Columbariensibus interfectus 26,14
Domina de Horburg soror comitis Friburgensis moritur 33.11
Dominicani fratres honoribus aucti 98,35
Dornsperg mons 110,29
Dubis fluuius congelatus 35,10
Durlacum marchionũ Badensiũ 15,43

E

Eberhardus comes de Habsperg 19,31
Eberhardus Wirtenbergicus imperialis præses Sueuiæ 152,3
Ebersheim munster 175,55
Ebroinus a Frãcis accusatur, & in Luxouiensi Burgundiæ monasterio recluditur 75,8,9 de Luxouio egressus, thesauros regales apprehendit 75,18 eius perfidia & immanitas, ibid. 23,24 ab Ermenfrido occisus ibid. 35
Ecclesia Aquisgranensis in honorem B. Mariæ virginis a Carolo magno fundata 78,12 a trecentis & sexaginta episcopis solennizata,ibid. 20
Eckirch castrum in valle Leboriana in Alsatia 14,48
Eclipsis solis 6,43. 8,38
Eduardus Anglus imperialem electionẽ detrectat 145,46 aduersus Carolum Cæsar renunciatus 144,40 infesto exercitu Galliã inuadit 136, 30 cũ Cæsare aduersus Gallos fœdus pangit 127,42 infesto exercitu Galliam petit 128,12 Tornacen-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 136:Leibn. Marg. 136, Stück 2, [191] - -

sem ciuitatem obsidet, ibid. 33
Egino comes Friburgensis 25,11
Egra ciuitas prope Boemiam 24,2
Ehingen oppidū iuxta Neccarū 107,10
Elisabetha Boemæ, viduæ Rudolfi ducis obitus 112,6
Elsa Alberti Austriaci, regis filia duci Lotaringiæ nubit 11,46
Elsa filia Wenceslai regis Boemiæ Ioanni Lucelburgensi nuptui collocatur 114,53
Elrza fl. 110,23
Engelmarus miles ante castrum decollatur 144,36
Equi insignis altitudo 11,14
Erlein castrum 171,45
Ettenheim cœnobium 76,24
Exactionis noua adinuentio 14,3
Expeditio secunda in Ierusalem sub Conrado rege Romanorum 85,18

F

Fabula de quodam Alberti comitis de Hohenberg 107,28 de rege Rudolfo 108,23
Falsarius monetæ coctus in caldario Columbariæ 12,20
Fames magna 19,49
Farinæ apud Columbarienses caritas 51,14
Fauor diuinus sicuti rectis institutis arridet, ita improbe consulta funestus insequitur exitus 66,45
Ferrum, aqua 86,15
Feudum alienatum a vasallo siue domini consensu, ad dominum deuoluitur 168,54
Flagellantium habitus, ritus & superstitio 149,31 eorum concursus abrogatus 130,27,28
Flandrenses dominum de Henigo We & episcopū Traiectensem capiunt 36,28 Gallorum iugum detrectant 65,13 cum superioribus Germanis amicitiam coniungunt, ibid. 15
Fliscus cardinalis 68,48
Florentini contra Henricum VII Imp. rebelles 68,22 cum Roberto Siculo fœdus feriunt, ibid. 28
Forma absolutionis fautorum Imper. Ludouici defuncti 142,44
Franciæ regni arma, lilia 98,22 rex cum Flandrensibus belligeratur 35, 31 tres abbates capit, ibid. 52 a papa excommunicatur 35,53 cum Flandrensibus pacem init 36,7
Franciscanorum ordo honoribus insignibus auctus 98,35
Francofurtum ad Oderam 147,2
Francofurtenses expensas a rege electo petunt 26,46 Francofurtensibus nundinæ ablatæ, sed mox restitutæ 152,9
Friburgum Nuithonum a Rudolfo emtum 13,50
Friburgum Brisgoiæ a Bertoldo de Zeringen conditum 83,47 obsessum a rege Rudolfo 18,16 ad domum Austriacam 165, 2 Friburgenses Berneuses bello lacessunt 31,17 fugiunt, ibid. 20 Friburgensis vrbis periculum 164,45 Friburgense bellum 112,47
Fridberg obsessum 151,23
Fridericus Barbarossa Imperator 85,21 Mediolanum capit & destruit, ib. 27
Fridericus Aragonum rex fœdus cum Cæsare icit 71,52 Messana Rhegiū traiicit 72,19
Fridericus dux Austriæ filius Alberti regis ad regnum aspirat 118,51
Fridericus Imperator a Gregorio IX papa excommunicatur 6,32
Fridericus dux Austriæ occiditur 6,55
Fridericus rex in conflictu a Ludouico captus 122,17 in castro Traussnit detinetur, ibid. 40 liberatur 124,8
Fridericus Marchio Misnēsis rex Rom. declaratus 145,54.146,1,2 electionem suam refignat, ibid. 8
Fridericus dux Alemanniæ, frater Imper. in obsidione Acharō obiit 86,23
Fridericus comes Phirretarum a filio dicto Grimmel occiditur 6,20
Fridericus I moritur 86,18
Fridericus II Cæsar curiam Aquisgrani celebrat 89,11 Rudolfi Habspurgensis ἀναίδειαν 97,26 contra ipsum Cæsares electi, ibid. 35
Friderici Imperat. inter papam Gregorium dissidium 91,37 excommunicatur, ibid. 51 contra ipsum Henricus Lantgrauius Thuringię eligitur 92,1 moritur, ibid. 41
Frisiorum insignis clades 19,3
Frosbach castrum destruitur 100,3
Frowenfeld monasterium 110,45
Frundelsberg castrum 146,41
Fui Parisius 8,7
Fuldense cœnobium 76,17
Furstenstein castrum obsessum 113,50
Furti astuta indagatio 108,55.109,1

G

Galeatius cognomento Brusatus, obsessorum tribunus a Cæsarianis capitur 70,14 perfidiæ pœnas dat, ibid. 15
Gallina quotidie duo oua ponens cum duobus vitellis 9,54
Gallorum clades ad Cresciacū 136,46
Gansserfeld, cāpus prope Viennā 46,54
Gargani mons 82,39
Gebehardus Argentinensis episcopus cōtra Fridericū Alemannię imperat. bellum gerit 85,1 eius mors, ibid. 7
Gebhardus de Friburg præpositus Argentinensis 131,41
Geb Wiler opidū ditionis Morbacensis 9,32 superioris Alsatiæ 19,53
Geirsperg castrum reædificatur 29,53
Gemar castrum ligneum 20,24 igne deletur 31,6
Genuensium classis triremium septuaginta 72,16
Gerardus de Senar episcopus Constantiensis 121,8
Getardus de Wippingen Basil. episcopus 114,21
Gerardus de Eppenstein Moguntinus episcopus 110,51
Gerlacus F. Ger. comitis de Nassaw in archiepisc. Mogunt. promotus 135,8
Gertrudis virgo, filia Pipini ducis Nivelensis cœnobij mater 74,33
Gibellini violentia Guidotti Turriti in exilium acti 68,42 Brixia pelluntur 69,26
Gigantea ossa inuenta 8,7
Gilibertus Corregius Parmæ præses 70,34
Gilibertus Zantillius vice comes 68,8
Gines castrum obsessum 158,27
Girsperg castrum 36,33
Girspergenses a Rudolfo proscripti 24,14 ei se dedunt, ibid. 53
Gisela Caroli magni filia 77,32
Glotirthal infra Friburgum 31,5
Gotfridus de Lauffinbereck F. auunculi Rudolfi Habspurgensis regis 37,35
Gotfrid comes de Habspurch domin in Lauffenberg 9,16 moritur, ib. 38
Guidottus Turrius, sapientia atque opibus clarus, Mediolani præses 68, 40 fœdus atque hospitium cum toto Guelphorum genere habuit, ibid. 45 priscam Mapheī fortunam vindicare molitur 69,5,6 ad Guelphos confugit, ibid. 19
Guelfi a Pisanis superantur 118,46 Guelphorum factio in Herrura semper Teutonicæ felicitati aduersa 68,20
Guido Namurcæus, Flandri comitis frater ad Clementem papam legatus 66,28 eius mors 70,21
Guldin hæreticus crematus 6,7
Gunthers Schuartzenburgēsis magnanimitas & pietas 130,37 Francofurti aduersus Carolum Cæsar renunciatur, ibid. 54 a ciuibus Francofurtensibus recipitur 151,2
Guntramnus de Girsperc capitur fraudulenter 17,29
Gutnow cœnobiū mulierū iuxta Neoburgū Brisgoiæ deuastatur 10,15
Grando portentosa, cuius lapides duorum vel trium pauum magnitudinem superabant 25,15
Granus Rom. princeps, frater Neronis & Agrippæ, a quo Aquenses thermæ conditæ 78,10
Gregorij papæ & Cæsaris congressus Lausannæ 12,1 Gregorij mors, ib. 31
Grimoaldus filius Pipini a Francis capitur, carceriq; mancipatur 74,54
Grus, miles insignis, dictus Kranich 203,1 eius facinus, ibid. 3

H

Hasburgensis stirpis origo 97,5
Hæredes ditionū ducū Zeringię 99,18
Hagenoia ab Argentinensibus obsessa 56,30
Hagenoenses ciues villas oēs ciuium Argentinensium delent 31,46
Hanogogiæ comes comitatum Hollandiæ sibi vsurpat 60,44
Haigirlochius exaugurationis Adolfi causa Romā missus 57,10 moritur 58,21
Haistulphus Longobardorum rex 77, 12 Carolum Magnū & Carlomannum Parisiis reges inunxit, ibid.
Hammon cur Alexander Macedo dictus 64,19
Hannemannus Waldner occisus 178, 55.179,1
Hannemannus de Liechtenberg baro 157,26
Hartmannus filius regis in Rheno submersus 18,36
Hartmannus senior comes de Kiburck filiam comitis de Sabaudia ducit in vxorē 37,40 dignitates suas episc. Argentinensi tradit, ibid. 43
Hechingen opidum 141,4
Henricus dux Bauariæ rex Rom. electus 83,5 episc. cōstruit, ibid. 7 imperiali benedictione a Benedicto papa 8 coronatur, ibid 9 moritur ib. 13
Henricus de Isena Sueuus, & minorita episcopus Basilien sis 101,37,38 nicromanticus, ibid. cum Cæsare Rudolfo contra Ottacarum rege Boemiæ proficiscitur ibid. 47
Henricus Treuensis episcopus 85,25

Henricus

INDEX.

Henricus dux Carinthiæ gener, Wenceslai, & auunculus Alberti 112,27
Henricus Angliæ rex Adolfo Cæsari triginta millia marcharū mittit 54,2
Henricus episcopus Basiliensis in militiam Austriacam abit 45,31. eius res gestæ 101,20,30
Henricus de Stahelegge episcopus Argentinensis 98,39. mors 86,9
Henricus Flandrorū comitis filius 71,5
Henricus Austriacus in Lōgobardiam missus 121,43
Henricus Frauwenlob 108,20. mors & sepultura ibi. 23
Henricus Lantgrauius Turingię in regē Rom. electus 6,51. moritur ib. 55
Henricus Flander magister equitū Cęsaris Pisanum agrum deuastat 72,9
Henricus VI Rom. rex 86,17
Henricus comes a Virnenberg archiepiscopus Moguntinus 127,16
Henricus de Virnenberg archiepiscopus Mogunt. Cæsari fauens officio priuatur 135,6,7
Henricus Lutzelburgensis Rom. rex Francofurti electus 114,23. Aquisgrani coronatus ibi. 25. eius in Italiā expeditio 116,13. Romam venit. 117,33. Laterani honorifice recipitur ibid. 35. ipsi in synaxi toxicū miscetur 118,36. Pisis honorifice sepelitur ibid. 40
Henricus Gurtelknopf archiepiscopus Moguntinus moritur 23,20
Henricus de Blanckenberg 117, 45
Hentici Schorlini facinus 103,18
Hēricus de Thun episcopus Basiliensis moritur 6,34
Henricus Friderici II filius, rex 89,38. moritur 91,6
Henrici VII electio 66,13. eius electio a pontifice comprobata ibid. 26. Aquisgrani coronatur ibid. 40. Italicam expeditionem indicit 68, 12. eius ærarium virtute magis quam nummis instructius ibid. 33. Lausanna in Italiam mouet ibid. 34. per biennium Astæ moratur ibid. 39. Mediolani coronatur ibid. 52. per Longobardiam præsides cōstituit 70,33 Genuam peruenit 70,44. Pisas aduehitur ibid. 53. ei insidiæ tenduntur 71, 10. Romam contendit ibid. 18. Vrsinos vertit in fugam ibi. 21. eius Augustalis inauguratio ibi. 38. Roma discedit ibid. 44. Perusinum agrum deuastat ibid. 46. Apulum hostem bello persequitur 72,12. Pisis decedit ibid. 18. Bonoconuenti moritur ibid. 26. fortitudo ibid. 36
Heraclius Rom. Imperator 74,27
Herbipolensis episcopus vrbem obsidione premit 163,2
Herckheim ad Illam 36,20
Hercken 23,55
Herlisheim opidū Alsatię capitur 165,1
Hermaphroditus natus in valle Keisersberg 47,42
Herstein castellum 53,33
Hertēberg castrum prope Herteniter, euertitur 38,37
Hetruscarū vrbiū fœdus aduersus Henricum imperatorem 70,1,2
Hildericus rex cū vxore sua prægnante perimitur 73,13
Hildegardis Caroli magni cōiunx 77, 31. mors 80,82
Hiems mire calida 24,47,86,2
Hierosolyma capta 25,27
Hildebrandus dapifer a Bappenheim fraudulenter occiditur 31,23,58,33
Hinderlappen in Heluetia 11,9
Hohenac castrum 15,18,23,50,106,37
Hohenburg monasteriū Alsatiæ 83,21 combustum 87,22. Hohenbergensis familia 106,30
Hohensteinius Alsatiæ præses 19,37
Holandiæ comes Wilhelmus reuersus a Prussia Traiectum inferius obsidet 131,16. Holandiæ comitatus ad Imperatricem deuoluitur 135,54
Honorius papa moritur 22,22
Horburg Alsatiæ castrum destruitur 85,28. venditur 168,50. ad Argentinensem ecclesiam reuocatum 171, 31,31. Horburgenses domini cognato suo reconciliantur 14,41
Hugesholen monasterium S. Benedicti 106,9. Hugo de Buebeck Romæ ab Henrico Cæsare relictus 118, 5. eius fortia facta 167,12
Humbertus Delphini 141,19
Huseren prope Pfaffenheim in Alsatia 7,23

I

Iacobus Muller, miles 18,10
Iacobus episcopus Catureensis in papam eligitur, vocaturq; Ioannes vigesimus secundus 120,4
Ierusalem a gente Francorum, & a Godefrido duce capitur 83,53
Imperii vrbes in fidelitate Ludouici constantes 139,5. Imperii ordinum ad pontificem literæ 134,35
Innocentius papa Lugduni moritur 6, 49, ei succedit Honorius 89.33
Interdictum ecclesiasticum Colmarię 16,45
Inundationes 165,15
Ioannes miles de Lansere a seruis occiditur 9,52
Ioanna papa 82,7
Ioannes miles filius Sifridi sculteti Columbarien sis interficitur 30,21
Ioannes Liechtenbergius aduocatus Alsatiæ 32,30
Ioannes de Wissenburc ordinis fratrū Prædicatorum 33,36
Ioannes Rosselman Waltheri filius 47,28. Columbarienses prodit 48, 2. in vas vacuum se abscondit, & Columbariam clam ingreditur ibid. 5.
Ioannes Toletanus astronomus 85,45. homines metu pauidos reddit ib. 50
Ioannes XXII pontifex 72, 6. eius decessus 125,18
Ioannes dux Austriæ capitali odio in patruum accensus 113, 54. Ioannis ducis Austriæ percussoris Alberti regis mors 117,17
Ioannis Boemiæ regis profectio Italica 122,50. liberi 125,7
Ioannes Sen nepos episcopi Argentinensis sit præsul Basil. 173,2. nepos archiepiscopi Moguntini 168,21. moritur ibid. 39
Ioannes Valesius rex Galliæ 154,48
Ioan. de Liechtenberg administrator Treuerensis 153,48
Ioannes Windtloch episcopus Cōstantiensis 162
Irene Constātini VI mater Græcorum imperatrix 80,32
Ita, Marchionissa de Monteferrato 84,37
Italica societas 163,15
Iubilæi promulgatio 33,20. 110,11
Iudæi Angliæ expulsi 25,47. de libertate sua exultant 89, 51. pueros necant 91,4. veneficiis insimulati 147, 45. cremati 177,53. 178,30. Iudæorū persecutio 177, 31. in Germania cremati 148, 8. Basileæ ibid. 14. Spiræ ibid. 18. Wormatiæ ibid. 26. Oppenheimii ibid. Argentinæ ibid. Heidelbergæ 149,1. Francofurti ibid. 6. Moguntiæ ibid. 7
Iuditha filia Hentici ducis Noricorum 84,30
Iura mons 84,24

K

Kalis ciuitas obsessa ab Anglis 137,23. 140,45
Kāmerou Wer ingenui Boemiæ 141,12
Keisersberg opidum obsessum 127,3
Kentzinga opidum 58,29
Kiburgum Brisgoiæ 99,12
Kochersberg castrum 172,36
Konigsfeld cœnobium Etgoiæ 114,30

L

Ladenberg opidū ad Neccarū 152,9
Landeck castrum obsidetur 32,15
Landrgrauiorum prisca stirps Alsatiæ deficit 166,11
Landsperg castrum obsidetur 18,29
Lapidea arca inuenta 80,35
Laudanense colloquium inter regem Boemiæ & ducem Austriæ 170,30
in Laufenberck gallus magnus ex Italia, sub cuius ventrem gallina transibat 12,42
Laurentii Tribuni contra papam insolentia 142,23. *vide* Nicol. Laurētii.
Leberthal 175,26
Lech fl. iuxta Augustam 119,29
Lemannus fl. 84,19
Leo papa oculis captus, & lingua præcisa ad Carolum magnum ducitur 77,34. sedi suæ restituitur ibid.
Leodegarius Augustudonensis episcopus 75,10. interimitur ibid. 26
Leodiense bellum 140,18. Leodiensis episcopus contra ciues suos infelicissime dimicat 136, 8. occumbit 71,26
Leonhardi cœnobium Basilęæ reformatur 13,23
Liestal opidum 113,31
Lithuaniæ rex fratres Teutonicos in Prussia & Liuonia infestat 131, 16. Lituaniæ regis fratres ne morerentur de Christianorū manibus, cingulo se de arboribus suspendūt 145, 6,7. Lituani in Polonia effusi 159, 28, Prussiam populantur 161,38. Lituanorum clades 144,53
Lotharingię dux a comite Gemini pōtis victus 12,24
Lotharius dux Saxonum in regem eligitur 84,49. in Lateranensi monasterio ab Innocentio papa Romæ consecratur ibid. 50. moritur, cui Conradus tertius succedit 85,4
Lucas de Mediolano moritur 151,31
Luceburgia olim Treuirorum portio 63,34. ducatiæ dignitatis insignibus exornata ab Henrico VII Imp. ibid. 35
Lucelburgēsis regionis chorographia 63,34,35,36,38,40
Luceria a Rudolfo emta 25,53
Lucius in cellario inuentus 34,23
Ludouicus de Honberg comes a Bernensib. occisus 24,16. 90,49. 104,11

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 136;Leibn. Marg. 136, Stück 2, [193] - -

Ludouicus Cęsar piorum communione motus 123,32. oppidum Lupoldi Burggowe obsidet ibid. 50. in Italiam mouet ib.15. coronatur ib. 23. pōtificias diras deprecatur 126, 6. regi Boemo pignoratitia Alsatię opida eripit 127, 4. reconciliatus Eduardo regi Anglorum 128,40. inferiori Bauaria potitur 119,20. a pontifice contumacię damnatus 133,28. Ludouici Cæsaris execrationes a Clemente papa repetitæ 134, 55. Caroli fautores persequitur 145, 2. iuxta Monacū paralysi percussus, moritur 141,27
Ludolfus comes Froburgēsis cedit bonis 11,19
Ludouicus comes Turingiæ iter transmarinum arripit 6,2
Ludouicus Basilienſis episcopus Romę deponitur 85,37
Ludouicus iunior, dictus Romanus marchio Brandenburgensis 156,42
Ludouicus & Fridericus in discordia Cæsares electi 119,15
Lupoldus fratrem Fridericum arte magica e vinculis eximere conatur 123,9,10,15. Spirā obsidet 124,15
Lusus equestris Hagenoiæ 27,31. ad aquas Helueticas 120,17
Lutetia 65,10
Luterpurg opidum 21,38
Luthericus maior domus palatii constituitur 75,10
Ludoldus de Neufchastel episcopus Basilienſis moritur 6,7
Lutzelburgensis ducatus 161,45

M

Maceratanæ balneæ 72,25
M. Fridanck medicus 151,24
M. Wigkerus protonotarius archiepiscopi Treuirensis 133,9
M. Rudigerus de Consheim, præpositus Columbariensis 15,29
Manegoldus de Lutenbach 83,41
Manus periuri in Hadstat inuēta 25,44
Mantuanus apostolicæ sedis legatus 85,43
Maphæi Vicecomitis Mediolani calliditas 69,10
Marbach cœnobium superioris Alsatię 83,40
in Marchia Brandeburgensi bellum a veteratore excitatum 146,50
Marggrauii de Missen mors 26,22
Marmotinus numus 106,14
Marquardus de Randecke præpositus Babenbergensis 142,13
Marsiliæ episcopus cum toto capitulo peste moritur 177,16
Martelli Caroli Siciliæ regis obitus 67,50
Mathias a Bucheck archiepiscopus Moguntinus 121,13. Spiræ honorifice suscipitur ibi. 17. Lantgrauiū Hassiæ bello persequitur 168,9
Mediolanenses patriarchā interficiunt 18,16. in Henricum Cæsarem conspirant 116,27. principes Mediolanenses Imperii ministri 163,36
Meilan villa Thuricensium 162,35
Mel in Alsatiæ finibus pluit 19,54
Melusina de Lucelburgensi familia 63, 53. quibus in locis orta 64,21. in quarundam familiarum insignibus 64,23
Melyssina fœmina octauo quoque die pube tenus in anguem commutari solita 63,47
Merouingorum regum extrema igna uia 76,40
Meris imperialis curia celebrata 164, 20. Metensis episcopus contra Barensem comitem 22,43. capit dominos de Luningen 24,39. Metensis & Argentinensis episcopi ducem Lotaringiæ impugnant 14,7. moritur 26,35
Messina ciuitas 86,29
Milites Stelliferi Basilea expulsi 9,36
Milo de Angulariis dux moritur 80,8
Minera auri Heidelbergæ inuēta 27,37
Minoritæ Seckingenſibus monialibus insidiantur 17,10
Missia bello petita 28,54
Mogūtinæ prouinciæ episcopi pro Ludouico apud pontificem intercedūt 132,16. Moguntini archiepiscopi repentina mors 32,43. de Moguntino archiepiscopatu contēdo 139,45
Monachi duo in aere visi pugnantes 28,23
Monasterium Basiliense combustum 7,45. Monasterium S. Petri in Nigra silua 83,51. Monasterium Nouum castrum in fundo Reinaldi comitis de Lutzelnburg constructum 84,52. Monasterium Grandis vallis comburitur 9,40
Moneta noua Rapoltsteinica 26,16
Monialis in Rot Wilre vno die tres pueros peperit, & quarto die quartum puerum priotibus addebat 13.4
Mons Catinus 118, 45. Mons Cassinus 77,6. Mons Iouis 84, 24. Mons Beligardi a Rudolfo obsessus 23,40. Mons apertus 72, 21. Mons transferens se per dimidium miliare a loco proprio 177,4
Montisfortis comes capit episcopum Basilienſem 26,31
Morganiticum ius 111,42. 113,54
Mos vngendi reges 77,48
Mosella fl. ab Ausonio Burdegalensi celebratus 63,38
Mulberg nobile castrum obsidetur 92,19
Mulhusium a præside Alsatiæ occupatum 144,40
Mures frumenta deuastant 9,45
Munckler castrū expugnatum 156,7
Murten opidum ad Imperium retractum 104,6
Mylan castrum 19,1. *Vide* Meilan.

N

Nanus tripedalis, nomine Ritter Conrad 19,40
Nebelring factio nobilium 24,44
Neccarus sanguineus propter occisionem equorum 120,16
Nellenburg castrum obsidetur 27,9
Neoburgum ad Rhenum 39,54, inter Neoburgenses ad Rhenum & Henricum opidi dominum bellum 99,55
Neostadium Palatinorū destructum 152,42
Nicolaus papa dictus Caietanus 14,23
Nicolaus III papa 23,28. Roma pellitur 24,33
Nicolaus Laurentii per Clementē papam captus ab Innocentio papa dimittitur 156,5. tribunus Rom. Pragæ vinctus papæ traditur 157, 35. a Romanis occisus 163,18
Nicolaus Pratensis pontificis consiliarius 66,5. ingenio ad subita quæq; dexterrimo, ibid. 6. eius de Galli co natib. extinguendis consiliū ibi. 46
Nidermunster 16,23
Nix prodigosia 18, 41
Noribergæ situs 42,23. Imperii conuentus habetur 32,21. 60,32
Noua ciuitas seu Neustat, vrbs Austrię astu capta 42,30
Nouum castrum 42,37
Nugatoria expeditio 88,24
Nundinæ Francofurtenses 152,27

O

Obrendorf 141,3
Occasionis neglectus 69,53,54
Ochsenstein castrum 19,41
Odilia illustris virgo nata cęca, in sacro fonte visum recipit 75,33
Odoacer rex Torcilingorum 81,32
Odokarus a Theodorico captus & interemtus 82,4
Olsperg monasterium 29,10 in Olsperc ordinis Cisterciēsis soror extitit quæ sine potu vndecim annis permansit 12,38
Onotz Weier prope Waldenburgum sub Iuta monte 129,12
Opicinus Spinula ab exilio reuocatus 70, 47. ei ius cudendæ monetæ ab Henrico imperatore traditum 72,3
Opifices ferici texendi gnaria Rogerio Siciliæ rege ex Græcia in Italiam traducti 85,14
Origo dynastarū a Furstenberg 99,22
Ortinberg castrum 27,34
Othmarsheim castrum igne deletur 10,13
Otto de Ochsenstein 26,13. aduocatus Alsatiæ a Rudolfo constituitur 48.17. mortuo Kussenbergio marito sororis de Habspurg, eā in matrimonium ducit 99,1
Otto primus imperator regales nuptias cum Adelheide Rudolfi regis filia Papiæ celebrat 81,26. eius res gestæ ibid. 33,36,38, papam constituit ibid. 39, Romam obsidet ibid. 40. moritur & Aquis sepelitur 83,4
Otto II cognomento Mirabilis 82,31. in montem Gargani proficiscitur ibid. 40 moritur, ibid. 50
Otto Cæsar excommunicatur 88,13. Thuringiæ bellū infert ibid. 18, moritur 89,35
Otto magnus imperator apud Parthenopolim moritur 82,30
Otto dux Austriæ concedit in partes Ludouici Bauari 171,8
Otto Argentinēsis episcopus schismaticus moritur 84,3
Otto comes Pictauiæ ab vna parte principum in regem Rom. eligitur, Colonięq; vngitur 86,34
Otto de Grandisone in episcopum Basilienſem promotus 113,35. eius audax consilium ibid. 42
Ottocari vxoris somnium 41,3
Ottocarus regis Boemiæ filius curiā celebrat, qualem nunquam aliquis regum nec Assyrius, nec Salomon creditur celebrasse 30,27. proptiis armis spoliatur 46, 24. interficitur ibid. 26. Ottocari filius a Rudolfo in generum adsciscitur 47,6. de feudis a Rudolfo Habspurgensi inuestitur 101,7. Rudolfo bellum infert ibi. 47
Ottocarus nascitur 41, 5. Boemiæ reguum occupat ibid. 14. contra Rudolfum

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 136;Leibn. Marg. 136, Stück 2, [194] - -

dolfum de Habiſpurch ſe munit ib. 35 Auſtria cedit 44,30 iuſiurandi fidem mutat ibid.46
Palatinus de Witelſpach occiſus 87,42
Palatinus Carolo Cæſari reconciliatus 152,16.
Papalis curia ſimoniæ nomine diffamata 133,6
Parmenſes obſeſſi liberantur 63 Guelphos vrbe pellunt 69,23
Paſcarinus Bonopoſo Mātuę pſes 70,35
Paſquillus palatio papæ affixus 156,13
Patauini Cæſari ſe dedunt 69,31 Patauienſis conuentus 146,26
Paterniacum Sabaudiæ comitis opidū obſeſſum a Rudolfo rege 19,14
Perculſorum Alberti Cæſaris fata 114, 33,34,36,40
Perſarum motus 89,46
Perſepolis 82,21
Peruſinus ager vaſtatus 71,47
Peſtis ſæuiſſima 147,30 peſtis in Angiia & Frācia graſſatur 145,15.177,12
Petragoricenſis Cardinalis 130,16
Petrus de Tarantaſio ordinis Prædicatorum, archiepiſcopus Lugdunēſis, in papam eligitur 12,33
Petrus rex Arragonum 19,16 Cuntadini proauunculus Carolo Martello cum exercitu fagaro Siciliæ regnū occupat 98,14 moritur 21,24
Petrus Sabaudus ſenator Vrbis in vincula conijcitur 71,15
Petrus de Aſphelt medicus, epiſcopus Baſilienſis 113,16
Petrus de Corbano antipapa creatus 124,33
Petrus Rogerij, ordinis S. Benedicti, cardinalis in papam eligitur, Clemens que VI vocatus 132,45 interrogatus an pauperes clerici bene examinati deberent, reſpondit, quod montes ipſos examinaſſent 133,19 eius indigna poſtulata Ludouico Cæſari propoſita 133,40 capita reconciliationis dictata imperij decreto repudiantur 134,6
Petrus Reich, epiſcopus Baſ. 21,45 præpoſitus Argen. 101,42 mors 104,23
Petterlingen opidum verſus Lauſannā obſidetur 104,5
Philippi Galliæ regis in pontificem Bonifacium octauum odium 64,39 a papa excommunicatur 65,10 pontifici inſidias ſtruit ib. 20 a Clemente V cenſuris exoluitur ib. 47 Viennæ conuentum celebrat 66,14 Auinionem in Roberti regis prouinciā ſe confert ib. 17 imperio inhiat 66, 27 illuſum ſe a Clemente animad uertit, domumq; irritus ſpei repetiit 67,20.21 Philippi regis Franciæ ad nouum pontificem legatio 125,53 alia legatio e conuentu Spir. 127,33
Philippus dux Sueuiæ Francofurti ab vna parte principum in regē Rom. electus 86,32 Aquiſgranum obſidet ib. 34 epiſcopo Argent. infeſtus 86, 52 Coloniam obſidet 87,26 ſceleratē interemtus ibid. 45
Phitretarum comes capit abbatem de Luxouio 15,8 ipſe a domino de Rotelheim capitur 32,53 deſcendit cū multitudine bellatorū, ad regem 30, 35 clauſtrū S. crucis deſtruxit 31,43
Pinguia obſeſſa 112,45 expugnatur ibid. 46
Pipinus Angiſi filius aciē contra Theodericum & Betecharium dirigit 75, 41,42 ei⁹ res geſtę ib. 45 mors ib. 49
Pipinus dux Dageberti regis conſiliarius 74,22 maior domus rex Franc. 76,34 ex præfecto palatij rex conſtitutus 77,7 eius obitus ibid. 21. 80,28
Piſani Henrico VII Imp. donū aureorum millia XL mittunt 68,31
Pœna petiuri vita donati 28,19
Pœnitentium mulierum collegia inſtituta 35,36
Pourretrutum obſeſſum 19,1 ad eccleſiam Baſil. reuocatum 103,25
Pragenſis epiſcopus archiepiſcopali dignitate donatur 135,35
Prædicatores in Weiſſenburg 23.34
Prælium atrox inter Rudolfum Cæſa 16 & Ottocarum regē Boemiæ 46,20
Præſides imperiales ab vtraque Rheni parte 26,51
Proditores etiam hoſtibus inuiſi 54,32
Progenies filiatū Rudolfi regis 105,24
Pūraci Baſilienſes Stelliferos expellunt 100,17
Pſeudomagus in Vrania 13,46
Puer duobus capitibus in Seleciſtat natus 30.26 puer natus habens quatuor dentes 23,44 puer inter lupos nutritus 27,23
Puella octo annorū puerū peperit 13,53
Pugna auff der Hard 90, 22 prope Pourretrutum 22,37 in lacu Tigurino 162451
Pulliculus quatuor pullos habēs ex ouo gallinæ 9,7

Q

Quæſtio, Nepos ne antecedere iure poſſit patruū in ſucceſſione auita 67,52

R

Ramſtein caſtrum prope Seleſtadium 27.50.35,26
inter Rapolſteinium & Colmariā inimicitiæ 16,53 Rapolſteinius & Horburgenſis inter ſe diſſidēt 22,28 villam Turckheim prædatur 50,44 a captiuitate regis Rō liberatus 29,45
Ratholdus Veronēlis epiſcopus 80,40
de Ratſamhauſen equeſtris familia apud Alſatas 47,53
Rayterandus Gottho in pontificē eligitur, eiq; nomen Clementis V imponitur 65,29 Lugduni inauguratus ib. 45 Henricum VII Imp. a cenſuris Bonifacij exoluit ibid. 47
Reschenſtein in Alſatia prope Reichēweier 9,2
Reinecke oppidum Argent. epiſcopi à Wirtembergicis occupatur 172,24
Reinhard⁹ comes de Mūpelgart 19,30
Reinſperg caſtrum obſidetur 33,53
Renata Ludouici Gall. regis filia 64,30
Retia noua prope Conſtantiam inuēta
Rhegium ciuitas 72,20 (14,5
Rhenus quater ante natiuitatem Domini inundauit 25,25 Argentinæ claudit ur 155,45 omnes pontes deſtruxit 8,55 Rheni pontium ſtructura 19,14 ingens inundatio 34,20
Rhenenſe fœdus 160,20
Ricardus Luuenſis comes 71,11
Ricardus Anglus dux Cornubiæ Conrado Friderici F. oppoſitus 92,51 a principibus Alemāniæ deſeritur 93, 2 per aliam viam in Angliam reuertitur ibid. 4 iaculo vulneratus moritur 97,40
Richarda imperatrix adulterij cum Lint Wardo Vercellenſi epiſcopo accuſata 81,12 virginē ſe probat ib. 13
Richen Wiler oppidum 26,18
Richenberg caſtrum obſeſſum 123,5
Rinfelda opidum Imperiale 158,29 Rinfeldenſes Rudolfo Imper. xenia mittunt 40,25
Robertus Siciliæ rex 67,55 Rom. andiolæ comes a Clemente factus 68, 8 maieſtatis reus 72,4
Rodolfus de Habſpurg ab vrbe Roma traxit originem 95,5. *Vide* Rudolphus.
Rogerius Siciliæ rex claſſes in Frāciam deſtinat 85,10
Roma à quo, & quando condita 78,4 capta primum a Gallis, duce Brenno 81,45 ſecundo ſub Alarico rege Gothorum 81,50 tertio a Genſerico rege Africæ ibid. 51 quarto ab Odazire rege Torcilingorum & Rugorum ibid. 52 ſub Iuſtiniano Imperatore a Totila rege Gothorum quintō capta 82,9 ſexto ab Ottone magno imperatore ibidem, 15 Roma toties capta, nec tamen deleta ibidem, 22 penuria magna afflicta 82,11,12 Romæ generalis ſynodus celebrata, præſide papa Innocentio 89,13 Romani Leonem papam expellunt 81,38 Romanorum regnum XXIII annis vacat 93,5
Roſſelmannus e fuga retractus 52,33 perfidiæ pœnas dat ibid. 42 *Vide* Walcherus Roſſel.
Rotenburgi ad Neccarum luſus equeſtris 144,23
Rot Wilenſis ciuitas exuritur 24,19 28,6
Rudolfus Habſpurgenſis de progenie ducis Zeringiæ natus 37,13 eius proſopographia ibid. 23 Rudolfi Habſpurgenſis ante regiam dignitatem res geſtæ 37,10,20,30.38,1,10,20, 30 caſtrum Tuffenſtein obtinet, & funditus deſtruxit 9,49 Baſileam obſidet 10,32 cum ciuibus Colmarienſibus caſtrum *Reschenſtein* expugnat 9,1. a nobilibus Boemiæ excitus 41,45 ad occupandas imperij terras proficiſcitur 42,3 inter ipſum & Ottocarum reges pacis articuli 44,18 auxilia corrogat 45,8 fortunam prælio tentandam ſtatuit ibid. 48 litem cum abbate S. Galli habet 98,41 amici inter ſe fiunt ib. 46 Rudolfi ſororij ib. 55 cum Stelliferis & eorum fautoribus iuxta capellam Binningen Baſileam obſidet 100,19 Rom. rex electus ib. 35 eius liberi, eorumque progenies 100,49 *Petterlingen* opidum obſidet 104,6 Burgundos bello petit pro epiſcopo Baſil. 104,23 liberorum eius enumeratio 105,1, 10,36 in regem eligitur Rom. 10,40 Baſil. honorificè recipitur ib. 50 Rud. regis quædam acta apud Mogun. 47,34 carbonib. a piſtrice perſuſus ib. 49 Rud. regis coniunx moritur 47,27 exenteratur ib. Baſil. ſepelitur ib. 53 Rud. regis obitus 109,21 epitaphium ib. 24
Rudolfus Argentinenſis epiſc. Romæ deponitur 85,37
Rudolfus de Rhein eques Baſil. 102,14
Rudolfus de Watle vnus ex Cæſaris Alberti perculſorum, fractis dorſo & membris in rotam ponitur 114,51

inter Rudolfum comitē & episcopum Basil. Henricum belli causſæ 38,24
Rudolfus Montfortius episcopus Constantiensis 121,20
Rudolfus dux Alsatiæ Cæsaris filius moritur 25,6
Rudrudis Caroli magni filia 77,32 eius mors 80,31
Rulasſingen famulus Rudolfi de Wart in rota, membris fractis, ponitur 114,44
Rupertus Apulus à Cæsare hostis declaratus 115,18
Rusa fl. 114,21
Rusticus nuda manu candens ferrum portans 14,44

S

Sacconium opidum ad Rhenum igne fortuito consumitur 10,9.38,40
Sacerdos publice Basileæ castratus 30,2
S. Amerinus inter montana Vosagi 7, 32
S. Arbogastus pontificum Argentinensium sanctissimus 165,36 filiam Dageberti à morte suscitauit 74,44
S. Blasij cœnobium in Nigra sylua 38, 30
S. Bonifacius primus archiepisc. Moguntinensis 76,14
Sancta crux oppidum 56,43 destruitur 7,10
S. Dionysij monasterium 104,18
S. Elisabetha comitissa Thuringiæ moritur 91,2
S. Florentius filiam Dageberti regis à dæmonio vexatam liberat 74,45
S. Florentij corpus 160,30
S. Fridolinus 38,42 eius reliquiæ ibid. 48 comiti de Habspurg committuntur 39,11
S. Hippolytus Alsatiæ oppidum 22,19 124,10
S. Immerij vallis 103,32
S. Marci corpus 80,40
S. Osualdus rex contra Pendanum regem pugnans occumbit 74,29
S. Othmarus, sancti Galli primus abbas 77,14 moritur ib.19
S. Pirminius in Augia insula serpentes fugat 76,22
S. Vdalricus Augustæ episcopus 81,20
S. Willebrordus 75,53
Sapientia & strenuitas diuitiis præferenda 100,24
Sarra Columnius dux Gallicę multitudinis pontificem Anaginæ capit, liberaque custodiæ tradit 65,20 ab opidanis triduo elapso eximitur ib. 23 Romæ moritur ibid. 25
Sarraceni Constantinopolim obsident 76,11 in Hispania à Carolo magno victi 79,29
Scherwiler castrum 27,45
Schlossberg castrum 103,31
Schuttern opidum crematur 171,51
Schwartzenburg castrum 52,34
Scipio Africanus 64,20
Scomma in archiepiscopum Franciscanum iactum 103,50
Seditio plebis Colmariensis contra primores vrbē detinentes 51,52,53,54
Sehlse cœnobium constructum super litus Rheni ab Adelheide imperatrice 82,34 Selehstadiēsibus frustra insidiæ positæ 175,52
Seltz opidum imperiale 122,45
Senifius mons 68,35
Sermersheim opidum Alsatiæ destruitur 109,50
Serpentes pluit qui Wasserkalb vocantur 34,16
Sexus in homine mutatus 34,27
Siciliæ regnum ad Gallos trāslatū 98,2
Sidonius Cōstantiensis episcopus 77,51
Sigebertus rex Austriæ Dageberti filius 74,50
Sigismundus rex Burgundiæ 75,28
Sitzenkilch castrum destruitur 10,14
Soldanus Babyloniæ Accon & Hierusalem expugnat 25,27
de Sole patritij Basilienses 36,6
Solodorum obsessum 119,43
Sorores Pœnitentes fratribus Prædic. committuntur regendum 22,10
Sougerē castrum antiquum ad Birsam 101,28
Spiræ ciues clericos vrbe pellunt 34,6 conuentus imperialis 115,9 Spirensis conuentus causſa Ludouici imperatoris 174,28
Stameheim sculetus in Columbaria constitutus 48,29 (179,2
Stauffenberg castrum euersum 170,17
Stemmatis diligentissima cura fuit veteribus 64,26
Stephanus papa 77,8
Stephanus de Columna 117,28
Stochilinus, qui se dicebat esse Conradinum filium Conradi, Basileæ decollatur 9,10
Sueuia prouincia à Lemannia fluuio Alemannia dicta 84,19 Sueuiæ vrbes Carolum regem agnoscūt 144, 30 Sueuicum fœdus Cæsaris Caroli auctoritate initum 159,46 Sueuorum priuilegium in eundo confictu 162,40,42
Sulzbach castellum in Alsatia 12,17
Supplicationes pestis causſa 30,7
Symmachus patritius 82,7

T

Tartari Vngariam tribus annis deuastant 6,40
Teia fl. Hispaniæ 79,42
Terræmotus 6,38.24,40.29,27.176, 53 terræmotus magnus in Carinthia 147,23
Teutonica domus in Suntheim 56,41
Theobaldus comes in Pfirt præfectus Cæsareus Alsatiæ 54.38.113,10 eius castra 104,40
Theodoricus Italiæ Zenoni cum Gothis militat 82,3
Theodosius Rom. Imperator 74,27
Thregandus Treuerensis archiepisc. 80, 42 ecclesiastica dignitate priuatus à papa ibid. 50
Thuricenses MD marcas regi Rudolfo dant 25,50
Tigurū ab Alberto Austrio obsessum 158,32 denuo obsessum 159,18 tertio obsessum 162,24 Tigurinorum nox feralis 155,26 Tigurum conflagrat 21,52
Tirolis comitatus ad Brādeburgicum Cæsaris filium 129,53
Tonitrua calen. Februarij audita 25,38
Totila rex Gothorum sub Iustiniano Romam obsidione cingit 82,10 capit ib.13 interficitur ib. 15
Trybock, instrumētum bellicum 88,23
Tuffenstein, castrum 9,44
Tuffensteinius barō fraudulenter à familiaribus suis interficitur 37,30
Tumba S. Otiliæ in Hohēberg 161,49
Turckheim 16,12. 29,21
Turegum nobilissimum Sueuiæ oppidum 84,17

V

Valckenstein castrum 114,38
Valentinianus III nouissimus Augustorum in vrbe Roma 77,52
Vallis S. Gregorij à comite Rudolfo deuastatur 10,34
Vasconicus mos 68,7
Vasgoia 108,5
Vdalricus comes Phirretarum moritur 121,25
Veneti ducem suum decollant 164,10
Vicentia capta 69,30
Vienna à Rudolfo obsessa 42,47 in potestatem Rudolfi concedit 44,10 Viennense concilium contra Henricum Cæsarem a Clemente V papa 119,54 villa Viennēsis Galliæ 131,6
Vini copia 6,28.160,14
Virgo hæresin spargens cremata 35,33
Viridarium S. Petri Basileæ 14,13
Vlricus comes de Phirreto moritur 11,42
Vlrici comitis Neocomensis soboles ad lacum seu Iuram montem 99,48
Vlricus episcopus Curiensis 131,15
Vlricus de Lentzburg monachus, fit episcopus Curiensis 168,28
Vnctio & coronatio imperialis 117,53
Vnderlinden cœnobium 7,17
Vngariæ rex Christianam vxorem repudiat 17,39
Vōhaus ingenui Alsatæ 36,23.144,45
Vrbes ad Rhenum Cæsari denuo iurāt 19,24
Vrbis vallis 50,48
Vtznabergum Toggiorū demolitum 38,9
Vuanus dynasta Vngariæ supplicio afficitur 102,44

W

Waldeck castra in Sueuia demolita 19,34
Waldematus marchio Brandeburgensis 111,47
Waldishut opidum 57,54.58,25
Waldner ingenui Alsatæ 155,33
Waldrada soror Guntheri Colonien sis archiepiscopi 80,47
Walramus frater Henrici VII Imp. in obsidenda Brixia, ictu sagittæ percussus, interit 70,8,9
Walramus de Lutzelberg miles egregius 116,16
Walramus de Veldentz episcopus Spirensis 168,38
de Walsee dominorum incrementa 103,15
Waltherus de Geroltseke episcopus Argentinensis moritur 8,15
Waltherus dominus de Horburg 111, 50 à suis consanguineis fraudulenter interficitur 7,48
Waltheri Rosselmanni sculteti Colmarien sis parentes & incrementa 47, 47 mortuo rege Rudolfo sculteti officium per violētiam occupat 48, 36 dominum de Hunne Wilre sine occasione & causſa interficit ibid. 38 milites de Nortgasſen, Iltzich & dominum Ruslatium ciuitate exire compulit ib. 39 Columbariam Anshelmo de Rapoltstein tradidit 48, 40 ab officio suo remouetur 648, 28 capitur 110,4
Waranto maior domus à *Theoderico* constituitur 75,36

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 136;Leibn. Marg. 136, Stück 2, [196] - -

INDEX.

Watwiler castrum 27,48
Welphimanni militis castrum in villa Bara à dæmone destructum 29,6
Welpho Noricorum ducis Henrici filius, princeps Sardiniæ, dux Spoleti, marchio Tusciæ 84,47
Wēceslai Boemi ortus 155,18 in Rom. regem Francofurti eligitur 166,8
Weinstein castrum destruitur 171,27
Werde castrum expugnatur 28,17
Wernharius primus Argent. episcopus moritur 83,18
Wernharius episcopus Argent. secundus moritur, cui successit Otto schismaticus 83,28,29
Wernherus de Argentina miles à rusticis interfectus 9,41
Wernherus à Falckenstein archiepiscopus Moguntinus Rudolfi Habspurgij promotor 100,10 Francofurti curiam celebrat ibid.16
Wernherus de Honberg comes 116,43 iaculo occisus ibid.50
Wernherus de Eptingen Hospitalarius vulneratur 143,34
Werra castrum Hercyniæ sylvæ reædificatur 9,50 Rudolfo comiti traditur 10,24
Wesela & Popardia bis mille marchis à Rudolfo Cæsare mulctatæ 50,15
Wilhelmus comes Holandiæ reuersus à Prussia Traiectū inferius obsidet 131,16 eius interitus ib.31 Anticæsar Coloniæ eligitur 92,31 eius res gestæ ibid.32,33,34 occisus ib.49
Wilhelmus Argentin. episcopus moritur, cui Hetzel succedit 83,25
Wilhelmus Hirsaugiensis abbas 83,31
Wilhelmus de Genepo archiepiscopus Colonien sis 153,28
Wintzenheim 16,2
Wirtenbergica clades apud Rutelingā Wissenloch 112,38 (166,17
Wolframus de Nellenburg magister ordinis Teutonicorum 139,15
Wolmari marchionis Brandeburgēsis obitus 121,3

Z

Zacharias papa 76,34
Zeringa proxime Friburgum Brisgoiæ 15,2 Zeringense castrum conditur 99,13 (19
Zofingen oppidū Ergoiæ obsessum 29,
Zullesheim castrum 27,48

FINIS.

CORRIGENDA.

P.9,v.3,pro *Phitretarum* lege *Phirretarum*: sic & in aliis nonnullis locis memineris scribendum. P.16,v.23,*crucifixi.* P.44,v.27,*dextrarios.* P.58,v.15, post *utebatur* pone distinctionem periodicam. P.84,v.39, *Henrici.* P.150,v.24,*tanta.* P.152,v.10,*abstulerat.* P.160,v.2,*eleemosynam.* P.179,v.25,*concorditer.*


GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 136;Leibn. Marg. 136, Stück 2, [197] - -

BIBLIOTHECA
REGIA
HANNOVERANA



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 136;Leibn. Marg. 136, Stück 2, [198] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 136;Leibn. Marg. 136, Stück 2, [199] - -


PUBLIC DOMAIN

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 136;Leibn. Marg. 136, Stück 2, [200] - -

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 136;Leibn. Marg. 136, Stück 2, [201] - -


GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 136;Leibn. Marg. 136, Stück 2, [202] - -

GWLB Hannover 35
036 828 904

Niedersächsische Landesbibliothek Hannover

XIII, 389
2°

Z 389

H. Germ. II. 8. 1

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 136;Leibn. Marg. 136, Stück 2, [203] - -

PUBLIC DOMAIN


Niedersächsische
Landesbibliothek
Hannover

XIII, 389
2°

Z 389 H. Gers. II. 8. 1

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 136;Leibn. Marg. 136, Stück 2, [204] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 136;Leibn. Marg. 136, Stück 2, [205] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 136;Leibn. Marg. 136, Stück 2, [206] - -